

134

João P. don't
Gurricio.

[Handwritten signature]

[Faint handwritten text]

~~2/22~~ ~~18~~

No 4
36-100

~~2/27~~



Gravador	Das	Matriza
GRAN		
Sala		A
Seccao		35
Id.		
Nº		293

del a luy de la Com. de Just. orapada. B.
ABDIAE N. 7243

BABYLONIAE PRIMI

EPISCOPI AB APOSTOLIS

CONSTITVTI, DE HISTORIA

certaminis Apostolici, Libri X.

IVLIO AFRICANO interprete.

B. Matthiae Apostoli, Marci, Clementis, Cypriani, & Apollinaris vita, ex scriniis primitiua Ecclesiae Notariorum deprompta.

Vita B. Martini Sabariensis, Turonensis Episcopi, à Seuero Sulpitio conscripta.

Quae nunquam hactenus excussa prodeunt.


S. Marcialis discipuli Domini vita ab Aureliano quem idē sibi Episcopū Lemouicēsem substituit, descripta.

S. Martini Turonensis Episcopi fidei Confessio, breuibus scholiis à F. Thoma Beauxumis illustrata.

*Sixto Senen
stolorum duodecim
Abdiae impressor
nos Paulus Papa
nata rejecit. Ten
bri decem de histo
Paulo IV sic
ab Indice libro
cily Tridentini*



*Bibliothecae Sanctae verba Apo-
stolice dice: de istis libris et
Germania, que, ut sibi indig-
IV inter scripta à se dant
et margin dice: Abdia li-
ua certaminis Apostolici a
eum rejecit, non tamen
cum proteritum Con-*



PARISIIS,

Apud Thomam Belot sub D. Barbara
figno, in via Iacobaa.

1571.

CYM PRIVILEGIO.

IOANNES FABER DOCTOR
THEOLOGVS, SORBONICVS,
Theologiae studiosis, S.


INDIGNVM est, mea quidem sententia
(lector Christiana) & ab humano mor-
taliū vſu abhorrens, hominem, cum diu
vixerit, haudquaquam tamen quandiu id
fecerit testari poſſe minūſque ferendum, ſi cum poſſet
rem literariam adaugere, nugis intendat. Quid enim
minus feciſſe, putandum eſt, quam qui literas ipſas, ſi-
mul cum authoribus extinguit? Quod cum diu mul-
tūmque apud me, & tacitus, & penſculatius exegit-
ſem, nonihil me feciſſe ad immortalitatem exiſtimavi
ſi Abdia viri antiquitate, & celebritate preſtantiſſi-
mi opus, de vitis Apoſtolorum Lydio quaſi lapide pro-
batum quā politiuſ antea nunquam, emitteretur in
vulguſ. Cui merito additae ſunt, beatorum Mathiae &
Marci pro Chriſti nomine reſ geſtae, ab illo ſilentio praeter-
miſſae, incertiſ quidam authoribus ſcriptis mādatae.
Quibus acceſſit Seueri Sulpitij de vita B. Martini hi-
ſtoria, toto ferme orbe tenebris inuoluta, & ab hominū
memoria remotiſſima: quam in media tamē luce reipſe
Chriſtiane verſari, atque a deo manibus hominum teri
oportuiſſet. Vnde nihil incūdiuſ vel dici vel excogita-
ri poſſe, bene natiſ hominibus, ſi modo aliquid naruſ ſpi-
ritualis habuerint, credidimus, quā ſi ab ignominia
nota vindicaremuſ. Opus typis quidē antea excuſſum,
ſed dūmiſ, ſentibuſq; ita horridū, negligentia incultūſ
mendis deniq; adeo reſertum, ut cuiquā vix ac ne vix

quidem vel legendo intelligere, vel intelligendo legere concederetur. Adeo permouit nos cōtempti authoris indignitas, & operis ad rotum Christianismum peruenitura utilitas. In hoc enim volumine facile edocetur, et expressis non modo diuinarum scripturarum auctoritatibus, sed etiam uiuis exemplorū vere uita imaginibus, quæ sit certa sinceraq; religio, quæ nos cum Deo iungat, beatosq; efficiat. Illa siquidem hic esse cōprobatur, quam Christus Dominus uerbū patris reuelauit: quā Apostoli ab eodē diuinitus edocti prædicarunt: Patriarchæ olfecerunt, seruauerūt propheta, eidemq; paruērūt qui subsecuti sunt doctores. Quæ denique in ecclesia Romana, ab Apostolis ipsis stabilita, posita, & fundata, ad hæc usque tēpora tum piis, & sinceris sacrarum literarum expositionibus, tum diuina spiritus sancti reuelatione cōsummata, repugnātib; cōtradicientibus, obfistentibusq; satanicis artibus, machinamentisq; omnibus contra hereticorū Lutheranorum, & tyrannorū varios assultus perdurauit. Dignū igitur profecto opus quod his calamitosissimis turbulētissimis ue aduersus quoslibet impietatis assertores, temporibus legatur non solum, sed ab omnibus dignoscatur. Hæc igitur sunt rationes (lector Christiane) quæ non permisērūt opus tam diuinū, & huic nostro sæculo pernecessarium, situ, teneis, maculisq; ita refertum & obscuratum, ut ab auctore quāuis rediuiso uix agnosci posset, hominum desideris abnegari. Repurgatū itaq; mēdis, & natuo suo splendore, quasi postliminio restitutum, & insignioribus margini adiectis locis tum ad iuuandam memoriā, tum ad leuandum laborem illustratum opus bene precando nobis suscipies. Vale.

IN ABDIÆ EPISCOPI Babiloniæ, & cæterorum hoc volumine contentorum, historiam,

INDEX.

A

 BBAM Indus.	fol. 103, pag. 1. a
Abbas miræ seueritatis.	217. a
Abdias apostolorum discipulus.	1. b
Abdias passioni beati Andreae interfuit.	
44. b	
Abdias Saluatorem in carne uidit.	1. a
Abgarus, Christi fide imbutus.	102. b
Abiathar pontifex Iudeorum.	49. b
Abraham quare credentium pater sit dictus.	47. b
Abrahæ fides.	129. b
Abstinentiæ uis.	39. a
Adam primus homo.	98. b
Adimathi cuiusdam Thessalonicensis miraculosa curatio ab ægritudine uicennali.	27. b
Aduerantur demones à Beato Marcial.	165. b
Adoratio uera non pertinet ad idolum.	114. b
Adulteri & adultera simul lauantium uisio.	35. a
Acgeates proconsul Lisbij successor.	40. a
Acgeæ proconsulis mors miserabilis.	44. b
Aeglippus rex baptizatus cum familia.	91. a
Aegypti solitudines & monasteria.	216. b
Aegyptij idololatra.	132. a
Acethiopia ad fidem Christi conuertenda Mattheo a-	

postolo obtigit.	45.b
Aethiopum forma daemones.	34.a. & 48.b
Afflictio discipulorum Christi quando caeperit.	127.a
Africanus interpres apostolica historia.	1.b. & 83.a
Agnus paschalis Hebraeorum, typicus erat.	130.b
Alapa iniusta grauiter vindicata.	104.a
Alcmana puer quidam à daemone obsessus, vt liberatus.	41.b
Alexandria primus Episcopus B. Marcus.	135.a
Altare in honorem sancti Stephani consecratum.	174.b
Amor coniugalis quatenus licitus, & Deo gratus.	91.b
Amor patriæ, animorum vinculum.	104.a
Amores insani, sed tamen sælices.	54.a
Amoris perditæ exemplum.	54.a
Anizanus prædicatione beati Marci ad Christum conuersus.	133.b
Anachoretarum mira exempla.	220.a
Anatolij mentita sanctitas.	201.b
Ancharadus insula.	9.a
Andecanna virus.	216.b
Andræe apostoli res gesta.	20.a. & 37.b
Angelus adest, ubi consilium deest humanum.	216.b
Angelus diuo Ioanni in sepulchro Drusiana appa-rens.	57.a
Angelus malus humani generis inimicus.	80.b
Angeli apparitio, quales pinguntur.	100.b.

& folio 101. a	
Angeli potestas aduersus malos.	25.a
Angeli Simonis magi, non diuini, sed canini.	13.a
Angelorum fletus.	64.b
Anima Valeria videtur asserti.	162.b
Annunciatio B. Mariæ virginis.	98.a
Antiphonis cuiusdam Megarensis daemoniaci histo-ria. 39. b	
Antymus S. Andræa discipulus.	33.b
Aperferus in B. Andræa immisus, nihil nocuit.	31.a
Apocalypsis in Patmo insula scripta.	51.b
Apollinaris martyris vita.	143. b. & dem.
Apollinis templum destructum.	150.b
Apostoli anno decimoquarto post Christi passionem Hierosolymis publice in templo Christiana fidei my-steria profitentur,	72.a
Apostoli Philippi filia duæ.	123.a
Apostoli omnium linguarum periti.	87.a
Apostolorum facultates.	100.b
Aquarum penuria diuinitus releuata.	140.a
Arbor in partem vnã lapsans, opposito crucis signo in aliam prolabitur.	196.a
Arenarum diluuium.	82.b
Aristodemus pontifex idolorum apud Ephesos.	66.a
Arma Christianorum.	94.a
Arsiduum lumen in templo.	174.b
Aspis in noxia à puero delata.	217.a
Astaroth idoli descriptio.	96.a
Astyages frater regis Polymij.	101.a
Atticus & Eugenius B. Ioannis discipuli.	64.b

<i>Auarorum sollicitudo.</i>	64.a
<i>Ausidianus Christianos persequi missus.</i>	140.b
<i>Auuciani comitis crudele propositum.</i>	241.a
<i>Aurelianus vnus erat ex pontificibus, quos Marcialis à mortuis excitauit, & author huius historiae.</i>	161.a
<i>Aurelianus consecratur Episc. à S. Marciale.</i>	176.b
<i>Aurum & argentum Christiani contemnunt.</i>	98.b
<i>Auxentius Arianorum princeps.</i>	192.a

B

B <i>Abylonis primus Episcopus, Abdias.</i>	1.a
<i>Baculus itineris B. Iacobi Apostoli amuletum contra demones.</i>	46.b
<i>Baculus Marcialis paralytico impositus eum sanat.</i>	170.b
<i>Baptizati pauperes ne stipem petent à Gentilibus & Iudæis.</i>	136.a
<i>Bartholomæi apostoli res gesta.</i>	96.a
<i>Beatitudinis felicitas.</i>	88.b
<i>Beireth idolum de Astaroth rogatur cur obmutuerit.</i>	96.b
<i>Benedicti panis virtus.</i>	107.b
<i>Benedictio pro conseruanda virginitate.</i>	94.a
<i>Benedictionis efficacia.</i>	240.b
<i>Beor Ephigenia virginis frater.</i>	95.b
<i>Bestia vsum herbarum homini monstrat.</i>	221.b
<i>Bestia etiam fera mira mansuetudo.</i>	220.a
<i>Bestius subiectus B. Andreas in stadio.</i>	31.a
<i>Biduo suspensus adhuc viuens.</i>	44.a
<i>Bona vera atque interna.</i>	29.b
<i>Bonum pro malo reddendum in schola Christi.</i>	46.b
<i>Boni operis capti semel, & post relictis, malum.</i>	165.b

<i>Bonis rebus & bene & male vti contingit.</i>	92.a
<i>Bricchio in B. Martinum inuehitur.</i>	218.a
<i>Buculus locus.</i>	133.b. & 134.a
<i>Byrrus quidam, tumuli B. Ioannis fossor.</i>	69.a

C

C <i>Adauer hominis submersi in littus ad pedes B. Andreae eiectum, & resuscitatum.</i>	36.a
<i>Cecitas à diabolo inducta, ope B. Andreae Apostoli restituta.</i>	41.a
<i>Cecitatis perplexitas.</i>	136.b
<i>Ceco etiã inuero visus à S. Andrea restitutus.</i>	21.b
<i>Cena domini holocaustum est.</i>	171.a
<i>Caiphas pontifex anno 14. post Christi passionem apostolos ad se conuocat.</i>	72.a
<i>Calceamenti diruptio boni ominis.</i>	132.b
<i>Calli in genibus ex orationis assiduitate.</i>	73.b
<i>Callimachi amores insani.</i>	5.a
<i>Calloterus presbyter.</i>	147.a
<i>Callix cur pingatur in manu Ioannis Euang.</i>	66.b.
<i>Calliope mulieris paganae labor in parturiendo, eiusque rei exitus mirabilis.</i>	37.a
<i>Candidati baptismatis munera.</i>	189.b
<i>Canes in B. Petrum immisi à Simone mago.</i>	13.a
<i>Canum specie demones apparentes.</i>	24.b
<i>Capita cur radiata sint sanctorum imaginibus.</i>	70.b
<i>Carnalis amor quatenus licitus.</i>	91.b
<i>Carnifici suo viginti quinque aureos numerari iubet B. Cyprianus.</i>	143.a
<i>Caro nostra qualiter nobis tractanda.</i>	55.b
<i>Carthena diabolorum.</i>	99.b

I N D E X.

<i>Claritas mira in adificatione templi.</i>	90.b
<i>Chorea in sacrificiis deorum.</i>	114.a
<i>Christus à mortuis excitatus cui primum apparuerit.</i>	71. b
<i>Christus à Phariseis blasphematur.</i>	128.b
<i>Christus aduentu suo idola & templa destruxit.</i>	132. b
<i>Christus via & vita.</i>	117. a
<i>Christi supplicia recensentur.</i>	118. a
<i>Christi victoria ac triumphus.</i>	98. b
<i>Christiani impetum in infideles faciunt.</i>	149. a
<i>Christianum esse, non criminis est, sed gloriæ.</i>	129. b
<i>Christianorum consolatio.</i>	42. b
<i>Christianorum disciplina, bonum pro malo reddere, &c.</i>	77. a & b
<i>Christianorum remuneratio.</i>	148. b
<i>Cibus spiritualis ante carnalem sumendus.</i>	92. a
<i>Classis, nomen urbis.</i>	152. a versu. 13.
<i>Clemens à Petro Episcopus ordinatus.</i>	10. b
<i>Clementis pontificis vita.</i>	135. b
<i>Coacta seruitia Deus non accipit.</i>	81. b
<i>Cogitationes hominum solus Deus nouit.</i>	12. b
<i>Cognati sanguine coniuncti, ne simul coniungantur matrimonio.</i>	26. a
<i>Collecta vera.</i>	69. a
<i>Columna pro B. Clemente tracta.</i>	137. b
<i>Comes sacrarum.</i>	138. b
<i>Comites B. Marcialis.</i>	157. a
<i>Communicatio inter Ecclesie fideles.</i>	69. a
<i>Conceptus dolosus, partum dolorosum gignit.</i>	37. b

I N D E X.

<i>Confessio peccatorum iam inde ex tempore beati Andreae apostoli.</i>	35. b
<i>Coniugij copula, mentis tantum charitate seruata.</i>	54. a
<i>Coniugibus non omni tempore inuicem commisceri licet.</i>	92. a
<i>Coniugij & virginitatis collatio.</i>	236. a
<i>Conuersio ad Christum, voluntaria esse debet.</i>	46. b
<i>Corporis Christi consecratio.</i>	94. b
<i>Cum Coronis obuiam procedendi mos.</i>	26. a
<i>Cratini Synopensis filius à damone grauiter afflictus ab Andrea liberatus.</i>	23. a
<i>Craton Philosophus iactabundus à beato Ioanne confutatus.</i>	61. a
<i>Craton apostolicae historiae auctor.</i>	83. a
<i>Creaturae sunt picturae creatoris.</i>	113. b
<i>non Credit in Deum, qui &c.</i>	47. b
<i>Crucifigi quare dicatur Christus in suis fidelibus.</i>	14. a
<i>Crucis desiderium in beato Andrea.</i>	43. b
<i>Crucis signaculi virtus.</i>	14. b. 19. b. 25. a.
<i>42. a. 56. b. 144. facie 2. 190. b. 165. b. & 166. a</i>	
<i>Crucis signum in templi dedicatione.</i>	100. b
<i>Crucis in fronte signandae ipsis morituris consuetudo.</i>	50. a
<i>Cruz ex auro.</i>	17. b
<i>Item iis qui initiarentur.</i>	80. a. & b
<i>Curubitana urbs.</i>	141. b
<i>Cypriani Martyris vita.</i>	141. b. & dein.

INDEX.

D

D æmonium ferox à beato Martino domitum.	198.b
Dæmonia nec sibi nec aliis prodesse possunt. folio 37.b	
Dæmon adiuratus cogitur stare ante Apostolum.	114.a
Dæmon cum desinit ledere, sanasse putatur.	96.a
Dæmon idolum suum comminuit.	100.a
Dæmon in arreptio potentiam beati Andrea fassus.	30.b. & 34.a
Dæmon laqueo quendam à se obessum strangulans.	28.a
Dæmon potentiam Apostoli agnoscens.	107.b
Dæmon supplex.	97.a
Dæmonis consilium mulieri parturienti.	37.a
Dæmones ab Apostolis male metuentes.	84.a
Dæmones ab Hermogene excitati aduersus Iacobum apostolum.	
Dæmonum aduersus beatum Andream clamor.	40.a
Dæmones catenis igneis vincti.	46.a
Dæmones in Aethiopum specie apparentes.	84.b
In forma canum.	24.b
Dæmones eiciuntur à beato Marciale.	166.a
Dæmones quàm formidandi impiis.	46.b
Dæmonum confessio de sua ipsorum miseria ante tempus.	46.a. & 75.a
Dæmonum impostura.	96.b
Dæmonum insectatione liberati Nicæa incola per beatum Andream.	24.a

INDEX.

Dæmonum simulachra candido testâ velamine.	195.b
Vide diabolus.	
Dæmoniacos liberare solitus, ipse à demone corripitur.	223.b
Damnatorum liber.	124.a. & 125.a
Dedicatio templi mirabilis.	100.b
Decolatur beata Valeria.	162.b
Delatores non sunt Christiani.	142.b
Demetrius princeps ciuitatis Amascorum.	21.b
Deus falsus vt homines illudat.	96.a
Deo sparsa virgines, homini ne nubant.	93.a
Dij Gentium damnati.	112.a
In deorum collegium, regum filios referri, magorum in postura, cum suscitare non possunt.	89.b
Diabolus carnem hominis ledit, non animam.	99.b
Diabolus in specie draconum adiuratus à beato Matthæo expellitur.	88.a
Diabolus B. Martinum latere non poterat.	200.b
Diabolus eiectus in desertum.	101.a
Diabolus ubique insidiatur.	38.a
Diaboli hypotyposis.	101.a
Diaboli inuidia vnde sit.	80.a
Diaboli vasframentum.	99.a
Diaboli catenis religati.	99.a. & b
Diaboli verba.	157.b
Diana obstetricantium præses.	37.a
Diana templum Ephesi B. Ioannes subruit.	66.a
Didymus cur dictus B. Thomas Apostolus.	102.b
Dimidio regni sui rex uxorem à B. Matthæo apostolo licitans.	91.a

<i>Discendentium benedictiones super manentes.</i>	108.b
<i>Diuitiarum quam fluxa sit gloria & spes.</i>	62.b
<i>Diuitis epulonis exitus.</i>	62.b
<i>Diuitia terrena à salute remorantur.</i>	120.a
<i>Doctrina mala ac pernicioſa ſparca correctio vt ſit facienda.</i>	47.a
<i>Domicilla neptis Domitiani, chriſtiana.</i>	136.a
<i>Dominus apparet beato Petro Roma commonens vt Marcialis in Gallias mittatur.</i>	156.a
<i>Domus hospitalis 600. pauperum.</i>	163.b
<i>Draconis ex inopinato emergentis mirum.</i>	122.b
<i>Dracones duo peſſimi à beato Mattheo eiekti.</i>	88.a
<i>Drufiana mulieris nobilis & chriſtiana historia mirabilis.</i>	54.a
<i>Duodecim millia Gentilium vna die à beato Ioanne conuerſa.</i>	66.a

E

E ccleſia auro non conſtruitur ſed deſtruitur.	184.a
E ccleſia in Perſide extruſta.	83.a
E cclēſiarum adificatio à tempore Ioannis Apoſtoli.	68.a
<i>Vide templum.</i>	
E cclēſiaſticorum vanitas.	224.a
E daditas in Græcis gula eſt, in Gallis natura.	216.a
E dicta Imperatorum, edictis Chriſti poſthabenda fidelibus.	51.a
E lleborum in cibum.	192.a
E phidama, Maximilla Proconſulis Aegæata vxoris ancilla.	40.b
E phigenia virgo.	91.a. & 95.a
E piſcopatus, virtutum gratiam beato Martino non	

<i>auxit.</i>	201.a
E piſcopus qualis eligendus ſit.	10.b
E piſcopi maximè b. Martinum oderant.	104.b
E piſcopi per caſtella & ciuitates ordinati.	91.a
E piſcoporum aduſatio.	190.b
E pulæ ſolis ſumptuoſiſſima.	83.b
E rroꝝum conſuſio.	75.a
E uangelium b. Ioannis ex quibus conſtat.	70.a
E uangelij mira virtus.	34.b & 38.b
E uchariftia diuſio.	118.a
E uchariftiam Chriſti ſumendam Iudeis ſuadent apoſtoli.	72.a
E unuchus Candacis regina.	86.a
E upheniſſa regina Aethiopum.	90.a
E uphrano puer à mortuis excitatus.	91.b
E uphroſynus diaconus inceſti falſo inſimulatus.	82.b
E uropa B. Martini factis illuſtrata.	219.b
E utropius Abdia diſcipulus.	1.b
E utyclus adoleſcens de morte ſuſcitatus.	17.a
E xequiarum honor.	211.b
E xorcizationes b. Martini.	242.b

F

F acetia B. Martini.	235.b
F erega & Parthenius armigeri Neronis.	19.a
F eſtiuitas dedicationis.	175.a
F ides nos Deo conciliat.	47.b
F igere homines ſoliti magi	85.b
F ilia B. Philippi Apoſtoli dua, 123. a iuxta patrem ſepulta.	ibidem.b
F ilius paterna crimina conſiteri compellitur à demone	

95. b	
<i>Finis vita semper nobis proponendus.</i>	55. b
<i>Flagellorum terniones septem.</i>	43. a
<i>Flumina paradisi.</i>	88. b
<i>Fœmina a virorum castris absit.</i>	236. b
<i>Fœmina castissima ac piissima exemplum.</i>	54. b
<i>Forma muliebris, occasio sceleris.</i>	45. b
<i>Fortunatus quidam pessimi sceleris procurator.</i>	57. a
<i>vsque ad 60. b.</i>	

G

G <i>Albini, quæ & Giscala, Galilææ ciuitas.</i>	127. b
<i>Gallinaria insula.</i>	192. a
<i>Gallorum & angelorum vita dispar.</i>	213. b
<i>Gallorum & Græcorum vita dispar.</i>	216. a
<i>Gallorum rara abstinentia.</i>	213. b
<i>Gaudiomachus vicus.</i>	234. b
<i>Geminarum fragmenta in pristinum statum coalita.</i>	61. b
<i>Gens sine dolo.</i>	214. a
<i>Gentes etiam vocibus prophetarum credunt.</i>	49. a
<i>Giscala Galilææ ciuitas.</i>	127. b
<i>Globus ignis in capite B. Martini emicans.</i>	229. b
<i>Gundaserus India rex.</i>	103. a

H

H <i>Abitus vilis & despectus sape thesaurum occu-</i>	
<i>lit.</i>	79. b
<i>Hæreses seditionibus crescunt.</i>	215. a
<i>Hæretici Christi gloria detrectantes.</i>	75. a
<i>Hebionitarum hæresis.</i>	123. a
<i>Hermogenes magus.</i>	45. a. & 47. a
<i>Herodes Archelai filius.</i>	49. b

B. Hiero-

<i>B. Hieronymi laus.</i>	215. b
<i>Hilarius Pictaunorum episcopus.</i>	191. a
<i>Historia apostolica vt sit conscripta.</i>	1. b
<i>Homicida non omnis male agit.</i>	92. a. & 93. a
<i>ab Hominibus frequentatus, ab angelis non frequen-</i>	
<i>tatur.</i>	221. b
<i>Hospitalitate erigitur ad 300. pauperes alendos omni</i>	
<i>die.</i>	163. b
<i>Humana vita labor ac studium, deinde requies.</i>	55. a
<i>Hyrtacus Exadelphus Aethiopia rex.</i>	91. a. 95. b

I

I <i>Acobus, frater Domini, frater Simonis & Iudæ</i>	
<i>Apostolorum. 71. a. eius vita. ibidem</i>	
<i>Iacobi fratris germani Ioannis Apostoli vita.</i>	45. a
<i>Ibicus mirum.</i>	221. b
<i>Idololatrandi occasio.</i>	96. a
<i>Idola in Aethiopia destructa.</i>	91. a
<i>Ieiunij efficacia.</i>	39. & 68. a
<i>In Ignem medium iussu abbatis monachus se coniecit,</i>	
<i>nec vritur.</i>	222. b
<i>ad Imaginem suam Deum nos fecisse, quid sit.</i>	60. a
<i>Ignotus deus colebatur à Burdegalensibus.</i>	170. b
<i>Immobiles faciebant homines magi suis incantatio-</i>	
<i>nibus.</i>	85. b
<i>Impetrandi ratio.</i>	232. b
<i>Incarnationis Christi occasio.</i>	89. a. & 98. a
<i>Incendi libros magicos D. Iacobus noluit, sed submer-</i>	
<i>gi, & quare.</i>	46. b
<i>Incendium hostile retortum.</i>	95. a
<i>Incendium miraculose extinctum.</i>	27. b

<i>Incesta coniugia vetita.</i>	26.a
<i>Incestus punitio.</i>	22.b
<i>Incredulitas infideles perdet.</i>	42.a. & b
<i>India triplex.</i>	96.a
<i>Indiam sortitus est B. Thomas.</i>	102.b
<i>Indica nauigatio triennalis, trimestri absoluta.</i>	103.b
<i>Inferni descriptio.</i>	64.b
<i>Insidiarum frustra intentarum dolor, in alio vindicatus.</i>	73.a
<i>Inuidia diaboli vnde nata.</i>	89.a
<i>Ioannis Apostoli & Euangelista vita.</i>	50.b
<i>Ioseph iustus cognomine, sponsus Mariae virginis.</i>	71.a
<i>Iosias pharisaeorum scriba.</i>	49.b
<i>Iouis templum Rauenna.</i>	145.b
<i>Iracundia non moueri, magna virtus.</i>	218.a
<i>Irae Dei & ira hominis diuersus finis.</i>	93.b
<i>Irrigatio etiam arenarum quam utilis.</i>	219.a
<i>Iudas proditor.</i>	126.b
<i>Iudae (qui & Thadaeus) vita.</i>	71.a & 74.b
<i>Iudaeus impostor.</i>	124.a
<i>Iudaei quam grauiam propter Christum sint passi.</i>	128.a. & b
<i>Iudaeorum & Gentilium gratiam ut inierit Clemens pontifex.</i>	135.b
<i>Iustitiam Dei querere & regnum eius, quid sit.</i>	6.a
<i>Iuuenis perdit in viam reuocatio.</i>	53.a
<i>Iuuentutis educatio sancta.</i>	52.a
<i>Iuuentutis incorrecta efferuescentia & insolentia.</i>	52.b

Lac pro sanguine manans. 19.b

<i>Laeso diaboli.</i>	99.b. & 100.a
<i>Lapidandi consuetudo apud veteres.</i>	13.b
<i>Lapides duos sibi consepeliri B. Matthias iubet.</i>	131.b
<i>Lapidicina christianorum.</i>	140.a
<i>Lapilli minuti ex litore maris in gemmas conuersi.</i>	62.a. & 65.a. & b.
<i>Lauari simul cum viro mulierem, probosum, & deo ingratum.</i>	35.a
<i>Laditur B. Marcialis cum suis a Pontificibus.</i>	160.b
<i>Leaene mirum.</i>	220.b
<i>Leeti nuptialis religio.</i>	174.b
<i>Leonis mansuetudo mira.</i>	219.a
<i>Leotius quidam Softrati seruus ad christum conuersus.</i>	37.b
<i>Leopardus in B. Andream immisus. Quirini proconsulis filium suffocat.</i>	31.b
<i>Leprosum osculo excipit B. Martinus.</i>	198.b
<i>Leprosus vicus quidam.</i>	196.b
<i>Librorum perniciosorum excusio, aut potius immersio in profundum maris.</i>	46.b
<i>Linguarum tam diuersarum origo vnde manarit.</i>	86.b
<i>Linguae omnium gentium perfecte norant Apostoli.</i>	87.a
<i>Lisij proconsulis ad fidem christi mira conuersio.</i>	34.a
<i>Loquacitas silentio punita.</i>	184.b
<i>Lucina Christi famula Paulum sepelit.</i>	19.b
<i>Ludi perniciosi tabularum & spectaculorum.</i>	64.a
<i>Lupa adstans cenanti eremita sol.</i>	189.a eius mirum ingenium. ibidem
<i>Lupanari damnata mulier fidelis, se a stupro defendebat Euangelij oppositione.</i>	35.b

<i>Lupicinus vir honoratus.</i>	193.a
<i>Luzanis filius regis idolorum cultor.</i>	112.a
<i>Luzias & Theocritus Hierosolymorum praefecti hostes Christianorum.</i>	47.a
<i>Lysimachus s. Andrae discipulus.</i>	27.a

M

M acedones verbum Dei recipiunt.	fol. 31.b
Magia publicis legibus olim vetita.	8.b
Magus vocat' est Christus à Simone Mago.	7.a & b
Magi à facie Apostolorum fugientes.	83.b
Magi cur hominibus mala inferrent.	86.a
Magorum impostura apud reges.	89.b
Magorum mira praestigiæ.	85.b
Malè nubens malè etiam pariens.	32.b
Mammon, demonis nomen est.	63.b
Mamertinus praefectus urbi.	138.b
Manazara Luzanis uxor.	116.b
Manducare crimè nō est: sed incōgruè māducare.	92.a
Manna de sepulchro beati Ioannis apostoli scaturiens.	70. b.
Manus impositio in baptizando.	50.a
Marci Euangelistæ vita.	132.a
Marcialis comes Petri.	155.b
Marcialis Lemouicum ingressus.	160.a
Marcialis missam celebrat.	168.b
Marcialis omnem linguam nouerat.	166.b
Maria Cleophae filij tres.	71.b
Marciali amori praepositus Christus.	111.a
Maritus mortis, diabolus.	99.b
B. Martini vita.	184.a

B. Martini comparatio ad reliquos praestantissimos quosque viros.	226.a
B. Martino oblatrans Brachio.	218.b
Martis simulachrum elisum.	123.a
Matthiae apostoli res gestæ.	124.a
Matthaei apostoli afflictio.	20.b. & 21.a
Matthaei apostoli vita.	85.
Matthæus primus Hebraice scripsit Euangelium.	95.b
Mater immorentem filium attentatæ suæ pudicitia accusans.	22. a
Maturitas frugum mirabilis.	113.
Maximus Imperator ferocis ingenij vir.	199.b
eius mors.	200.b
Maximi Imperator studium.	233.a
Maximilla pietas.	44.b
Mendacium nonnunquam bonum fit ex causa.	92.b
Miraculum annuum.	141.a
Miraculum aquæ diuinitus prorumpentis.	113.a
Misericordia misericordiam promeretur.	28.b
Missæ celebratio.	94.b. & 175.a
Monachismi derelicti malum.	225.a
Monachorum Orientalium virtutes.	211.b
Morere, ut viuas.	58.b
Mori qualiter conueniat Christianis.	210.b
Mors regina diabolorum.	99.b
Mors repentina parentum filium à Christo diuellere volentium.	27.b
Mortis desiderium.	118.b

Mortibus imperabat B. Martinus.	232.a
Mortua concubitus appetens.	56.b
de Mortuo suscitando Sponsio inter B. Petrum & Simonem magum.	11.b
Mortuus resuscitatus à muliere.	35.a
Mortuum egressum, quod indignè erat conceptum.	7.b

Mosi Deus in rubo apprens.	130.b
Mulier virum propter Christum relinquens.	34.a
Mulier cum monachis ne versetur.	26.b
Mygdonia uxoris Charisii regis penitentia.	109.b
Myrnidon urbs à Mattheo verbum predicationis accepit.	20.b
Mysteriorum Dei celebratio, eiusque tempus.	68.a

N

Naddauer ciuitas magna in Aethiopia.	45.b
Nardua nutrix Mygdonia ad Christum conuersa.	111.b
Natura communis nihil delinquit.	60.a
Natura bona omnibus communia.	63.b
Naufragi cuiusdam extincti, ac deinde resuscitati, mira narratio.	36.a
Nero propter Simonem magum Petro & Paulo Apollis aduersabatur.	11.a
Nicaeensis episc. à B. Andrea institutus.	24.a
Nubentium benedictio.	104.b
Nudus quidam Christum predicans.	41.a
Nudi in mundum progredimur, nudi in terram reuertimur.	63.b

Nuptiae an omnes bonae sint.	92.b
Nuptiae in castitatem perpetuam versa.	105.a
Nuptiae regiae solennes.	103.b
Nuptias ter appetiuit B. Ioannes, tamen virgo est mortuus.	69.b
Nutricis amor erga alumnam.	35.a

O

Obedientia mirabilis monachorum Aegyptiorum.	222.a
Oculorum ludibrium.	138.b
Olla cum oleis sine igne feruens.	219.a
Opera nostra quatenus bona aut mala sunt.	29.b
Operis nostri limites Deus non arte circumscriptis.	92.b
Oratio S. Marcialis.	158.a
Orationis efficacia.	214.a. perseverantia.
97.a	
Origenis scripta.	214.b
Oscula mulierum sacerdotes dederunt.	234.a
Osculandi mos inuicem in digressu.	33.a
Oscium Domini quod sit.	73.b. & 74.a

P

Pacis osculi, vel iam morituris dandi consuetudo.	50.a
Palatio commodus locus.	106.a
Palmarum poma in eremo Aegypti.	219.a
Panis aridus & sola aqua victus senis penitentis.	39.b
Panis calitus monachis praestitus.	188.a. & b
Panis consecrati mira vis.	13.a

INDEX.

<i>Papa potestas qualis sit.</i>	11.a
<i>Paradisi descriptio.</i>	88.b
<i>Patientia monachi miranda.</i>	223.a
<i>Patientia, prima virtutum diuinarum.</i>	67.a
<i>Patroclus Neronis pocillator à Paulo resuscitatus.</i> fol. 16. b	
<i>Paulus Romam venit.</i>	11. b
<i>Pauli Apostoli res gesta.</i>	15. a
<i>Pauperes non sunt Christiani, qui diuitias cœlestes habent.</i>	78. a
<i>Pecunia malè acquisitæ, ut expendenda.</i>	47. a
<i>Pecuniarum repositarum sollicitudo.</i>	64. a
<i>Percutitur Marcialis à templi sacerdotibus.</i> folio 159. a	
<i>Perinthus ciuitas Thracia.</i>	25. b
<i>Pericula sanctorum magis eos illustrant.</i>	186. b
<i>Periurium nonnunquam in bonum conuertitur.</i>	29. b
<i>Perseuerantia bonum.</i>	39. a
<i>Perfidis regio Simoni & Iudæ Apostolis obuinit.</i> 75. a. 83. a	
<i>Petrus & Marcialis Antiochiam perrexerunt, & quando.</i>	155. b
<i>Petrus Romam venit.</i>	10. b
<i>Petri Apostoli gesta.</i>	2. a
<i>B. Petri aduentus in urbem Romam.</i> 143. b. &	155. b
<i>Phanatici Gentilium, vani.</i>	76. a
<i>Pharisæorum contumelia in Christam.</i>	128. b
<i>Pharisæorum odium aduersus B. Iacobum.</i>	74. a
<i>Phase Hebræorum mysticum erat.</i>	130. b
<i>Philopator naufragio submersus, vita redditus.</i>	36. b

INDEX.

<i>Philetus magus ab Hermogene ad Iacobum Apost.</i> deficit.	45. b
<i>B. Philippi Apostoli res gesta.</i>	122. a
<i>Philippi quo tempore ad fidem conuersi.</i>	29. a
<i>Pictura præstantior non est eo cuius est pictura.</i>	113. b
<i>Piscatura mirabilis.</i>	244. b
<i>Pœnitentiæ vis, & eiusdem ratio in primitiua Ecclesia cuiusmodi.</i>	65. a
<i>Polymius rex, Episcopus ordinatus.</i>	102. a
<i>Polymij regis Aethiopum filia lunatica.</i>	97. a
<i>Pontificum Babyloniorum diuitiæ.</i>	77. b
<i>Pontifices lxx. idolorum ditissimi.</i> 83. b. à Xerxe confiscati.	85. a
<i>Pontifices testimonium reddunt doctrinæ Marcialis.</i> 161. a	
<i>Potestas ligandi & soluendi ab vno in alium transferri potest.</i>	10. b
<i>Præcipitium ubi.</i>	112. b
<i>Præsentia Apostoli potestatem demonis cohibet.</i> 96. a	
<i>Præstigia magorum.</i>	85. b
<i>Præuicatio hominis.</i>	89. a
<i>Prandium fugale.</i>	213. a
<i>Preces sanctorum quatenus nos iuuent.</i>	39. a
<i>Prophetarum vaticinia de Christo.</i>	47. b
<i>Pseustius quidam demoniacus liberatus.</i>	97. a
<i>Pudentiæ vis.</i>	53. a
<i>Pudicitia lupanari inclusa, defensa ab angelo.</i>	34. b
<i>Puellæ demoniacæ miræ fortitudo.</i>	10. a
<i>Puer quidam Almana demonio liberatus.</i>	41. b

Puer unius diei perfectè loquens. 82.a
Purgatorius ignis. 167.a

Q *uadrigea fusiles ex argento.* 84.a
*Quirinus proconsul aduersus B. Andream
 concitatur.* 30.a

R *adicis totum est vitium quod in fructibus pec-
 catur.* 60.a

Radices dulces quaedam venenatae. 221.a

*Radiatorum velut solarium supra capita sanctorum
 pingendorum origo.* 70.b

Regina Martino seruit. 234.a

Reliquiae sanctorum ab angelis proteguntur. 58.b

Reliquiarum sanctorum virtus. 121.b

Resurrectio templum mira celeritate constructum.
 90.b

Resuscitatus ad vitam, ingratus. 60.a. & b

S *abaria colonia.* 183.b

Sacerdotalis dignitas rege maior. 200.a

Sacerdotibus honor debitus. 69.b

Sacra ad defunctorum tumulos. 56.b

Sacramentorum usus. 92.b

Sacrificatores nec apud Ethnicos decrant. 75.b

Sacrificia cur sibi petant diaboli. 99.b

*Sacrificium missae pro celebrante offertur & pro po-
 pulo.* 175.b

Saluandi aut non saluandi qui sint. 182.a

Samaritani ad Christum conuersi. 4.a

sancti sanctorum non cuius ingredi licitum. 73.b

Sancti non semper immunes à casibus. 6.a

*Sancti ubi non sunt corporaliter, etiam inuocati au-
 diunt & deprecantur.* 173

Sanctorum & iustorum prerogatiua. 23.a & b

Sanctorum preces quatenus nos inuent. 39.a

Sanguinis proprii effusione vltronea sacrificantes.
 75.b

Sanitas post annos viginti agrote cuidam reddita.
 28.a

S. Martini confessio de Trinitate. 252.b & seq.

Sapor B. Thomae apostoli auditor. 110.b

Sarcophagus apostolorum ex auro puro. 85.a

*Saulus, qui postea Paulus eruditissimus in lege Moysi,
 sed duntaxat secundum literam.* 15.a

Saulus, seditionis aduersus Beatum Iacobum auctor.
 72.b

Scala virtutum in caelum. 87.a

Sceleris procurator qualiter exceptus. 56. 57.
 60. & 61.

Scythia obtigit sorte B. Philippo. 122.a

Secratio uxoris marito ingrata. 42.a

Seditio pecunia excitata. 49.b

Sènes, apostolorum simonis & Iuda discipulus. 83.b
 Eius mors. 85.a

*Septuagenarius senex nequam, ad Christum conuer-
 sus.* 38.b

sepulchrum sibi suum B. Ioannes Apost. effodi iussit.
 69.a. & b

sepultura honoranda. 161.a

<i>sepultus in honore habitus quidam latro, adiuratus de se fatetur qui fuerit.</i>	195. a
<i>Serapis templum.</i>	149. b
<i>Serpens, castitatis vindex.</i>	56. b
<i>Serpens mira magnitudinis à beato Andrea pulsus.</i>	
32. a	
<i>Serpentem ingressus angelus sua potentia.</i>	89. a
<i>Serpentes à magis immisos Simon & Iudas Apstoli in pallia sua exceptos, in ipsos magos reuiciunt.</i>	
81. a	
<i>Serpentibus imperantes magi.</i>	86. a
<i>Sepulta nuper studia.</i>	153. a
<i>Seuerus Sulpitius.</i>	184. b
<i>Siforatus militia regis dux.</i>	115. b
<i>Siforis uxor regis.</i>	115. b
<i>Signo crucis virtus.</i>	174. a
<i>Signis potens, à demone possidetur.</i>	224. b
<i>Simon Magus.</i>	4. 5. 6. & 7.
<i>B. Simonis Apostoli vita.</i>	71. a
<i>Simonis & Iudæ Apostolorum fratrum historia.</i>	
74. b	
<i>Sina montis altitudo.</i>	221. b
<i>Sisinnius subita cecitate percutitur.</i>	136. b
<i>Eiusdem conuersio.</i>	138. a
<i>Solis epula solennes.</i>	83. b
<i>Solis statua excellentissima.</i>	113. b
<i>Somnium B. Andrea.</i>	32. a
<i>Sofratus puer à matre ad incestum pronocatur.</i>	
22. a	
<i>Spiritus cognoscendi signa.</i>	203. a

<i>spiritus sancti missio, quantæ efficacia.</i>	87. a
<i>Sponsam unius alter usurpans, quàm grauiter peccat.</i>	
93. a	
<i>Stateus quidam à morte suscitatus.</i>	64. b
<i>Stephanus dux ad se Valeriam auocat.</i>	162. a
<i>Stipem sani petere non debent.</i>	9. b
<i>Straminis mirum.</i>	233. a
<i>Stupri violenti ultio.</i>	34. b
<i>Suanyr, amplissima ciuitas Persidis.</i>	83. b
<i>Stephanus dux ad B. Petrum qui tum Roma erat cum suis perrexit ut benedictionem acciperet.</i>	164. a
<i>Submersi quamplurimi ad vitam per B. Andream reuocati.</i>	36. b
<i>Sudarium mira virtutis.</i>	45. b & 182. b
<i>Syrium naufragium.</i>	212. b
M	
Taurus index.	180. b
<i>Tempestat subito coorta pro defensione reliquiarum B. Marci Euangelista.</i>	135. a
<i>Templi edificandi mira celeritas.</i>	90. b
<i>Templi dedicatio.</i>	174. b
<i>Templorum sanctis dedicandorum origo.</i>	68.
<i>Templis nomina primum indita.</i>	90. b
Vide Ecclesia.	
<i>Terra, virgo.</i>	98. b
<i>Terramotus miraculosus in causa in sortis.</i>	22. b
& 134. a	
<i>Thaddæus, idem & Iudas, & Zelotes.</i>	74. b
<i>Theodora Sisinnij cõiunx cõuersa à simulachis.</i>	136. a
<i>B. Thomæ apostoli res gesta.</i>	102. b

I N D E X.

Tigrides immanes & ferocissima mansuefacta. 583.a
Trahite bubalum ad loca buculi. 134.b
Trinitatis professio, & proprietates personarū. 100.b
Trigesta quid sit. 26.b
*Trophima impudica cuiusdam femina ad Christum
 conuersio.* 34. a
Tullum appullit Marcialis. 157.b
Tunica mira & efficacia. 67.b

V

V *Acca à demone vexata liberatur.* 235.a
*Valentianus vel inuitus assurgere B. Martino
 cogitur.* 232.b
Valeria morti adiudicatur. 162.a
Valeria oratio. ibidem.
Valeria Lemouicum appulit. 161.b
Valeria bona sua pauperibus erogat. ibidem
Vanitas ex virtute subrepens. 223.b
Varadach dux exercitus regis Babylonicorum Xerxi.
 75.b
Vaticanus sepultura B. Petri locus. 14.b
Veneri bibendi sponso. 66.b
Veneri infusi mira eductio. 230.b
Venenum exurgentes serpentes, non dolores afferunt.
 81.a
*Venio Romam iterum crucifigi, inquit Christus Pe-
 tro Roma fugienti.* 14.a
Ventorum mira vis. 212.b
*Ventris purgandi voluntas, aliquando magni boni
 occasio.* 42.a
Ventri pauca sufficiant. 63.b

I N D E X.

Vestes pauca homini sufficiant. 63.b
Vestimentorum mira duratio. 96.b
Vestis B. Iohannis mira efficacia. 51.b. & 67.b
Vestitus vilis & diuitis collatio. 79.b
non Videri, consummata est victoria mulieris. 206.b
Vincula magica per D. Iacobum Apostol. soluta. 45.b
Vindicta non expectanda Christiano. 94.b.
 & 46.b. & 248.b
Vipera S. Paulo nihil nocens. 17.a
Vir ab uxore derelictus propter Euangelium. 34.a.
 & 54.a. & 112.a
Virga arida flores triennali irrigadi patientia. 223.a
Virga fascium ligneorum in aureas virgas conuersa.
 62.a. & 65.a. & b
Virgines à viris videri nolint. 237.a. & b
Virgines Deo sponsa, ne nubant. 93.a. & b
Virginum Deo consecrandarum ritus. 94.a
Virginitatis praestantia. 236.a
*Virginitatis votum prima omnium virgo Maria Deo
 obtulit.* 97.a
Vita B. Marcialis. 154.a
Vita humana solitudines. 55.a
Vltio ab alio in alium translata. 34.a
Vltio diuina horribilis. 85.a
Velatus Simonis magi. 13.a. interitus. ibid.
Valdath. idolum disiliit. 101.b
Vsus rerum bonus & malus vt discernatur. 92.a
*Vuarus quidam à mortuis per B. Andream excita-
 tus.* 36.b
Vxor viri consortium abnuens vel mortis. minis con-

I N D E X.

<i>temporis propter Christum.</i>	54.a
<i>Vxoris insana licitatio.</i>	91.a
<i>Vxoris aegritudine maritus sibi mortem consciscere meditans.</i>	40.b
<i>Vxorem tibi permitterem, nisi meus esses, Christus ad Ioannem.</i>	69.b
<i>Vxoriam impedimenta à salute remorantia.</i>	120.a
X	
X <i>Erxis regis pietas.</i>	85.a
Z	
<i>Zabeiron Gracis armamentorum repositorium.</i>	46.b
<i>Zaroes & Arfexat magi. 75.a. deos se credi volentes. 85.b. eorum mors.</i>	ibid.a
<i>Zelotes, Thaddæus, Iudas idem.</i>	74.b

F I N I S.



AD M A G N I F I C O S
 ET CLARISS. VIROS, AC
 DE SESE BENE MERITOS
 patronos, D. D. Georgium Giengerum, Regis insulti
 Romani FERDINANDI à Consultis
 tacitis, & D. Iacobum Ionam eiusdem Principis
 Procancellarium, utrunque I. V. Consultissimum, &
 nobilis Austria Consultorem dignissimum, fidelissi-
 mumque, V V O L F G A N G I L A Z I I
 Viennensis Austriaci, Medici & Historici
 Regij, in Abdiam, eiusque interpretens
 I V L I V M A F R I -
 C A N V M,

P R Æ F A T I O.



O R O N Æ honorem,
 Romani his qui ciuem ex
 hostium manibus liberaf-
 sent, largiri solebant, per-
 uetusta admodum consue-
 tudine, & haudquaquam
 improbando exemplo: vt
 partim, quantū positum esset momēti in vnus

hominis assertione, hostes intelligerent: partim verò, vt cæteri hac imitatione animati, frequenter ac seduli in suis defendendis incumberent. Quod ego, Magnifici, ac de me benemeriti, consultissimique viri atque patroni, cum aliàs, tum præcipuè in Bibliotheca veterum, ac iis authoribus hodie faciendum censeo, quos vel vetustas rerum omnium consumptrix, vel Vulcanus edax, vel barbarorum denique ingruentium iniuria nobis inuidit. Tametsi autem multi ex doctis & bonis viris, vel sine præmio, solo reipublicæ literariæ asserendæ studio, in hanc curam incubuerunt, qui nobis aliquot T. Liviij Decades, qui aliquot Taciti Libros, Dionem, Nicephorum, Marcellinum, Cassiodorum, Symmachum, & alios complures absconditos cum libris, tum authores restituerunt: tamen tanta mortales habet auri sacra fames, vt ille inquit, vt qui præstare hoc possent, quibus res ampla domi est, cõtemnam: quibus verò fortuna præsidium huiusmodi bonæ voluntatis denegauit, etsi velint ac contendant, in tanto literarum contemptu nequeant. Quæ mihi causa vna vel maxima fuit, vt quãdo Rhamnusia omnes mihi dotes non denegasset, quamuis medicinæ operatione atque emolumento, Regisque inuictissimi Romanorum, &c. Diui FERDINANDI Domini mei Clementissimi historiis scribendis, ac re familiari, & magna ex parte per quàm accisa valetudine insigniter impediatur, tamen

aliquid ea in re mihi euitendum putarim. Confirmare verò videbatur hanc meam haud omnino ineptam voluntatem, præter eum ardorem, quem erga sacrosanctam gerimus vetustatem, vestra, quæ longè maxima est, auctoritas, quæ mihi in hoc calcar currenti addidit. Quare factum est, vt peregrinatione nostra secunda, quam in prouincias inferiores Austriae instituimus, à bhinc circiter biennio, quo tempore in Carinthia Osiacense cœnobium, longè omnium eius vicinæ antiquissimum, & à Carolomanno confirmatum, inuiserem, quia nulla isthic Bibliotheca erat, ob frequentes & ignis & barbarorum deuastationes, specus subterraneos, illo, quem diximus nobis insitum esse antiquitatis amore, seu libidine potius, inuestigauit. Vbi inter chartas ignobiles, & malè olentem situm, incidimus fortè fortuna in codicem membraneum, antiquissimis literis & ferè detritis scriptum. Quem tum quidem, quòd itineris absoluendi gratia maturarem, visum duntaxat obiter, quia titulus sub finem scriptus erat, & deerant quædam ab initio, cum medium folium legissem, placeretque, coniectum in sarcinulas meas, vel ob solâ membranæ & caracterum vetustatem, Viënam deuexi. Atque ibi postea, cum superesset ocium, & auere librorum aduectorum recognosceré, deprehendi argumentum esse historiae Apostoli-

P R A E F A T I O.

ca: placuitque non solum dicendi genus, quod
terfium esse animaduerreram, & hebraisimum
redolens: verum etiam ipsius historiae veritas,
à vulgaribus Legendis (quas vocant) in multis
dissentiens. Idcirco cum & titulum sub calcem
libri tum reperissem,

S C R I P S I T H A E C G E S T A S A N -
C T O R V M A P O S T O L O R V M A B -
D I A S B A B Y L O N I A E, E P I S C O -
P V S, Q V I A B I P S I S A P O S T O -
L I S O R D I N A T V S E S T, S E R -
M O N E H E B R A E O, Q V A E V N I -
V E R S A A B E V T R O P I O I N G R A E -
C V M, E T A B A F R I C A N O L A -
T I N O S V N T T R A N S L A T A S E R -
M O N E, E T I N D E C E M L I B R O S
D E S C R I P T A.

Hic verò dici non potest, quanto gaudio
suffusus, tanquam vnionem quendam precio-
sum reperissem, non solum de euoluendo ve-
teri & Ecclesiae per quam necessario auctore,
verum etiam de eodem publicando cogitarem.
Quo in proposito hoc me solum remorabatur,
quod nec Abdiæ, nec Africani interpretis no-

P R A E F A T I O.

mina mihi satis nota essent. Contigit verò tum
res pernecessaria, vt quo tempore Cæsares no-
stri comitia cum Germaniæ principibus apud
Augustam Rhatia transigerent, ego rursus au-
thoritate & indultu Regis nostri clementissi-
mi, posthabita re familiari mea, ad tertiam me
accingerem profectiorem: ne nihil deesset, quo
sittim illam inquirédæ vetustatis extinguerem.
Ibi in eo itinere, quo Bibliothecas per Sue-
uias, Brisgauriam, Alsatiam, Sungouiam, &
Heremum Heluetiorum excussimus, quatum-
uis tempore anni incommodissimo, cœlique
statu improspere, vasto in nemore Harcianæ si-
ue Herciniæ syluæ, diuerteramus ex sancto Bla-
sio in cœnobium sancti Trudberti, facile to-
tius Germaniæ vetustissimum, quod videlicet
Phoca imperante positum est ab Otberto Co-
mite Hasburgensi, eius nominis primo, vnde
nimirum illa splendidissima Ausriadum gens
ac profapia defluxit. Ibi igitur constitutus, Co-
mite itineris ascito longè doctissimo viro Se-
bastiano Munstero, professore & Mathema-
tico Basiliensi, dum curiosus Bibliothecam
euoluerem, incidi fortè fortuna in aliud Ab-
diæ, siue Africanianæ translationis exemplar,
quod erat & membrana & characteribus mihi
visum vetustioribus, quàm quod in Charin-
thia inueneram, scriptum. (quia ad manum ha-
bebam primum exemplar.) Et quo vetustatem
magis argueremus, contulimus illud cum di-

plomate confirmationis cœnobij, quod sub primo erat Ludouico exaratum, ante annos plures quàm septingentos, & longo interuallo relinquebatur à Codice Abdiano illo. aded litteræ erant detritæ, & magna ex parte deletæ, vel obscuratæ, vt inumbrationes potius literarum, quàm characteres esse viderentur. Lætatus tum quidem sum, non minimum, vt credi facile potest: quanquam & alios non ignobiles authores reperissem, qui in Theologicis historiis ac poetis lucubraruñt: tamen vt ex collatione duorum exemplariorum iustam lectionem adsequi possem, rem mihi post hominũ memoriam longè rarissimam accidisse arbitrabar. Itaque sarcinis librorum collectis, cum post longam peregrinationem Viennam rediissem, emensus miliaria plura quàm ducenta, nihil antiquius habui, quàm authorem hunc collatione vtriusque exemplaris recognoscere. Sed interdum mea & vxoris valetudine, & onerum molestia, quæ mihi vsque indignis modis imponuntur, interdum & authorum aliorum multitudine, mearumque editionum (quas ingentes molior, & præter Regem, vobis Patroni clarissimi, aliisque cõsecraui) acceleratione impeditus, Abdia operam dare, vt volebam, sanè nequiu. Destitutus ad postremum librarij ope, cui exscribendum dederam, qui multis mensibus vix medium librum absoluere poterat, premere denuò in aliud commodius tempus statueram:

ni Ioannes Oporinus Basiliensis, longè doctissimus vir, suis me litteris excitasset, qui hunc anxie à me sepe requirebat. Itaque in ipso labyrintho negotiorum & molestiarum mearum, aliquot horas describendæ Africanianæ translationi dedi. Quo rursus in labore, cum legem in historia Symonis & Iudæ, Abdia Christum Saluatorẽ nostrum in carne vidisse: cumque esset vnus ex Septuagintaduobus discipulis Symonem & Iudam in Persida abeuntes, vt verbum Domini eius incolis adnunciarent, secutum, Babylonæ postremò ab eisdem Apostolis Episcopum esse relictum: iam maior inceserat euulgandi huius authoris cupido. Non enim vitio accessisse hoc authori, ex serie historiarum animaduerebam: propterea quòd subinde prima persona pluralis introducatur, vt cum Apostolis hunc profectum esse, & interfuisse rebus eorum gestis, & potissimum qui in Asia Euangelium adnunciabant, liquido appareat. Vt sub finem libri tertij, cum beati Andrea passionem descripsisset: Et hæc dicens, diutissime Dominum clarificans & gaudens, nobis flentibus reddidit spiritum. Et in libro quinto, cū Druasianam doceret à sancto Ioanne Euangelista à mortuis suscitatum: Cum igitur (inquit appropinquassent sepulchro, subitò præcepto Ioannis aperta sunt fores, & iuxta sepulchrum Druasianæ vidimus speciosum adolescentem adridentẽ. Et iterum eodem libro, cum

S. Ioannis sepulturam describeret : Vbi autem, sicut voluit, facta est fouea, nihil quoquam nostrum sciente, exiit vestem, & strauit eam in illa fouea. Idem libro nono, in historia Diui Thomæ : Neque enim serui Dei dormire tum poterant, quos sic CHRIS TVS excitabat, neque patiebatur nos somno dimergi. Trāseo orationes, quas Apostoli vel ad Christum in martyrij coronis fundebant, vel vbi mortuos suscitabant, aut populos ad fidem vel suscipiendam vel retinendam adhortabantur, miro artificio, ac planè rhetoricè scriptas, energia ac grauitatis plenissimas. Hæc inquam, & his similia cum inter exscribendum legissem, iam nihil quicquam dubitans, hunc ipsum dignum luce autorem iudicare: & eo quidem magis, quòd Ioachimus Perionius Gallus, homo alioquin doctissimus, ex fragmentis, cum illius (vt arbitror) Africanianæ translationis, tum ex his quas legendas Ecclesia appellat aliisque in fide nostra autoribus, librum superiori anno de Apostolorum historia euulgasset, latinissima quidem phrasi scriptum, sed vbi multa desiderantur (pace optimi viri dictum sit) adeò vt affirmare ausim, vix tertiam partem, aut etiam minus, huius nostræ historiæ attingere. id quod cādido lectori perspicuum euadet, si Diuorum Andreæ, Ioannis, & Thomæ historias vtrouique contulerit. Fateor quidem, in Diui Pauli historia fusissimum esse Perionium, & longo

interuallo Africanum superare, vel Abdiam: vt qui breuior in eius vita propterea (vt arbitror) fuit, quòd procul in Asia remotissimè à Diuo Paulo scripserat: vel quòd epistolæ huius Apostoli instar historiæ Christianis essent, ex quibus etiam suam de hoc Apostolo magna ex parte Perionius historiam sumpsit. Hic fortè scrupulū lectori vel Abdias, vel Africanus eius interpretes fecerint, quod in prioribus duobus libris, multa quæ in Actis extant, recēsentur: sed tamè breuius, & cursim, vt ita dicam: vt vel Abdiam hæc ex Luca sumpsisse, vel Lucam ex Abdia, credendum sit, cum vterque eodem tempore vixerit, & Apostolorum discipulus extiterit.

Hæc prolixius dico, vt quot & quàm euidentibus rationibus coactus, hunc dare prælo autorem, nec premere diutius constituerim, lector candidus intelligat. Itaque hæc cum ita se haberent, & suam in super mihi operam longè optimus atque doctissimus vir Ioānes Oporinus polliceretur, excusationem amplius nullam prætere poteram: erant que mihi tantum patroni quærendi, quibus tam insignem autorem dedicarem. quorum etsi plurimos habeam, in comitatu Regis nostri inelyti precipuè multis modis de nobis benemeritos: tamè Magnificentia vestra cum principem locum vsurpent, vel hoc nomine primi mihi occurrunt, quòd vtrique cum seorsim inscripsissem ingentia ac memoria lucèque dignissima volu-

mina : tibi quidem Georgi Giengere, duas de Gentium immigrationibus Decades, quæ in Austriæ inferioribus Prouinciis ordine coluerunt & tibi Iona obseruandissime, Archæologia Ecclesiæ primitiæ libros tres : quia magna sunt opera, & temporis nonnihil ad euulgationem, ob icones & alia quædam & mihi & chalcographo desideratur : vt interim animos vestros, dum hi adornantur, aliqua mea in V. M. obseruantie significatione, simul vt expectationem meâ sustinerem: Abdiam, siue eius potius interpretem Iulium Africanum historicû, vobis simul & eisdem auspiciis offero, dedo, atque consecro, quorum vterque æqua ceu lance nexum me sibi beneficiis habet, vt quæ alteri præferam, planè dubitem. Quare suscipite hilari fronte, & mei & aliorum qui se literis manciparunt Patroni, & in iure, cõsiliis, fideique Principi nostro inuictissimo perstitis longè consultissimi, atque fidelissimi, acceptissimique : eisdem inquam auspiciis V. C. authorè vetustum suscipite, vt quorum præsidio in inquirenda sacrosancta verustate vtor atque nitor, ad eosdem rectè etiam atque meritò fructus aliquis, & in primis mea gratitudinis ergò redundet. Neque verò vel materia, quæ sacra est, & historia nondum satis cognita, displicebit. Arridebit, ni fallor, & ipsa phrasis, quæ tametsi patrum Ecclesiæ vetustiorum elocutionem referat, tamen culta est, & multo quàm ea quæ est in Actis A-

postolorum, aut ipsa etiam Euangeliorum historia, ornatior. Sat scio obiiciet quispiam, historiam Apostolorum in Actis cõtineri, vt ipse etiam Abdia nostri interpres in præfatione sua testatur: verùm quæ singuli, postquam in gentes diuisi abierant, diuersis in regionibus præclare, & ad fidei ædificationem necessaria gesserint, neque in Actis, neque vllò in recepto aut peruetusto autore haberi existimarim. Nam Legèdis vulgaribus, vt ingenuè fateor, multa accesserunt, postquam illa primæ & veritate fundatæ historiæ fuissent deperditæ : atque ista accessoria, dici non potest, quàm fidei sanctissimæ historiæ detraxerint, & beatissimos Apostolos apud malos & hæreseos maculis resperfos in contemptum adduxerint, vt seculum nostrum abundè satis testatur. Atque vt de interprete huius nostræ historiæ, posterius dicã, vel in transcurso historiæ & præcipuè diuorû Simonis & Iudæ vita, apparet, præter hunc Abdiam Babylonis episcopum, & Apostolorum discipulum, quique Saluatorem nostrum viderat in carne, Apostolorum beatorû res gestas & Cratonem quendam scripisse: sed vtriusque non solum opera, verùm etiam vel nomina ipsa in Ecclesia hæctenus ignorabantur. Interpretis tamen Iulij Africani historiographi, diuus Hieronymus subinde in Epistolis, tum præcipuè cap. octauo in Daniele, meminit, & supputationè hebdomadarû ex eius & Eusebij autoritate adducit.

P R Æ F A T I O.

Citar huius autoritatem & Nicephorus Calistus Xantopulus, Græcus & ingens autor, quem inclytus Romanorum Cæsar diuus Ferdinandus, ex reliquiis bibliothecæ Mathiæ regis Hūgariz, inter prædam Turquarum repertum, vestro calculo atque cōsilio, viri longè omnium clarissimi, Latine redditum à Ioanne Lango eruditissimo viro, iam prelo Oporiniano destinavit. Is inquam autor, Louanienſium Theologorum censura quoque approbatus, capite vndecimo Tomi primi de Africano sic scribit, vt Langus reddidit: Quandoquidem diui Euan gelistæ Matthæus & Lucas, genealogiam variè prodiderunt, & non pauci, qui talibus rebus persequendis, magni clarique sunt habiti, de ea dissonantia integros libros composuerunt: ego tamen prætermisſis aliis, Africano historico vtar autore qui aliorum opiniones, vtpote quæ ad veritatem non pertingant, reprehendens atque refellens, quàm ipse à vetustioribus acceptam, in Epistolis de Euangeliorum dissonantia ad Aristidem exposuit, inde translata verbis ipsius, in opus hoc inseram sententiã. Hæc Nicephorus. Meminit porro Africani & Martinus chronographus, quem ipsi vnà cum aliis à situ vendicauimus, quique sub Othonibus scripsit. Nam cum Gordiani primi tēpora describeret: Floruit (inquit) his temporibus Iulius Africanus, nominatissimus in Ecclesia scriptor, qui vnà cum aliis notariis gesta Martyrum scripsit,

P R Æ F A T I O.

& multa in linguam Latinam traduxit. Hæc ille. Habetis igitur, Magnifici ac benemeriti Patroni, & nostri instituti rationem, & interpretis autorisque nomina: & quàm vetusta ea historia sit, quàm vestro patrociniò subiecimus, & quàm Ecclesiæ necessãria, iam intelligitis. Quæ rogo, M. V. eo animo à me accipiant, quo ipse offero, nempe candido, & de religione nostra catholica sinceriore, ex animo benemereri cupiente. Non sum tamen nescius, beneficia vestra in me profecta, maiora esse, quàm quæ hoc genere muneribus rectè recompensentur. Sed ea est moderatio animorum vestrorū, & mihi perspecta satis cōiuncta cum sincera religione humanitas, vt mihi facillè hac in parte sitis condonaturi, quod præstare vel ob fortunam non possum: vel ob aceruum molestiarum & onerum, temporisque breuitatem, qua excludor, nondum assecutus sum, vt cogitationes meas, quas vtrique institui, statim non queam repræsentare. Sit igitur Abdias interea pignus, & arrhabonis instar, donec opera vobis V. C. destinata, lucem adipiscantur. Cuius non dubito vel euulgationem, vel consecrationem gratam futuram, vel hoc nomine, quòd non nisi pietatis docet, & religionis nostræ sacrosanctæ fundamenta, quæ Apostoli beati iecerunt, tot peregrinationibus atque tormentis, & ad postremū sanguine proprio, ac morte, & quæ consecuta sunt miraculis, confirmarunt. Adieci verò Ab-

P R Æ F A T I O.

diæ, siue translationi Africanianæ, & alias, quæ mihi partim ob vetustatem scriptiōnis, partim verò ob historiæ seriem, veræ visæ sunt, Sanctorum Dei historias, vt iustū volumen editio nostra adsequeretur. Sic Mathiæ Apostoli historiā, ex Hebraico, incerto authore versam, & antiquissimā membrana, literisque exceptam, quia apud Abdiā non habetur, coniungere placuit. Sic rursus beatorum Marci Euangelistæ, & Clementis, quòd & hi Apostolorum fuerint discipuli: necnon Cypriani Episcopi & martyris, & sancti Apollinaris, agones. Denique & qui posterius floruit, Diui Martini Sabariensis atque Panonii, qui postea Turonensis in Gallia Episcopus fuit, vitam elegantissimo filo dictionis à Sulpitio Seuero rhetore exarata, eodem instituto Abdiæ subiicere libuit, quòd videlicet veritatis fundamentis hæc posita historia esset, & ab eo viro conscripta, cuius eruditionem lucubrations satis ostendunt. Et quia Apostolicum munus passionem Saluatoris nostri sequi cœpit, præmissi Abdiæ luculentum carmen, incerto authore in antiquissima membrana à me repertum quod passionem illam salutarè affabre depingit. Habetis igitur, viri magnifici, atque benemeriti patroni, totius dedicationis illius elenchum, quem vt obuiis vlnis à cliente vestro accipere dignemini, ita rogo, vt magnam accessionem beneficiis vestris in me collatis non sine scœnore factam existimetis, si non mu-

P R Æ F A T I O.

nus ipsum, sed animum dantis, ac vetustissimi authoris dignitatem considerabitis. His me vtique vestrum de nota meliori commendo.

Viennæ Pannoniæ, ex ædibus nostris,
Cal. Augusti, Anno. 1551.



IULII AFRICANI
HISTORICI ET EPISCO-
PI IN HISTORIAM APO-
stolicam, Præfatio.



QVAM plurima de
Apostolicis signis sacra Euan-
geliorum, vel illa quæ ab ipsis
actibus nomen accepit, narret
historia: tamen visum est no-
bis, ut retractis exemplaribus
ac voluminibus istis, & ma-
ximè quæ ab Abdia, qui Salvatorem in carne vide-
rat, & secutus Simonem & Iudam Apostolos in Per-
sida, primus Babylonis Episcopus fuit, de uniuscuius-
que virtutibus sermone Hebraico scripta sunt, quan-
tum inuenire potuimus, libros singulos conscribamus:
ut etiam si alicui delectatio fuerit inquirendi, quod
ille aut ille proprium gesserit, singulatim reperiat
in singulis. Nam de multis, quæ hæc de re à veteribus
scripta sunt, nihil ad nos, præter ipsorum passionum
monumenta venerunt. Quod nos pro magno comple-
ctimur, scientes scriptum: Honorandi sunt amici tui
Deus. Verùm utrum magna ostendissent prodigia in
populis, an minora, non hæc fragilitati humana sunt
ascribenda, sed à nobis fideliter confitendum, quia ope-

vatur ea vnus atque idem Dominus Iesus Christus, qui
 in eis per bonam voluntatem & sensus puritatem ha-
 bitat. sicut dudum protulit Propheta: Quia inhabita-
 bo in eis, & inambulabo in illis, & ero illorum Deus.
 Ergo in huius Iesu Christi filij Dei omnipotentis no-
 mine, qua scripsit sanctorum Apostolorum gesta Ab-
 dias Episcopus Babyloniae, qui ab ipsis Episcopus ordi-
 natus erat, sermone Hebraeo, & qua discipulus eius-
 dem Abdiae Eutropius in Graecam linguam transtu-
 lerat, haec nos vniuersa Latino reddidimus sermone,
 & in decem libros descripsimus, gloriam semper
 referentes Deo patri, per vnigenitum eius fi-
 lium, Dominum & redemptorem no-
 strum Iesum Christum, in spiritu
 sancto, illuminatore anima-
 rum nostrarum, & nunc,
 & semper, & per sa-
 cula saeculorum,
 Amen.

*



2

HISTORIAE APO- STOLICÆ, AVTORE ABDIA Babyloniae Episcopo, & ipsorum Apostolo- rum discipulo, quam ex Hebraica lingua in Latinam Africanus vertit,

LIBER PRIMVS.

*De rebus à beato Petro, Principe Apostolo-
 rum, praeclare gestis.*



P O S T corporeum Domini-
 cae Natiuitatis Aduentum,
 cum ipse Dominus I E S V S
 Christus vera lux mundi,
 mūdanicis illuxisset tenebris,
 ambulans iuxta mare Gali-
 leæ, vidit duos fratres, Si-
 monē qui vocatur Petrus, & Andream fratrem e-
 ius, mittētes retia in mare: erāt enim piscatores.
 & ait illis: Venite post me, faciam vos fieri pisca-
 tores hominum. At illi continuō relictis reti-
 bus, secuti sunt eum. Et cum venisset in partes
 Cæsareę Philippi, interrogabat discipulos suos,
 dicens: Quem dicunt homines esse filium ho-

minis: At illi dixerūt: Alij Ioannem Baptistam, alij autem Heliam, alij verò Hieremiã, aut vnum ex prophetis. Tum Simon Petrus constanter & intrepidè respōdit: Tu es Christus, filius Dei viui. Respondēs autē Iesus, dixit: Beatus es Simon Bariona, quia caro & sanguis nō reuelauit tibi, sed Pater meus qui est in cœlis. Ego verò dico tibi: quia tu es Petrus, & super hanc petrã aedificabo Ecclesiam meã, & portæ inferni nō præualebunt aduersus eam: & tibi dabo clauēs regni cœlorū, & quodcunque ligaueris super terram, erit ligatū & in cœlis, & quodcunque solueris super terram, erit solutū & in cœlis. Contigerat fortè eodē tēpore, vt Christus oraturus, ex more, in montem quendã abirer, adsumptis, ex discipulis tribus carioribus, Petro, Ioanne, & Iacobo. Cūque adsumptus paulo altius solitūque lumine circundatus, in medio Moyſis & Helix, clarificatus à discipulis videretur: Domine (inquit Petrus) bonus est iste locus ad habitandum: itaque si placet, tria hic tabernacula faciemus: tibi vnū, & reliquum Helix ac Moyſi. Sed nihil tum Iesus respondit: ve iūm vt surgerent ac timorē exuerent admonuit, reliquūq; de passione sua sermonē protrahēbat. Quæ cum postea ante Paschatis solēnia instaret, sciens Iesus quia omnia dedisset ei Pater in manus, & quia à Deo exiuerat, & ad Deum vaderet, surgit à cœna, & ponit vestimenta sua: & cum accepisset linteam, præcinxit se, deinde misit aquam in

peluim, & cœpit lauare pedes Discipulorū suorum, & tergere illos linteo. Cumque venisset ad Simonē Petrū, dicit illi Petrus: Domine, tu mihi ne lauabis pedes? Respondit illi Iesus: Quod ego facio, tu nescis modo, scies autē postea. Tū Petrus: Non lauabis mihi pedes in æternū? Respondit Iesus: Si non lauero te, non habebis partem mecū. At quæ Petrus: Non tātum pedes, sed etiam caput meū, & manus meas. Quem sermonem excipiens Iesus, ait: Qui lotus est, non indiget vt iterū lauetur, sed est mundus totus. Hęc ante resurrectionem à beato Petro gesta sunt. Post resurrectionem autē dicebat Dominus Iesus Petro: Simon Ioannis diligis me? Etiam Domine, inquit Petrus, tu scis quia amo te. Tum Christus: Pasce agnos meos. & subdit: Simō Ioannis, diligis me? Dicit ei Petrus: Tu scis quia diligo te. Pasce ergo oues meas, ait Iesus. Et dicit Petro tertio: Simon Ioannis, amas me? Quæ cū audisset Petrus, contristatus est, quod ei tertio dixisset, amas me, & respondens ait: Domine tu scis, quia amo te. Et Iesus? Pasce ergo oues meas. Amen, amen dico tibi, cū essēs iunior, cingebas te, & ambulabas quò volebas: cū autē senueris extēdes manus tuas, & alius te cinget, & ducet quò tu non vis. Hoc autem dixit, significans qua morte clarificaturus esset Deum. Hęc autem facta sunt eo tempore, quo ad mare Tiberiadis Saluator post resurrectionē, piscātibus discipulis in littore apparuerat, quærens nun-

quid pisces aliquot cepissent? Sed illi qui Dominum tum non cognouerant, eminus pernegabant. Quo audito, Iesus rete ad dexteram partem nauis mitti precepit. Quod ubi hi fecissent, & Petrus se in mari dimississet, rete plenum piscibus retraxerunt. atque ex eo miraculo attoniti, Dominum cognoscere ceperunt: & appellantes ad litus, prope eum pisces subiectis carbonibus, & panem inuenerunt. Cumque cetum & quinquaginta pisces numerassent, quos ex reti colligebant, inuitabat Christus discipulos ut sederet, piscemque & panem secum ederet. Et hæc quidem dum adhuc in terra is degebat, post resurrectionem, à Petro facta sunt, que digna sunt memoria. Postquam autem Dominus Iesus adsumptus est in cælum, Petrus & Ioannes ascendebant in templum ad horam orationis nonam. & ecce quidem vir, qui erat claudus ex utero matris suæ, baiulabatur: quem ponebant quotidie ad portam templi, quæ dicitur speciosa, ut peteret eleemosynam ab introeuntibus in templum. Is cum vidisset Petrum & Ioannem ingredientiæ, supplicabat, ut eleemosynam acciperet. Intuens autem in eum Petrus cum Ioanne, dixit: Respice in nos. At ille intedebat in eos, sperans se aliquid accepturum ab eis. Tum Petrus: Argentum & aurum non est mihi: quod autem habeo hoc do tibi. In nomine Iesu Christi Nazareni, surge & ambula. Et apprehensa eius dextra, alleuauit eum. Et protinus consolidatae sunt bases eius & plantæ: & exiliens stetit, & ambulabat: & in-

*Hæc historia
recessit in
Actis Apostolorum à S.
Luca.*

gressus cum illis in templum, coram omni populo testificabatur & magnificabat Dominum. Erat autem annorum amplius quadraginta. Augebatur verò interea numerus credentium in Christum, multitudo virorum ac mulierum: ita ut in plateas eicerent infirmos, & ponerent in lectulis suis ac grabatis, secus vias publicas, quibus Apostolos audiuerant venturos. Conueniebant autem & ex proximis ciuitatibus multi Hierosolymam, agros adferentes, & qui à spiritibus imundis vexabantur, quos omnes curabat Petrus. Interea cum fama venisset Hierosolymam, quia Samaria verbum Domini reciperet, miserunt eò Apostoli Petrum & Ioannem: qui cum venissent, orauerunt pro ipsis ut acciperent Spiritum sanctum. Nondum enim in quenquam illorum venerat, sed baptizati tantum erant in nomine Iesu. Et Apostoli imponebant manus super illos, & acceperunt Spiritum sanctum & Samaritani. Quam rem cum vidisset Simo qui dicitur Magus, quia per impositionem manus Apostolorum daretur Spiritus sanctus, obrulit eis pecuniam, dicens: Date & mihi hanc potestatem, ut cuiuscumque imposuero manus, accipiat Spiritum sanctum. Petrus autem dixit ad eum: Pecunia tua tecum sit in perditionem, quia donum Dei existimasti pecunia possideri. Non sit tibi pars, neque fors in sermone isto. cor enim tuum non est rectum coram Deo. Quare age poenitentiam, & recede ab hac nequitia tua, & roga Deum si forte

remittatur tibi. Hæc cogitatio cordis tui praua est : in felle enim amaritudinis, & obligatione iniquitatis video te esse. Respondens autem Simon, dixit : Precamini vos pro me Dominū, vt nihil eueniat super me horū quæ dixistis. Et isti quidē testificati & locuti verbum Domini, redibāt Hierosolymam, & multis regionibus Samaritanorum euangelizabāt Dominū. Factum est autem, vt Petrus, dum pertrāsiret multas vrbes ac vicos, deueniret ad sanctos qui habitabāt Lyddæ. Ibi hominē quendam inuenit nomine Æneam, ab annis octo iacentē in lecto, qui erat paralyticus, & ait illi Petrus : Ænea surge, sanat te Dominus noster Iesus Christus. Et continuò surrexit, & strauit sibi: & videbant illum omnes qui habitabant Lyddæ, & Saronæ, qui conuersi omnes ad Dominū fuerunt. Dum hæc agerētur, Christi discipula quædam nomine Thabitas occurrit, quæ interpretata dicitur Dorcas. Hæc erat plena operibus bonis, & eleemosynis, quas quotidie erogabat. Accidit autē vt fortè infirmata moreretur. Quā cum lauissent agnati, deposuerūt eam in cœnaculo. Quia autē non procul distabat Ioppe à Lydda, miserūt duos viros ad Petrum, rogantes vt non differret venire ad eos. Quæ cum accepisset Petrus, exurgens peruenit cum illis in Ioppen. Et cum venisset, duxerunt eum in cœnaculum, & circumsteterunt illum omnes viduę flentes, & ostendentes tunicas ac vestes, quas fecerat illis Dorcas. Quarum

stetibus condolens Petrus, eiecit omnibus qui aderant foràs extrēsis in cælum cum oculis manibus, & ponens genua orauit. Conuersusq; ad corpus, dixit: Thabita surge. At illa aperuit oculos suos, & viso Petro resedit. Dans autē illi manum, erexit eam. Et cum vocasset sanctos & viduas ad se, significauit eam viuam. Notum autē factum est per vniuersam Ioppen, & crediderūt multi in Dominum. Eodem tempore misit Herodes rex manus, vt affligeret quosdā de ecclesia. Vidēs autem quia placeret Iudæis, apposuit apprehendere & Petrū: erant enim dies azy-morum. Quē cum apprehendisset, misit in carcerem, tradēnsq; quatuor quaternionibus militum custodire eum, volebat post pascha producere eum populo. Et Petrus quidem seruabatur in carcere: fiebat autē oratio sine intermissione ab ecclesia ad Dominum pro eo. Cum autē producturus eum esset Herodes, in ipsa nocte erat Petrus dormiēs inter duos milites, vinctus catenis duabus. Et custodes ante ostiū custodiebant carcerem. Et ecce Angelus Domini astitit, & lumen refulsit in habitaculo carceris: percussōq; latere Petri, suscitauit eum Dominus: Surge velociter: & ceciderunt catenæ de manibus eius. Dixit autē angelus ad eum: Præcinge te, & calcia te caligas tuas, & fecit sic. Et dixit illi: Circunda tibi vestimētum tuum, & sequere me. Et exiēs sequebatur eum, & nesciebat quia verum esset quod faciebat per Angelū: æstimabat autē

Hæc omnia cap. 12. Act. habentur, quare vel Abdiam ex Lucæ sumpsisse, vel Lucā ex Abdia, cum fuerit vterque Apostolorum discipulus, credendum est.

se visum videre. Transeantes autem primam & secundam custodiã, venerunt ad portam ferreã quæ ducit ad ciuitatẽ, quæ vltro aperta est eis. Et exeuntes processerunt vicum vnum, & cõtinuò discessit Angelus ab eo. Et Petrus ad se reuertus dixit: Nũc scio verè, quia misit Dominus angelum suũ, & eripuit me de manu Herodis, & de omni expectatione plebis Iudæorum. His ita gestis, surrexit quidã Simon Samarius genere, qui dudum visis miraculis Petri, pecunia cõparare voluit donum spiritale, qui se magnũ & perpetualiter stantem esse dicebat: promittens eos qui in se crederẽt, prorsus dissolui non posse. Hic etiã Petri cupiens euertere vias, & ea quæ docebat ad irritum reuocare: diem constituit, in quo conuenientibus turbis ad disputandum cum Petro, præsens adesset. Erat autẽ tunc Petrus apud Cæsareã Stratonis. Igitur illucescente statuta die, Zachæus, qui erat prior ciuitatis, astitit Petro dicens: tempus est vt procedas ad disputandum Petre. Turba autẽ in medio atrij congregata opprimitur, te operiens, quorũ in medio multis fultus ad se * constitit Simon. Tum Petrus vt hæc audiuit, orationis gratia secedere aliquos iubens, qui nondum erant diluti à peccatis, quæ ignorantia commiserant, ait ad reliquos: Oremus fratres, vt Dominus per Christũ filium suum, pro ineffabili misericordia sua adiuuet me, exeuntem pro salute hominum qui ab ipso creati sunt. Et hæc cum dixisset, oratione

facta, processit ad atrium domus, in quo erat multitudo plurima populi cõgregata. Quòd vbi omnes summo cum silentio esse attentos videret, & Magũ Simonem in medio eorum velut signiferum, statim hoc modo cœpit: Pax vobis omnibus, qui parati estis dare dexteras veritati. Quicumque enim obediunt ei, vidẽtur quidem sibi aliquid gratiæ conferre Domino. Porro autem ipsi ab eo donum summi muneris consequuntur, iustitiæ eius semitas incedentes. Propter quod & primũ est omnium, iustitiã Domini, regũque inquirere eius. Iustitiã quidem, vt rectè agere doceamur: regnum verò, vt quæ sit merce posita laborũ & paciẽtiæ, nouerimus. In quo est bonis quidẽ æternorũ bonorum remuneratio: his autẽ qui cõtra voluntatem eius egerint, pro vniuscuiusque gestis, pœnarũ digna restitutio. Hic ergo, hoc est in presenti vita, positos oportet vos agnoscere volũtatẽ domini, vbi & agendi locus est. Nam si quis velit, antequam actus suos emēdet, de his requirere quæ nõ potest inuenire, stulta & inefficax erit huiuscemodi inquisitio. Tẽpus enim breue est, & iudicium digessorũ causa agitur, non quæstionũ. Ideoque ante omnia hoc quæramus, quid nos, aut qualiter agere oporteat, vt æternã vitã consequi mereamur. Mea ergo ista sentẽtia est, sicut & vero prophete visum est: vt primũ de iustitia requiratur, ab his maximè qui Dominũ se nosse cõfidentur. Si ergo habet aliquis quod esse rectius

puter, dicat. Et cum dixerit, audiat: sed cū patiētia & quiete. Propter hoc enim ab initio saluationis, speciem pacis cunctis imprecatus sum. Ad hæc Simō respondit: Non pace tua opus nō habemus. Si enim pax & concordia sit ad inueniendā veritatē, nihil proficere poterimus: habent enim pacem inter se & latrones, & scortatores, & omnis nequitia cū semetipsa cōcordat. Et nos ergo si ob hoc cōuenimus, vt pacis causa omnibus quæ dicūtur, præbeamus assensum, nihil auditoribus conferemus: sed è contrario illis eis, nos amici discedimus. Propter quod noli inuocare pacem, sed magis pugnā: & si potes expugnare errores, ne requiras amicitiam, iniustis assentationibus partā. Hoc enim te ante omnia scire volo, quia duobus inter se dimicantibus, tunc erit cum alter ceciderit superatus. Et Petrus ait: Quid times crebrō audire pacem? an ignoras, quia perfectio legis est pax? Ex peccatis enim bella nascuntur, & certamina. Vbi autem peccatum nō sit, pax in disputationibus, veritas in operibus inuenitur. Et Simon: Nihil momenti cōtinent hæc verba quæ loqueris. Sed nunc ostendam virtutis ac diuinitatis meæ potentiam, vt repente procidas, & adores me. Ego sum primæ virtus, qui semper & sine initio sum. Ingressus autem in vterū Rachel, natus sum ex ea vt homo, quo ab hominibus videri possim. Ego per aerem volaui, igne commixtus, vnum corpus effectus sum: statuas moueri feci, anima-

ni exanima, lapides panes feci, de monte volatu transmeaui, manibus angelorū sustentatus sum, ad terram descendi. Hæc non solum feci, sed & nunc facere possum: vt rebus ipsis probem omnibus, quia ego sum filius Domini, stans in æternum & credentes mihi similiter in perpetuū stare faciam. Tua autem verba vana sunt omnia, nec vllum potes opus ostendere veritatis: sicut & ille qui misit te Magus, qui nec seipsum potuit liberare de crucis pœna. Possum enim facere, vt volentibus me cōprehendere, non appaream: & rursus volens videri, palam sim: si fugere velim, montes perforem, & saxa quasi lutum pertrāscam. Si me de monte excelso præcipitem dederō, tanquā subiectus intrans illæsus deferar. Vincētus memetipsum soluam: eos verō qui vincula iniecerint, vincētos reddam. In carcere cōligatus, claustra spontē patefieri faciam. Statuas inanimatas reddā ita, vt putentur ab his qui vident, homines esse. Nouas arbores subitō oriri faciam, & repentina virgulta producam. Igni me ipsum iniiciam, vt non ardeam. Vultum meum cōmuto, vt nō cognoscar. Sed & duas facies habere me possum hominibus ostendere, vt ouis aut capra efficiar, puer paruus barbam producam. In aere volando inuehar, aurum plurimum ostendam: Reges faciam, adorabor vt Dominus: publicè diuinis donabor honoribus, ita vt simulachrū mihi statuentes, tanquam Dominum colant & adorent. Et quid opus est multa

dicere? quicquid voluero, facere potero. Multæ enim iam mihi experimento causæ consummatae sunt. Denique aliquando, inquit, cum mater mea Rachel iuberet me exire ad agrum, vt meterem: ego falcem videns positam, præcepi ei, vt iret & meteret: messuit decuplo amplius ceteris. Multa iam noua virgulta produxi de terra, & comare ea ego feci, & sub momento tēporis apparere, & montem proximum ego secundo perforauit. His dictis à Simone, Petrus respōdit: Ne aliis aliena. Tu enim quod sis Magus, ex ipsis quæ gessisti cōfessus es, & manifestatus. Noster autem magister, qui est filius Domini & hominis, manifestè bonus est. Quod autē verè sit Domini filius, quibus oportuit dictū est, & dicitur. Tu autem si non vis confiteri quod magus es, cum omni hac turba pergamus ad domū tuam, & tunc apparebit quis sit magus. Hæc autē Petro dicente, Simon blasphemis & maledictis agere cœpit. & seditione facta, perturbatis omnibus argui non potuit. Et Petrus, ne quasi blasphemix causa secedere videretur, perstitit immobilis, & arguere eum vehementius cœpit. Tum populus indignatus, Simonem de atrio eiectum, extra ianuas domus repulit: eoque depulso, vnus secutus est solus. Facto autē silētio, Petrus alloqui populum hoc modo cœpit: Patienter, fratres, malos ferre debetis, sciētes quia Dominus cū possit eos excidere, patitur tamen durare vsq; ad præstitutā diem: in qua de omni-

bus iudicium fiet. Quomodo ergo nos non patiemur, quos patitur Dominus, cui subsunt & obediunt cæli & terræ? Vos ergo qui ad Dominum conuertimini per pœnitentiam, curuate ei genua. Hæc cum dixisset, omnis multitudo genua flexit Domino. Et Petrus respiciens ad cœlum, cū lacrymis orabat super eos, vt Dominus pro sua bonitate suscipere eos dignaretur, cōfugientes ad se. Et postquā orauit, & præcepit vt die postera maturius conuenirent, sacrificium fecit: tum deinde secundum consuetudinē quieuit. Mane autē factō, veniens quidam ex discipulis Simonis, clamabat, dicens: Obsecro te Petre, suscipe me miserum, & à mago Simone deceptum, cui ego velut cœlesti Domino intēdebam, pro his quæ ab eo fieri mirabilibus videbā: auditis tamē sermonibus tuis, cœpit iam homo mihi videri, & quidem malus. Veruntamē cum hinc exisset, ego eum subsequutus sum solus: nondum enim ad liquidum impietates eius agnoueram. Cum autem vidisset me subsequētē beatum me dicens, perduxit me in domum suam. Circa mediū verò noctis ait ad me. Omnibus te hominibus faciam meliorē, si volueris vsque ad finē perseuerare mecū. Qui cum promissem, exegit à me sacramentum perseuerantiæ: eoque accepto, imposuit super humeros meos polluta quædam & execrabilia secreta sua, vt portarem, & secutus est me. Vbi verò ventum est ad mare, nauigium quod fortè aderat ingressus, su-

mit à certuicib⁹ meis, quod portare me iusserat. & paulo pòst egressus, nihil extulit: certū quòd in mare quid deiecerat. Rogabat ergo me cum ipso vt proficerer, dicens se Romam petere. Ibi enim se in tantum placiturū, vt Dominus putetur, & diuinis publicè donetur honoribus. Tūc, inquit, te omnibus diuinis repletū, si huc redire placuerit, pluribus fulrum ministeriis remittā. Hæc ego audiens, nihil in eo secundū hanc professionem vidēs, sed Magum & deceptorē eum intelligēs, respōdi: Quæso te ignosce mihi, quia pedes doleo, & propterea exire Cæsareā non valeo. Præterea est mihi vxor, sunt paruuli liberi, quos relinquere omnino nō possum. At ille hæc audiens, & ignauitæ me inculans, profectus est Romā, dicens: Cum audieris quāta mihi gloria in vrbe Roma erit, pœnitebit te. Et post hæc ipse quidem, vt aiebat, Romam petiit. Ego autē con festim redij huc, orans vt me suscipias ad pœnitentiam, quia ab eo deceptus sum. Cum hæc dixisset is qui à Simone regressus est, iussit eū Petrus in atrio residere. Procedens autem ipse, & turbas videns multo plures quàm superioribus diebus, stetit in loco solito, & ostendēs eum qui à Simone venerat, ait: Iste fratres, quem videris, paulo ante venit ad me, de Simonis mihi malis artibus nunciās, quomodo ipsam sceleris sui officinā proiecerit in profundū, non quasi pœnitentia ductus, sed metuens ne deprehensus publicis legibus subiaceret. hæc dicēte Petro, populus

pulus videns hominem qui venerat à Simone, stupebat. Igitur Petrus à Cæsarea digressus, Tripolim venit: & ingressus domū Maronis, vidit locum aptum ad disputandum. Vt autem vidit turbam, velut ingentis fluuij inundasse leuem meatum, ascendens supra basim quandam quæ fortè iuxta horti parietem stabat, primū religionis more populum salutauit. Quidam autē ex his qui aderant, & longo tempore à dæmonibus fuerant fatigati, in terram prouunt, obsecrantibus spiritibus immundis, vt vel vno die indulgeretur iis in obessis corporib⁹ permanere. Quos Petrus increpans statim iussit abscedere, & sine mora discesserūt. Post hos alij longis afflicti languoribus, rogabant Petrum, vt reciperent sanitatem. Pro quibus se supplicaturum Domino, populo pollicetur, cum prius sermo doctrinæ fuisset expletus: sed statim, vt promissit, languoribus resoluti sunt. Et iussit eos seorsum residere, cum his qui à dæmonibus fuerant curati, quasi post laboris fatigationem. Petrus autem egressus à Tripoli, pergebat Antiochiā: & venit ad insulam Ancharadum nomine, vbi erant in æde quadam columnæ vitreæ miræ magnitudinis, ad quas contuendas cum multi abissent cum Petro, & Petrus miratus eas egressus esset pro foribus, vidit mulierculam quandam stipem ab introeuntibus deposcētem. quam attentius considerans, ait: Dic mulier, quod tibi membrum corporis deest, quòd huic iniuriæ re

subiecisti, vt stipem petas, & non potius manibus tuis, quas à Domino accepisti, operū cibum quæras? At illa suspirans ait: Vtinā mihi quidem manus essent quæ moueri possent, nunc autem species tantum seruata est manuum. nam ipsæ sunt mortuæ, & meis morsibus debiles & sine sensu redditæ. Tunc adprehēsis Petrus manibus eius, sanauit eas. Erat enim hæc mulier mater Clementis, à quo & in eodem loco cognita est. Nam per virtutes Petri & alios filios recepit, Faustinum & Faustum, qui mutatis nominibus Aquila ac Nicia appellabantur: & virum suum Faustinum, qui multo à se tempore fuerant separati. Et cum vellēt nauigare ex illa insula, mater ait ad Clemētem: Fili dulcissime, rectum est vt valedicam mulierculæ quæ me suscepit. Est enim egens & paralytica, iacēs in lecto. Quibus auditis, Petrus & omnes qui audierāt, admirati sunt bonitatē & prudentiam scēminæ. Et continuo iussit Petrus adire quosdā, & deferre mulierem in lectulo, vt iacebat. Cum fuisset allata & in medio turbæ astantis collocata, in conspectu omnium Petrus ait: Si veritatis ego sum præco, ad confirmandam fidem horum omnium qui assistunt, vt sciant & credant quia vnus est Dominus qui fecit cælum & terram, in nomine Iesu Christi filij eius surgat hæc mulier. & statim vt hæc Petrus dixit, surrexit mulier sana, & prociuit ad pedes Petri, atque amicam suam ac familiarem osculis petens, gratias Domino

referēbat. His expletis, volente Petro vt iret ad hospiciū, dominus domus ait ad eum: Turpe est & impium tali sancto viro, manere in stabulo, cum ego penè omnem domum vacantem habeam, lectōsque stratos quàm plurimos, & quæ necessaria sunt parata. Sed Petro contradicēte, vxor patrisfamilias vnā cum liberis suis prostrauit se, ante eum, & exorabat dicens: Obsecro te mane apud nos, sed ne sic quidem adquiescebat Petrus, donec filia eorum qui rogabant, ab immundo spiritu temporibus multis vexata, & catenis vinc̄ta, quæ fuerat intra claue clausa, effugato à se dæmone, & ostiis patefactis, cum catenis suis veniens, prociuit ad pedes Petri, dicens: Rectum est mi domine, vt agas hodie hic salutaria mea, & non contristes me, neque parentes meos. Petro autem requirente catenarū sermonūque eius causam: parentes præter spem læti effecti, de filix̄ sanitate, & velut stupore quodam attoniti, ipsi quidem dicere nequeunt. Adstantes autē familiæ aiunt: Hæc à septimo ætatis anno dæmone tentata, omnes qui accedere tentassent ad eam scindere, dilaniare, morsibus etiam disrumpere conabatur. Et hoc à viginti annis vsque ad præsens facere nūquam destitit, nec ab aliquo potuit curari: sed nec accedere quidem quisquam valebat ad eā. Multos enim inuitiles reddidit, alios interemit. Omnibus enim viris validior erat, sine dubio viribus dæmonis visa. Nunc autem,

vt vides, ex præsentia tua dæmon quidem fugit: ostia verò quæ summo cum munimento clausa fuerant, aperta sunt, & ipsa sana stat ante te, rogās vt diem salutarium suorum latum & ipsi & parentibus eius facias, & maneat apud eos. Hęc cum ita vnus ex familiis enarrasset, ac ipsa etiā catenæ de manibus eius ac pedib⁹ fuissent sponte resolutæ, Petrus certus quòd per ipsum sanitas hæc reddita sit puellæ, adquieuit vt maneret in domo patris eius. Post hæc autē Petrus Romam veniēs, in ipsis diebus sibi finem vitæ imminere præsentit. In cōuentu ergo fratrum positus, adprehensa Clemētis manu repentiē surgens in auribus totius ecclesiæ hæc protulit verba: Audite me fratres, & conferui mei: quoniam sicut edoctus sum ab eo qui me misit Domino & magistro Iesu Christo, dies mortis mee instat, Clementem hunc Episcopum vobis ordinabo, cui soli meæ prædicationis & doctrinæ cathedram credo, qui mihi ab initio vsq; ad finem comes in omnib⁹ fuit, & per hoc veritatē totius meæ prædicationis agnouit. Qui in omnibus tētationibus meis socius extitit, fideliter perseverans: quē præ cæteris expertus sum, Dominum colentem, homines diligentem, castū, discendi studiis deditum, sobrium, benignum, iustum, patientem, scientem ferre nōnullorum etiam ex his qui in verbo Domini instruuntur, iniurias. Propter quod ipsi trado à Domino mihi datam potestatem ligandi & soluen-

di, vt de omnibus quibuscunque decreuerit in terris, hoc decretum sit & in cælis. Ligabit enim quod oportet ligari, & soluet quod oportet solui. & hæc cum dixisset, manus ei imposuit, eumque in cathedra sua sedere compulit; multum eum instruens, qualiter aut Ecclesiam sibi commissam regeret, aut oues susceptas aleret. Tunc & Paulus Apostolus Romam veniens, Christum Dominum prædicabat. Tempore igitur Neronis Cæsaris, erant Romæ salutiferi doctores Christianorum Petrus & Paulus Apostoli, per quos dum fides Domini Iesu Christi in omnium cresceret mentes, & religionis propagarentur augmenta, quia essent sublimes operibus clari magisterio ob virtutem diuinæ gratiæ, Nero per Magum Simonem vehementer aduersari cœpit Apostolis: quia diuersis illusionibus dæmonum ita magus Cæsaris animum obtinuerat, vt eum salutis suæ præfulem, vitæque custodem, remota ambiguitate consideret. Nam & bellorum victorias, & subiectiones gentium, & prosperitatem rerum se per eum in omnibus habiturū esse credebatur. Sed Petrus Apostolus vanitates eius & flagitia vniuersa detexit. Quia veritatis lux, & verbi diuini claritas, quæ ob salutem hominum nuper obfulserat, totius mendaciæ caligine de humanis mētibus discussa per Apostolos, ignorantæ tenebras effugabat. Tunc Simon Magus veri luminis fulgore percussus, cæcitatem

continud male sanæ mētis incurrit : quippe qui iam in Iudæa per Apostolum Petrū de his quæ egerat sceleribus confutatus, transmarinam ingressus est fugam . Et qui in aliis terrarum partibus Petri expertus erat potentiam, tamē præueniens Romam, ausus est se iactare, quod posset mortuos suscitare. Illo ipso répore erat quidam defunctus adolescens nobilis, propinquus Cæsaris. Vbi cum multa turba propinquoꝝ conuenisset sciscitabantur inuicem , si esset aliquis qui posset mortuum excitare . Celeberrimus scilicet & tunc Petrus in his operibus habebatur, sed apud gentiles nulla huius firmabatur fides. Dolor tamen exegit inquiri remediū: perrectum est ad Petrum. Fuerunt equidem qui etiam Simonem accersendum putarēt, vt vterque adesset . Tum Petrus ad cognatos defuncti ait , vt Simon , qui de sua se iactabat potentia, prior, si posset, mortuum suscitaret. Sin ille nequiuisset, sibi non ambiguum, quin Christus opem ferret defuncto. Ibi Simon, qui putabatur apud gentiles magnæ esse potentia, conditionē interposuit, vt si ille mortuum suscitaret, Petrus occideretur , qui tantæ potestati verbis audacibus laceſſando inrogasset iniuriam . Si verò illo nihil agente, Petrus mortuū suscitasset, magus sententiæ quæ in Apostolum data fuerat, subiaceret. Talis cum esset interiecta conditio, quieuit Petrus. exorsus est autem Simon, & accedens ad lectulum defuncti, incātare atque in-

murmurare dira clam carmina cœpit. Visumq; est circumstantibus, caput agitari defuncti. Itaque clamor Gentilium ingens attollitur , quod iam viueret, quod cum Simone loqueretur. Miraque indignatio in Petrum esse omniū cœpit, eo quod esset ausus se tantæ potestati conferre. Tum Petrus fieri silentium postulat , & ait : Si viuit defunctus, loquatur : si suscitatus est, surgat & ambulet, atque fabuletur. Ego verò phantasma hoc, non veritatē esse, quod cernitis motum caput defuncti, docebo. Denique (inquit) separetur magus à lectulo, & ad plenū figmenta diaboli denudabuntur. Abducitur itaque Simon à lectulo, & sine vlla spe vitæ manet defunctus immobilis. Astirit Petrus à longè, & intra se orationi paulisper intentus, cum magna voce ait: Adolescēs tibi dico surge: sanat te Dominus noster Iesus Christus. Et statim surrexit adolescens, & locutus est, & ambulauit, & dedit eum Petrus matri suæ viuentem. Quæ cum remunerare beatum Apostolum vellet : Secura (inquit) esto mater de filio, & non verearis : habet enim custodem suum. Et cum vellet populus magum Simonem lapidare, ait Petrus : Satis est ad pœnam eius, quod agnoscit se in suis actibus superatum. Viuat, & regnū Christi crescere videat, vel inuitus. Torquebatur interea magus, & Apostolica percellus gloria ad Neronem Cæsare currit, nouamque Petro iniuriam molitus, obtinuit vt Petrum vocaret. Itaque cum vterque

coram imperatore staret, prior Simon: Miror te) Cæsar, hunc te alicuius momēti hominem existimare, imperitum piscatorem, mendacissimū, & nec in verbo nec in re aliqua præditum potestate. Sed ne diutius hūc patiar inimicum, præcipiā modò angelis meis, vt veniāt, & vindicent me de isto. Ad quæ Petrus: Non equidem timeo angelos tuos, qui me coguntur timere, & in virtute & in cōfidentia huius Christi Domini mei, quē te esse mentiris. Nam si diuinitas in te est, quæ cordis arcana rimatur, dic mihi nūc Simon, quid cogitem, vel quid facturus sim. Quam cogitationem meam, antequam tibi mentiatur magus, Cæsar optime, auribus tuis insinuabo, vt non possit mentiri quid cogitem. Tum Nero: Accede huc, & dic mihi quid cogites. Petrus dixit: Iube mihi adferri hordeaceum panem, & occultè dari. Cūque hoc iussum fuisset, Petrus ait: Dicat nunc ergo Simon, quid cogitatum, quid dictū, quidve sit factum à me. Tum Nero, Quid dicis Simon? Responderet Simon: imò Petrus dicat quid ego cogita-uerim, vel quid fecerim. Tum Petrus: Quid cogites Simon, me scire dotebo, si tamē ipse prius dixerit, quid ego cogita-uerim. Quæ cum audi-uisset Simon: Hoc (inquit) scias bone Imperator, quia cogitationes hominū nemo nouit, nisi solus Deus: caterūm Petrus mentitur. Ad quæ iterum Petrus: Tu verò, qui filium Dei te esse dicis, dic quid cogitem, & quid fecerim modò

*Conuenticio
S. Petri cum
Simone ma-
go, cor. 2. Ne-
rone.*

in occulto, si potes, exprime. Petrus autem benedixerat panem hordeacēū, quem acceperat, & fregerat, & in dextra atque sinistra manica sua collocauerat. Tūc Simon indignatus, quòd dicere non posset secretum Apostoli, exclamauit, dicens: Procedant canes magni, & deuorent eum in cōspectu Cæsaris. Et cum hæc dixisset, apparuerunt canes miræ magnitudinis, & impetum fecerunt in Petrum. Petrus verò extendens manus in orationem, ostēdit canibus quē benedixerat panem. Quem vt viderunt canes, subito nusquam comparuerunt. Tum conuersus Petrus ad Cæsarem: Ecce ostendi tibi Imperator, quid cogitarit Simon, non verbis, sed factis. Nam qui angelos promiserat contra me esse venturos, canes exhibuit: vt se ostenderet non diuinos Angelos, sed caninos habere. Quare indignatus magus, sese ad omnem excitare cœpit carminum suorum potentiam. Congregatque populū, ac offensum se dicit à Galilæis: relicturum se urbem, quam tueri soleret. Denique diem statuit, quo se per volatum supernis sedibus satis iactanter promittebat inuehendū, veluti quando vellet cœlum petiturus, in sua potestate consisteret. Statuto igitur die mōtem Capitolinum ascendit, ac se de rupe deiiciens, volare cœpit. Mirari populus, ac venerari. Ple-rique etiam dicebant: Dei hanc esse potentiam, non hominis, qui ita corpore volaret ad cœlū: nihilque tale Christum fecisse, multi asseuera-

bant. Tunc Petrus stans in medio, inquit: Domine Iesu, ostende virtutem tuam, & ne permittas his vanis artibus decipi populum, qui tibi est crediturus. Sic decidat Domine (inquit) vt viuens se contra tuam potentiam nihil potuisse cognoscat. Cùmque hæc cum lachrymis orasset Apostolus, ait: Adiuro vos in nomine Iesu Christi, qui eum fertis, vt nunc demittatis. Et statim ad vocem Petri demissus à dæmonibus, implicitis remigiis alarum quas sumpserat, corruit: nec statim examinatus est, sed totus fractus corpore, debilitatisque cruribus, post paruum horarum spacium inibi expirauit. Quòd vbi Neroni compertum est, deceptum se ac destitutum dolens, sublatumque sibi virum vtilem ac necessarium reipublicæ indignatus, quærere cœpit causas, quibus Petrum occideret. Itaque datur à Nerone præceptum, vt Petrus comprehenderetur. Et cum ab omnibus antè fuisset rogatus, vt se aliò conferreret, ille semper resistebat, dicens: Nequaquam hoc se esse facturum, vt tanquam metu mortis territus fugeret. Quippe cū sciret, & sibi & omnibus pro passione Christi, immortalitatis gloriã prouenire. Cùmque hæc & talia Petrus obtexisset, plebs lachrymans, ne se relinqueret, ne imminente procella Christianorum, despiceret tot bonorum lachrymas, victus tandem populorum fletibus adqueiuit, promisitque se urbem egressurum. Proxima igitur nocte salutatis fratribus, celebrataque o-

Simonis magi interitus.

ratione, proficisci solus cœpit. Vbi ventum erat ad portam, vidit Christum sibi occurrere, quem adorans ait: Domine quò vadis? Cui Dominus, Venio Romam iterum crucifigi. Quòd cum audisset, intellexit Apostolus, de sua hoc passione dictum, in quo scilicet passurus videretur Christus, quem pati constabat in singulis non dolore corporis, sed misericordiæ contemplatione, & pietatis affectu. Itaque Petrus ad urbem rediit, captusque à custodibus, mox cruci adiudicatus est. Quo audito, ingens subito populi concursus est: ita vt plateæ non reciperent homines vtriusque ætatis & sexus. Qui summa voce clamabant, dicentes, Cur occiditur Petrus? quid admisit criminis? quid læsit urbem? Innocentem damnare nefas est, & metuendum est, ne in tanti viri nece vlciscatur Christus, & nos omnes pereamus. At verò Petrus mulcebat plebis animos, ne aduersus principem defœuissent, dicens eis: Viri Romani, qui in Christo creditis, & in illo solo speratis, in mente habitote eius patientiam, & consolationem in his signis quæ vidistis facta per me. Sustinete itaque cum aduenientem, & retribuentem vnicuique secūdam opera sua. Hoc autem quod nunc in me videtis fieri, iam antea mihi à Domino est proditum, non esse discipulum supra magistrum, nec seruum supra Dominum. Quare scitote, ad hoc ipsum me festinare, vt carne exutus,

Captiuitas S. Petri.

Domino adfistâ. Sed quid moror (inquit) & nō accedo ad crucē? Teneant persecutores corpus, ego Domino meo spiritu adhærebo. Et accedēs ad crucē rogauit vt cruci inuersis vestigijs figeretur: ea reuerētia, ne ita seruus crucifigi videretur, vt Dominus. Quod vbi factū est, cœpit de cruce ad populū loqui: ô ineffabile ac profundū mysteriū crucis, ô inseparabile vinculū charitatis. Istud est lignū vitæ, in quo Dominus Iesus exaltatus, omnia traxit ad se. Istud est lignū vitæ, in quo crucifixū est corpus Domini Saluatoris. At in eo cōfixa est mors, & mundus totus æternæ mortis est vinculis absolutus. O gratia incomparabilis, & amor crucis inrecessibilis. Gratias itaq; tibi Domine Iesu, fili Dei viui, nō solūm voce & corde ago, sed etiam spiritu, quo te diligo, quo te loquor, quo te interpello, quo te teneo, quo te intelligo, quo te video. Tu mihi omnia, & in omnibus, tu mihi totum, & nihil mihi aliud præter te solū. Qui es bonus & verus Dei filius, & Deus, cui cū æterno patre & spiritu sancto honor & gloria est, in cuncta semper sæcula sæculorū. Et cū magna voce omnis popul⁹ respōdisset Amē, emisit spiritū. Cuius corpus Marcellus, vnus ex discipulis eius, nullius expectans sententiā propriis manibus de cruce deposuit, & preciosissimis aromatibus conditū in suo ipsius sarcophago collocauit, in loco qui dicitur Vaticanus, iuxta viam triumphalem, vbi totius vr̄bis veneratione celebratur in pace.

Plena ener-
gia S. Petri
oratio in cru-
ce.

LIBER SECVNDVS HISTO-
ria Apostolica, ab Abdia Babylonie Episcopo
Hebraicè conscripta, & in linguam latinam ab
Africano versa, de rebus à beato Paulo Apostolo
& gentium doctore hinc inde gestis.



Erit vir quidam in Hierusalem, de tribu Benjamin, nomine Saulus, eruditissimus in libris Moyſi, & cunctis legis cæremoniis, quæ tūc secundū literā gerebātur, nihil in his mysticum sentiēs, aut aduertens. Hic deustabat Ecclesiā Dei, ingrediēs domos, & trahēs viros ac mulieres in carcerē, & multos quotidie cōgrebabat. Igitur cū adhuc spiraret minas & cædes in Apostolos Domini, accessit ad principē Sacerdotū, & petiit ab eo epistolas in Damascū ad Synagogas, vt si quos inuenisset huius viæ viros ac mulieres, vinctos perduceret in Hierusalem. In eo proposito cū iter faceret, cōtigit vt appropinquaret Damasco, & ecce subito circūfulsit eum lux de cælo, & cadens in terram audiuit vocem dicentem sibi: Saule Saule: quid me persequeris? Durum est tibi contra stimulum calcitrare. Qui dixit: Quis es Domine? Et ille: Ego sum Iesus, quem tu persequeris. Sed surge, & ingredere ciuitatē, & dicetur tibi, quid te oporteat facere. Viri autem illi qui comitabantur, stabant cum eo stupefacti, audiētes quidem vocem, neminem autem videntes. Surre-

xit quoq; Saulus de terra, apertisque oculis nihil videbat. Ad manus autem illum trahentes, introduxerunt Damascū. Et erat ibi tribus diebus non videns, & neque manducabat, neque bibeat. Erat verò discipulus Christi quidam Damasci, nomine Ananias, & dixit ad illum in visu Dominus: Anania. Et ille ait: Ecce ego Domine: Et Dominus ad illum: Surge, vade in vicū qui vocatur rectus, & quere in domo Iude Saulum nomine Tarsensem: Ecce enim orat ipse, & expectat te, vt introiens imponas sibi manus, vt visum recipiat. Respondens autem Ananias, inquit: Domine, audiui à multis de viro hoc, quanta mala sanctis tuis fecerit in Hierusalem. Et hic habet potestatem à principibus Sacerdotum, alligandi omnes qui inuocant nomen tuū. Tum Dominus: Vade (ait) quoniam vas electionis mihi est iste, vt portet nomen meum coram gentibus, & regibus, & filiis Israël. Ego enim ostendam illi, quanta oporteat eum pro nomine meo pati. Et abiit Ananias, & introiit in domum, & imponens ei manus dixit: Saule frater, Dominus misit me Iesus, qui apparuit tibi in via, qua veniebas, vt videas, & implearis spiritu sancto. Et confestim ceciderunt ab oculis eius tanquam squamæ, & visum recepit. Et surgens baptizatus est: & cum accepisset cibum, confortatus est. Mansit autem cum discipulis qui erant Damasci, per aliquot dies: & continuò in Synagogis passim predicabat Ie-

Horū omnium fit mentio in Apostolorū Actis cap. 9. Quare vel Abdias illa ex Luca, vel Lucas ex Abdias sumpsit.

sum, quoniam hic est filius Dei. Quod cum viderent, stupebant omnes, & dicebant: Nonne hic est, qui expugnabat in Hierusalem eos qui inuocabant nomen istud: & huc ad hoc venit, vt victos illos duceret ad Principes Sacerdotum? Interea Saulus conualefcebat quotidie, & confundeat Iudæos, qui habitabant Damasci, affirmans, quoniam hic est Christus Iesus filius Dei. Cum implerentur autem dies multi, consilium inierunt Iudæi, vt eum interficerent: Sed hæ infidiæ Saulo statim notæ factæ sunt. Custodiebant enim portas die ac nocte, vt eum comprehenderent. Sed accipiētes eum discipuli eius nocte, demiserunt per murum submittentes in sporta. Itaque cum venisset postea in Hierusalem, tentabat se iungere discipulis Christi. At illi timebant eum, non credentes quia esset discipulus. Barnabas autem adprehensum illum dixit ad apostolos, & narrauit illis quomodo in via vidisset Dominum, & quomodo locutus fuerit sibi, & quæ Damasci egerit cum fiducia in nomine Iesu. Ex hoc autem tempore Saulus, qui & Paulus, cum euangelizaret Christum in multis ciuitatibus, venit Lystram. Et erat ibi quidam infirmus pedibus, sedens claudus ex vtero matris suæ, qui nunquam ambulauerat. Hic vbi audiuit Paulum loquētem, intuebatur eum fortiter. At Saulus videns quia haberet fidem, vt saluus fieret, dixit magna voce: Surge, & sta super pedes tuos rectus. Et exiit statim

homo ille, & ambulabat. Turbæ autem cum vidissent quod fecerat Paulus, leuauerunt vocem suam dicentes: Verè hic minister Dei est, qui tanta facit in Israël. Factum est autem, euntibus nobis ad orationem, puellam quandam habentem spiritum Pythonis obuiare, quæ quæstum magnū præstabat dominis suis diuinando. Hac subsecuta nos paululum, clamabat, dicens: Isti homines serui Dei excelsi sunt, qui adnunciant vobis viam salutis. Hoc autem faciebat multis diebus. Dolens igitur Paulus, dixit spiritui: Præcipio tibi in nomine Iesu Christi, exi ab ea: & exiuit ab ea eadem hora. Postea verò cum venissent quidam ex discipulis cum eo in Asiam, disputabat in schola Tyranni per biennium: ita ut omnes qui erant in Asia, audirent verbum Dei, Iudæi atque Gentiles, virtutisque non modicas Deus faciebat per manus Pauli, ita ut etiam supra languidos deferrentur à corpore eius sudaria & femicincta, & recedebant ab eis languores, & spiritus nequam egrediebantur.

In vna autem sabbatorum cum venissemus ad frangendum panem, Paulus disputabat eis, profecturus in crastinum: protraxitque sermonem vsque in mediam noctem. Erant autem lampades copiosæ in cœnaculo, vbi eramus congregati. Sedens autem quidam adolescens nomine Eutyclus super fenestram, cum mergeretur somno graui, disputante diu Paulo, depressus somno, cecidit de tertio cœnaculo deorsum

Hæc historia paulo suis explicatur. c. 16. Act. & facta esse Philippis Macedonia, referatur à Luca, à quo forte Abdia sumpsisse credendum est.

Hoc alij & Romæ contigisse scribit, & nomen adolescenti patrocium indidere, quem Neronis suis se scribitur pœcillatorem.

orsum, & sublatus est mortuus. Ad quem cum descendisset Paulus, incubuit super eum, & complexus dixit: Nolite turbari. Anima enim ipsius in eo est. ascendensque rursus, fregit panem: & cum gustasset, sermonem protraxit vsque in lucem. Interea adducunt puerum viuentem, qui ex casu obierat, & cōsolati sunt omnes nō minimum. Post hæc Paulus, ascensa naui, venit in insulā quæ dicitur Miletus. Barbari verò præstabant non modicā humanitatem nobis, & accensa pyra reficiebant nos omnes propter imbrem qui imminebat, & frigus. Cumque congregasset Paulus sarmentorū aliquantam multitudinem, & imposuisset super ignem, vipera à calore prorupit, inuasitque manum eius. Ut verò viderūt barbari pendentem bestiam de manu eius, ad inuicem dicebāt: Vtique homicida est homo hic, qui cū euaserit de mari, vltio non permittit eū viuere. Et ille quidem excutiens bestiam in ignē, nihil mali passus est. At illi existimabant eum in tumorem conuertēdum, & subitò casurum, ac moriturū. Cum autē illis sperantibus & videntibus Paulo nihil mali fieret: conuertentes se dicebāt, eum esse Deum. In locis autē illis erāt prædia Principis, nomine Publij, qui nos suscipiens triduo, benignè exhibuit. Contigit autē partem Publij febribus & dysenteria vexatum, iacere. ad quem Paulus ingressus, cū orasset, & imposuisset ei manus, saluauit eum. Quo facto omnes qui in insula ha-

Hæc profectio S. Pauli in Miletum prolixius recitatur c. 27. Act. Non enim sponte venerat in Miletū, sed Romam missus à Festo præside Iudææ, ad Cæsarem via cœturione Iulio & cohorte Italica quibus cū aliis captiuis erat traditus tempestate 14. diebus & noctibus iactata nani, venerant casu ad litus insulæ Miletii.

bebant infirmitates, accedebant, & curabantur ab eo. Qui etiam multis honoribus Paulū sunt profecuti. * Ex inde nauigans venit Romam, ibique solutus à vinculis, mansit biennio toto in cōducto suo, & suscipiebat omnes qui ingrediebantur ad eum, prædicans subinde regnum Dei, & docens quæ sunt de Domino Iesu Christo. Post crucem verò Petri, & elisionem Simonis magi, in vrbe adhuc libera manebat custodia: qui à corona etiam martyrij eadem die dispensatione diuina subtractus fuerat, vt per eum omnes gentes Euangelij prædicatione implerentur. Itaque cum Romam à Iulio centurione Paulus fuisset perductus. sub vnius militis duntaxat custodia constitutus, post tertium diem conuocauit primores Iudæorum: cūmq; conuenissent in hospitium eius, loquebatur illis: Ergo, viri fratres (inquit) nihil aduersus plebem faciēs, aut consuetudinem maiorum, vincētus ab Hierosolymis traditus sum in manus Romanorū. qui cum inquisitionem de me habuissent, constituerant me primò dimittere, eo quòd nulla esset causa mortis in me. Contradictibus autem Iudæis, coactus sum appellare Cæsarem. Quam ob causam cūm essem in itinere, rogavi vos videre & alloqui: Propter spē enim Israëlīs hac sum catena circumdatus. At illi dixerunt ad eū: Nos neque litteras accepimus de te à Iudæa, neque adueniens aliquis fratrum adunciauit nomen & conditionem tuam. Cupimus

pimus autem nūc ex te audire, quæ sentis. Nam de secta hac notū est nobis, quia vbique ei contradicitur. Igitur constituto die venerunt ad eum plurimi in hospitium ex Iudæis. Quibus exponebat ille scripturas, testificans regnum dei, suadēnsque eis ex lege Moyfi & Prophetis, à mane vsque ad vesperam docebat. Sed cum non omnes crederent in Iesum, dixit Paulus ad eos: Spiritus sanctus rectè per Esaiam locutus est: Vade ad populum istum, & dicas: Aure audietis, & non intelligetis: & videntes videbitis, & non poteritis perspicere. Incrassarum est enim cor populi huius, & oculos compresserunt, ne fortè videant oculis, & auribus audiāt, & corde intelligant, & conuertantur, & sanem eos. Notum ergo cupio esse vobis, & Gentibus missum esse hoc salutare Dei, & ipsos ad salutem venturos. Et cum hæc dixisset, exierunt ab eo Iudæi, magnas inter se concertationes agitantes. Ipse autem Paulus mansit Romæ toto illo biennio, in cōducto suo, & suscipiebat omnes qui ingrediebantur ad eum, prædicans regnum Dei, & docens quæ sunt de Domino Iesu Christo, cum omni fiducia, sine impedimento. Hæc dū Romæ Apostolus faceret, interea apud Neronem Cæsarem defertur, quòd non solum nouam superstitionem inueheret, verum etiam aduersus Imperium seditiones excitaret. Accersitus igitur, & interrogatus à Nerone, vt rationem doctrinæ suæ redderet, ita coram Cæsare

* *Hic multa res gesta à Paulo omnitantur quas in Macedonia Attica, Corintho, Asia, Phrigia, Galatia, & Ephe. so pro verbo Christi gesit quarū mimitasne Luc. c. Act. 13. 14. vsque ad 27. Porro missus erat Romam à festo præside Iudææ, Et Agrippa Rege, quia ad Cæsarem appellauerat.*

Hæc, quæ subiunguntur, omnia in historia Actorum non habentur.

locutus est: De doctrina quidem magistri mei, de qua interrogasti me, non eam capiunt, nisi qui fidem mundo pectore adhibuerint. Quæ enim pacis sunt, & charitatis, docui, & per circuitum ab Hierusalem vsque in Illyricum repleui verbum pacis. Docui, vt homines se inuicem diligant. Docui, vt inuicem se honore præueniant. Docui sublimes & diuites, se non extollere, & sperare in incerto diuitiarum, sed in Deum ponere spem suam. Docui mediocres, in victu & vestimento contentos esse. Docui pauperes, in sua egestate gaudere. Docui patres, filios suos docere disciplinam timoris dei. Docui filios, obtemperare parentibus, & monitis salutaribus. Docui possidentes, reddere tributum sollicitudine. Docui negotiatores, reddere vestigalia ministris Reipublicæ. Docui vxores, diligere viros suos, & timere eos quasi dominos. Docui viros, fidem seruare coniugibus, sicut illi seruari sibi pudorem omnibus modis volunt. Quod enim punit maritus in vxore adultera, hoc punit in marito adultero ipse pater & cõditor rerum deus. Docui præterea dominos, vt mitius cum seruis suis agant. Docui seruos, vt fideliter, & quasi deo, ita seruiant dominis suis. Docui Ecclesiam credentium, vnum & omnipotentem, inuisibilem & incomprehensibilem colere deum. Hæc autem mihi doctrina non ab hominibus, neque per hominem aliquem data est, sed per Iesum Christum, &

*De Illyrico
Orientali hæc
intelligenda.*

patrem gloriæ, qui mihi de cælo locutus est. Et dum me mitteret ad prædicationem dominus meus Iesus Christus, dixit mihi: Vade, & ego ero tecum, spiritus vitæ omnibus credentibus in me: & omnia quæcunque dixeris, aut feceris, ego iustificabo. Hæc cum dixisset Paulus, Nero Imperator obstupuit: indignatusq; postea, sententiam in eum mortis pronunciauit, vt capite afficeretur. Et cum ei de morte illius tardius nunciaretur, misit duos ex armigeris suis Nero, Feregam & Parthemium. qui euntes inuenerunt Paulum cum omni fiducia & libertate vniuersum populum de Christi mirabilibus instruẽtem. Hos cum vidisset Paulus se accedentes, hortabatur eos, dicens: Venite filij, & vos credite in deum, vt saluetur animæ vestræ, qui me & omnes credentes sibi per aduentum vnigeniti filij sui suscitauit, & in regno suo, quod æternum est, collocauit. Qui responderunt, dicens: Nos quidem Paule, prius ibimus ad Neronem, nunciantes ei finem mortis tuæ. Tu autem ora pro nobis, vt credamus illi quem tu prædicas deum. Rogabãt enim Paulum pro salute sua, vt baptizarentur. Tum rursus Apostolus: Post paululum (inquit) filij venite huc ad sepulchrum meum, & inuenietis duos viros orantes, Titum & Lucam: ipsi post me dabunt signum salutis. Et cum hæc dixisset, superuenerunt milites, qui correptum eum foras, extra ciuitatem duxerunt. Paulus verò cum venisset

*Sententia mor-
tis in Paulũ
pronunciata
à Nerone.*

ad locum supplicij, conuertit se contra Orientem: & eleuatis manibus ac oculis suis ad cœlum, diutissimè orauit. Et completa oratione, dedit pacem fratribus qui eum secuti fuerant: & valefaciens eis, flexis genibus, crucisque se signo muniens, ceruicem præbuit percussori. E

S. Pauli romana martyris.

cuius gladio, de secto capite pro sanguine lacucurrit, ita vt percussoris dextram lactea vnda perfunderet. Quod cum circumstantibus visum fuisset, obstupefacti omnes magnificauerunt Deum, qui tantam gloriam donauerat Apostolo suo. Cuius corpus Lucina Christi famula, secundo ab vrbe milliario viâ Hostiensi, in proprio prædio, differtum aromatibus sepeliuit. Passus est autem 11. Kal. Iulias, duobus iam à

passione Petri elapsis annis, regnante Domino nostro Iesù Christo, cui est a-

put aternum Patrem & Spiritum sanctum honor &

gloria, in sæcula sæculorum,

Amen.

taminis Apostolici, de gestis beati Andreae Apostoli, authore Abdia Babylonia Episcopo, ipsorum Apostolorum discipulo, & Africano Episcopo interprete.



NDREAS Apostolus, Simonis Petri, qui Barjonas cognominatus erat, frater germanus fuit & Ionæ filius: ex primis erat, qui Christo à Ioanne in Iordane baptizato adhæserunt. Audiens quippe à Ioanne in deserto: hunc Dei agnum esse, miraculo ductus, simul autoritate Ioannis, ad fratrem festinabundus contendit. Cui cum de Christo significasset, Petro persuasit, vt se ad illum contemplandum sequeretur. Quam rem mox casus inlecutus est, vt quo tempore is cum Simone fratre retia in mare mitteret, Christus fortè transiret: à quo ambo vocati fratres, sine mora discipuli magistrum secuti sunt. Quo in munere cum diu Christum sequeretur, probatus magistro, ad Apostolatus demum apicem ante passionem vocatus fuit. Et hæc quidem ante Dominicam passionem, ab hoc Dei viro gesta sunt. At verò post illum Dominicæ ascensionis nobilem gloriosumque triumphum, cum beati Apostoli prædicare verbum Domini per diuersas regiones inceperant, tum & Andreas Apostolus apud

S. Andreae prima ex Iudea in Achaiam profectio.

Achaïam prouinciam, adnunciare Dominum Iesum Christum exorsus est. Eodem tempore Matthæus Apostolus, qui & Euangelista, Myrmidoni vrbi verbum salutis adnunciauerat: sed incolæ ciuitatis illius grauitè & indignè ferentes, quæ de redemptoris nostri virtutibus audierant, ac sua nolentes destruere templa, beatum Apostolum erutis oculis, catenisque oneratum carceri incluserant: eo animo, vt paucis interpositis diebus interficerent. Quod antequam fieret, Angelus à Domino missus ad Andream Apostolum, vt in Myrmidonem ciuitatem maturaret, & fratrem Matthæum de squalore carceris erueret, monuit. Cui ille ait: Domine, ecce viam nescio, & quò ibo? Et ille: Vade (inquit) ad littus maris, & inuenies nauem, quam statim conscende. ego enim ero dux itineris tui. Paruit Andreas, inuentamque nauem ascendens, flantibus ventis congruis prosperè nauigauit ad urbem. Quam vt ingressus est, ad publicum se illico carcerem contulit, inueniensque cum reliquis vinctis Matthæum, amarissimè fleuit, & facta oratione hæc verba locutus est: Domine Iesu Christe, quem fideliter prædicamus, & ob cuius nomen tanta perferimus, qui cæcis visum, surdis auditum, paralyticis gressum, leprosis mundiciam, mortuis vitam, immensa clementia largiri dignatus es, aperi oculos serui tui, vt eat ad annunciandum verbum tuum. Et statim locus ille contremuit,

&

& lumen refulsit in carcere, & oculi beati Apostoli restaurati, & cunctorum cathenæ confractæ sunt, & trabes, in qua pedes eorum coartati erant, scissa est. Quibus factis, omnes magnificabant Dominum, dicentes: Quia magnus est Deus, quem prædicant serui eius. Ita educti per beatum Andream de scalore carceris, omnes qui capti fuerant, abiit vnusquisque ad propria: cum quibus & Matthæus recesserat. Ipse verò Andreas manens apud Myrmidonem, prædicabat incolis verbum Domini. quod cum minus audirent adprehensum Andream, ligatis pedibus per plateas ciuitatis trahebant. Quibus in tormentis cum iam sanguis efflueret, & capilli velleretur, Apostolus ad Dominum in hæc verba orationem habuit: Aperi Domine Iesu Christe, oculos cordium illorum, vt cognoscant te Deum verum, & desistant ab hac iniquitate: neque velis hoc illis peccatū statuere, quia nesciunt quod faciunt. Hæc cum dixisset, timor subitus inuasit incolas ciuitatis illius, vt dimisso Apostolo, peccatum agnoscerent, dicentes: Peccauimus in iustum. cùmque se ad pedes Apostoli demitterent, remissionem delicti, & sibi ostendi viam salutis petebant. Quibus ille erectis, prædicabat Dominum Iesum Christum, & miracula quæ fecerat in hoc mundo ostēdit, & quemadmodum ipsum mundum iam pereuntem proprio cruore redemerit. Ita vendicatis Domino incolis eius ciuitatis, cun-

Etos in nomine patris & filij & spiritus sancti, concessa peccatorum remissione baptizauit.

Quibus gestis, recedens ab eo loco, venit in regionem suam: vbi cum ambularet cum discipulis suis, accessit ad eum cæcus quidam, & ait: Andrea Apostole Christi, scio quia posses mihi reddere visum, sed nolo eum recipere. Hoc tantum deprecor, vt iubeas his qui tecum sunt, tantum cõferre pecuniã, vnde vestitum & victum comparem. Cui Andreas: Verè (inquit) cognosco, hanc non hominis, sed diaboli vocem esse, qui non sinit hominem istum recipere visum. & conuersus tetigit oculos cæci, & confestim recipit lumẽ, & glorificabat Deum. Cùmque vestimentum vile haberet, & hispidum, ait Apostolus ad discipulos suos: Auferte ab eo vestimenta sordida, & date ei indumentũ nouum. Et cum omnibus, qui cæcus erat. expoliatus esset, inquit Apostolus: Quod sufficit illi, hoc accipiat. Et sic accepto vestimento, gratias agens redijt in domum suam. Interea Demetrii cuiusdam, primi ciuitatis Amasæorum, puer erat Ægyptius, quem amore vnico diligebat. Is correptus feбри, fortè eo tempore spiritum exhalauerat. Itaque auditis Demetrius signis quæ faciebat beatus Apostolus, venit ad eum, & procidens cum lachrymis ante pedes eius, inquit: Nihil tibi difficile est ô minister Dei. Ecce puer meus quem vnice diligebam, mortuus est. Confido autem, & rogo, vt domum

meam ingressus, eum, vt potes, reddas mihi. Hæc audiens beatus Apostolus, condolens lacrymis eius, venit ad domum in qua puer decubebat, & prædicans diutissime ea quæ ad salutem populi pertinebant, conuersus ad feretram, ait: Tibi dico puer, in nomine Iesu Christi surge, & sta sanus. Et confestim surrexit puer Ægyptius, & reddidit illum Apostolus domino suo. Tunc omnes qui erant increduli, crediderunt in Deum, & baptizati sunt à beato Andrea. Dum hæc fierent, puer quidam Sostratus nomine, venit secretius ad beatum Andream conquerens: Mater mea (inquit) concupiuit formam speciei meæ, & iugiter me insectatur, vt commisceat ei: quod ego infandum execratus, fugi. At illa felle commota, adiit Proconsulem prouinciæ, vt crimen suum retorqueat in me. Et scio, cum accusatus fuero, quia nihil habeo quod ad hæc respondeam. Satius autem duco vitam amittere, quàm matris detegere crimen. Nunc autem hæc tibi confiteor, vt digneris pro me Dominum exorare, ne innocens præsentī vita priuer. Hæc eo dicente, venerunt ministri Proconsulis, accersentes eum. Beatus verò Apostolus facta oratione surrexit, & abiit cum puero. Mater autem instanter accusabat eum, dicens: Hic, domine Proconsul, oblitus maternæ pietatis, stuprum mihi inferre voluit, aded vt vix ab eo me eripere potuerim, ne violarer. Ad quæ Proconsul: Dic (inquit)

Vel hoc authori fidẽ confirmat Nam Achaia Proconsulem perperuo habebat, id quod in opere nostro Reipub. Rom. proluxè ostendimus.

Ad urbem Amasæorum profectio.

puer si vera sunt ista, quæ mater tua prosequitur. At ille tacebat. Iterum atque iterum interrogabat Proconsul, & nihil ei quicquam puer respondit. Durante autem eo in silentio, Proconsul habebat cum suis consilium, quid esset ea re agendum. Mater autem pueri cœpit flere. Ad quam conuersus beatus Andreas apostolus, inquit: O infelix, quæ fletus emittis amaritudinis, propter incestum, quem in filium es meditata. Quam ad eò concupiscentia præcipitauit, ut vnicum amittere filium, libidine inflamante, non verearis. Hæc eo dicente, mulier ait: Audi Proconsul, postquam filius meus hæc in me molitus est, homini huic ab eo tempore adhaesit semper. Proconsul autem super his ira commotus, puerum iussit in culleum parricidij recludi, & in flumen proiici: Andream autem in carcerem retrudi, donec excogitatis suppliciis, & ipsum perderet. Tum verò orante beato apostolo, mox terræmotus magnus cum tonitru graui factus est, & Proconsul de sede cecidit, & omnes terræ decubuerunt. Tum & mater pueri percussa aruit, & mortua est. Quæ vidēs Proconsul, prostratus pedibus sancti apostoli: Miserere (inquit) pereuntibus, famule Dei, ne terra nos deglutiat. Orante igitur beato apostolo, confestim terræmotus cessauit, ac fulgura & tonitrua quicquere. Ipse autem circumiens eos qui turbati iacebant, cunctos sanitati restituit. Ex eo tempore & Proconsul, & multi alij in

Achaia prouincia, suscipientes verbum Domini, crediderunt in Iesum Christum, & baptizati sunt ab Apostolo Domini. Contingit autem, ut eo tempore Cratini quoque Synopensis filius, dum in balneo mulierum lauaretur, à dæmone, perduto sensu grauius cruciaretur. Ipse igitur cum & febre grauius ægrotaret, & vxor similiter hydrope intumisset, epistolâ ad Proconsulem misit, in qua rogabat ut Andream exoraret, ad se ut veniret. Deprecante igitur Proconsule, Andreas ascenso vehiculo venit ad ciuitatem: cùmque introisset in domum Cratini, conturbauit spiritus malignus puerum, & venit & procidit ante pedes beati Apostoli. Quem ille increpans: discede (inquit) humani generis inimice, à famulo Dei: & statim multum clamitans, ab eo discessit. Et veniens Apostolus ad stratum Cratini: Rectè ægrotas (ait) qui relicto proprio thoro, scorto miseris. Surge in nomine Domini Iesu Christi, & sta sanus, & noli vltra peccare, ne maiorem ægrotationem incurras. Et sanatus est ex illa hora Cratinus. Mulieri quoque dixit: decepta te, ô infelix mulier, concupiscentia oculorum, ut relicto coniuge, aliis misereris. & ait: Domine Iesu Christe, deprecor piam misericordiam tuam, ut exaudias seruum tuum, & præstes, ut si hæc mulier ad cœnum libidinis, quò prius erat fœdata, fuerit reuoluta, nõ sanetur omnino. Quare si Domine nouisti, cuius potentia etiam fu-

*In Synop.
Achæe ci-
uitatem com-
migratio.*

tura prænoscentur, quod deinceps hæc mulier ab hoc possit se flagitio abstinere, iam te iubente, sanetur. Hęc eo dicente, disrupto per inferiorem partem humore, sanata est cum vito suo. Beatus autem Apostolus, cum gratias egisset, fregit panem, & dedit ei. Quo accepto, credidit domino cum omni domo sua: nec deinceps illa scelus, aut vir eius, quod prius admiserant, perpetraverunt. Quibus factis, Cratinus cum magna munera Apostolo, prostratus in terra cum vxore, tribuere vellet: Non est meum (inquit vir Dei) hæc accipere dilectissimi: sed potius vestrum est, ea indigentibus erogare. Et ita nihil accipiens ex his quæ offerebantur, Nicæam proficiscitur, in Asiam, vbi erant septem dæmones inter monumenta commorantes, secus viam: qui prætereuntes homines quotidie lapidabāt, & morte afficiebant. Veniente autem beato Apostolo, exiit ei obuiam vniuersa ciuitas cum ramis oliuarum, proclamantes laudes, atque dicentes: Salus nostra in manu tua est, homo Dei. Et cum exposuissent omnem rei ordinem, respondit Apostolus: Si creditis in Dominum Iesum Christum, filium Dei omnipotentis, cum spiritu sancto vnum Deum, liberabimini eius auxilio, ab hac dæmonum infestatione. At illi clamabant, dicentes: Quæcunque prædicaueris, credimus, & obaudimus iussioni tuæ, vt modò ab ista tentatione liberemur. At ille gratias agens Deo, pro eorum fide, iussit ipsos dæmo-

nes in conspectu omnis populi eius adstiterunt: qui venerunt in similitudine canum. Tunc conuersus Apostolus ad populum, inquit: Ecce dæmones, qui aduersati sunt vobis. Si itaque creditis, quòd in nomine Iesu Christi possim eis imperare, vt desistant à vobis, confitemini coram me. At illi clamauerunt dicentes: Credimus Iesum Christum filium Dei esse, quem prædicas. Tunc beatus Andreas imperauit dæmonibus dicens: Ite in loca arida & infructuosa, nulli penitus homini nocentes, neque accessum habentes, vbicumque nomen Domini fuerit inuocatum, donec accipiatis debitum vobis supplicium ignis æterni. Hęc eo dicente, dæmones dato rugitu, euauerunt ex oculis adfistèrium, & liberata est ciuitas ea ex illa hora. Baptizauit quòq; incolas illius beatus Apostolus: & instituit eis Episcopum Calistum, virum sapientem, & irreprehensibiliter custodientem, quæ à doctore susceperat. Postea egressus Nicæam à B. Andrea

Primus Episcopus Nicææ à B. Andrea ordinatus.

Ex Achaia in Asiam profectio.

condolensq; lachrymis eorum, ait: Dicite mihi obsecro, quid huic puero contigit, vt ab hac luce migraret? At illi præ timore diu nihil respondere poterant, tandem collecta mente, subiecerunt: Dum esset (inquiunt) iuuenis iste in cubiculo solus, aduenerunt subito septem canes, & irruerunt in eum. Ab his igitur miserissime discerptus, cecidit, & mortuus est. Tunc beatus Andreas suspirans, & in cælum oculos erigens, cum lacrymis ait: Scio domine, quia demonum illorum fuerunt insidia, quos à Nicæa vrbe populi: & nunc rogo Iesu benigne, vt resuscites eum, ne congaudeat aduersarius humani generis de eius interitu. Et hæc dicens, ait ad patrem mortui: Quid dabis mihi, si restituero tibi filium tuum saluum? Et ille: Nihil habeo preciosius: ipsum enim dabo, si ad vitam surrexerit, te iubente. Quibus dictis, iterum beatus Apostolus ad cælum expansis manibus orauit, dicens: Redeat quaeso domine anima pueri, vt isto resuscitato, relictis cuncti idolis, ad te conuertantur, fiatque eius viuificatio salus omnium pereuntium, vt iam non amplius subdatur morti, sed tui effecti, vitam mercantur æternam. Respondentibus autem fidelibus, Amen, conuersus ad feretrum, inquit: In nomine Iesu Christi surge, & sta super pedes tuos. Et statim admirante populo surrexit, ita vt omnes qui aderant, voce magna clamarent: Magnus est Deus Christus, quem prædicat seruus eius Andreas.

Parentes

Parentes quoque pueri multa munera dederunt filio suscitato à mortuis, quæ beato Apostolo offerret. sed ille nihil ex his accepit: puerum tantum secum ad Macedoniam abire præcipiens, salutaribus verbis instruxit. Egressus itaque Nicomedia Apostolus, nauem conscendit, ingressusque Hellespontum fretum nauigabat, vt veniret Bizantium. Et ecce commotum est mare, & incubuit super eos ventus validus, ita vt nauis mergeretur. Itaque cum omnes mortis periculum præstolarentur, orauit beatus Andreas ad Dominum, præcipiensque vento, siluit. Quiuerunt autem mox & fluctus maris, & tranquillitas secuta est: ereptique omnes à præsentis discrimine, Bizantium peruenerunt. Inde progressi, vt transirent Thracias, occurrit eis multitudo hominum à longè cum euaginati gladiis lanceas manu gestantium qui volebant in illos irruere. Quod cum vidisset Andreas Apostolus, faciens crucis signum contra eos, ait: Oro Domine, vt decidat pater eorum, qui hæc eos agere instigauit. Conturbentur virtute diuina, ne lædant sperantes in te. Hæc eo dicente, Angelus Domini cum magno splendore præteriens, tetigit gladios eorum, & mox corruerunt proni omnes in terram. Et ita beatus Apostolus cum suis sine detrimento præteriuit. Et qui hostes antea fuerant, proiectis gladiis adorabant illum, Angelusque Domini cum ingenti lumine recessit. Interea Andreas emenso iti-

S. Andreas ex Asia in Macedoniã profectio.

S. Andreas Cōstantinopoli fuit, hoc est Bizantijs, in itinere cū in Macedoniam iret.

P *Perintho*
Macedoniæ
trāsfrætatio.

nere, ad Perinthum ciuitatem Thraciæ maritimam peruenerat, vt naue in Macedoniam traiceret. Cùmque angeli monitu, qui ei iterum apparuit, nauem conscendisset, antequam soluerent à terra, verbum Domini cunctis in nauis tecum existentibus prædicabat. Cuius verbis salutaribus persuasi cuncti, cum ipso nauis præfecto, in Iesum Christum credentes, glorificabant Deum. Quare lætatus sanctus Apostolus, quodd nec in mari defuerit qui verbum Domini audiret, & ad filium Dei omnipotentis conuerteretur, glorificabat & laudabat Deum conditorem cœli & terræ. Dum hæc fierent, & antequam adhuc Apostolus in Macedoniam peruenisset, accidit quodd duo viri in Philippis fratres germani essent, nobiles, & quibus erat magna domi facultas: erantque alteri filij duo, alteri totidem filia. Hi, cum in ciuibus nulli forent, qui dignè generationi illorum iungi possent inuito fœdere obligauerunt se mutuo, vt vnã domum facerent, & vnus filij alterius filias in matrimonium acciperent. Cùmque iam dies nuptiarum esset constitutus, factum est verbum Domini ad eos, dicens: Nolite coniungere liberos vestros, donec huc veniat famulus meus Andreas: ipse enim vobis, quæ agere debetis, ostendet. Iam autem thalamus præparatus erat, & coniu. uæ vocati erant, omnisque apparatus nuptialis in promptu tenebatur. Interea triduo elapso, aduenit beatus Apostolus,

In Philippis
Macedoniæ
urbem con
migratio.

& videntes eum gauisi sunt magno gaudio: & *Mos antiquo* occurrentes ei cum coronis, processerunt ante *cum coronis* pedes eius, & dixerunt: Te admoniti præstolamur famule Dei, vt venias, & adnuncies nobis, quid faciamus. Sumus enim oraculo diuino *obuiam procedere, cuius* iussi te operiti: & ne antea coniungerentur liberi nostri, quàm tu venires, indicatum est nobis. Erat autem tunc vultus beati Apostoli tanquam Sol relucens, ita vt omnes admirarentur, & honorarent eum. Qui cum audiisset quæ gesta essent, Nolite (ait) filioli, nolite seduci, nolite decipere hos iuvenes, quibus potest fructus apparere iustitiæ. Sed magis pœnitentiam agite, quia deliquistis in Dominum, vt proximo sanguine velletis polluere coniugia filiorum vestrorum. Neque verò nos nuptias euerimus, aut vitamus, cum ab initio Deus masculinum iungi præcepisset, & fœminam: verùm incesta potius damnamus. Hæc eo loquente, commoti parentes eorum dixerunt: Oramus Domine, vt depreceris pro nobis Deum tuum, quia nescientes fecimus hoc delictum. Adolescentes autem videntes vultum Apostoli splendere tanquam angeli Dei, dicebant: Magna & immaculata est doctrina tua, vir beate, quod nesciebamus. Nunc enim verè cognouimus, quia Deus loquitur in te. Ad quos conuersus sanctus Andreas: Custodite (inquit) sine pollutione, quæ audistis à me, vt sit Deus vobiscum, & accipiatis mercedem operis vestri:

id est, sempiternam vitam, quæ nullo clauditur fine. Hæc dicens Apostolus, benedixit eis: & relictis Philippis, perrexit in Thessalonicam. Vbi iuuenis quidem nobilis erat, diues opibus, Exoos nomine, cuius parentes magno in ea ciuitate loco erant. Hic cum de virtutibus beati Andreae cognouisset, venit ad Apostolum inficis parentibus: & procidens ad pedes eius, rogabat eum, dicens: Ostende mihi Domine viam veritatis, vt immortalitatem consequi possim. Cognoui enim, quod verus minister sis eius qui te misit. Sanctus verò Apostolus prædicabat ei Dominum Iesum Christum, & credidit adolescens, ex illa hora adhærens viro Dei, nulla facta vel parentum vel facultatum suarum mentione. Interea parentes requirentes filium, cum audiuisent quod cum Apostolo moraretur, accedentes muneribus filium ab Andrea separare nitebantur. Sed noluit adolescens obtemperare, dicens: Vtinam nec vos has opes haberetis: & mundi simul cognoscentes authorem, qui est verus Deus, animas vestras ab ira futura erueretis. Quæ dum iuuenis faceret, sanctus quoque Apostolus descendit de tristega, & prædicabat eis verbum Domini: sed non audientibus rediit ad puerum, & clausit ostia domus. At illi vocata cohorte, venerunt vt incenderent domum. cumque scirpos & faculas subiecissent, & iam flamma ferretur in altum, arrepta adolescens ampulla aquæ: Domine (inquit)

Tristega habitatio trium contignationū in adibus altissima. Græca vox est.

Iesu Christe, in cuius manu omnium elementorum natura consistit, qui amentia inficis & infecta facis arefcere: qui ignita refrigeras, & extincta succendis: extingue iam hos ignes, vt tui non tepefcant, sed magis ad fidem accendantur. & hæc dicens, effudit desuper aquam ex ampulla: & statim omne incendium ita sublatum est, ac si nunquam accensum fuisset. Quod videntes parentes pueri, dicebant: Ecce filius iam noster magus effectus est. Et adhibentes scalas, volebant ascendere in tristegam, vt eos interficerent. Dominus autem excæcauit eos, ne viderent ascensum scalarum. Quumque in hac peruerfitate durarent, quidam Lysimachus è ciuibus ait: Vt quid ô viri, casso vos labore consumitis? Deus enim pugnat pro viris istis, & vos nō cognoscitis. desistite ab hac stultitia, ne vos cœlestis ira consumat. Hæc eo dicente, compunctionis corde dicebant: verus est Deus, quem isti colunt, quem & nos sequi constituimus. Aduenerant autem iam tenebræ noctis, & subito lumen affulsit, & omnium oculi illuminati sunt: ascendentesque vbi erat Apostolus cum puero, inuenerunt eum orantem. Prostrati igitur in pauimento, clamabant dicentes: Te rogamus Domine, vt ores pro seruis tuis, qui errore seducti sunt. Tanta autem omnes compunctio cordis tetigerat, vt diceret Lysimachus, qui vicinus erat: Verè Christus est filius Dei, quem prædicat seruus eius Andreas.

Itaque cum omnes corroborati ab Apostolo in fide crederent, parentes tamē infideles manserunt. & execrantes adolescentem, domum regressi sunt, subdentes omnia quæ habebant publicis ditionibus. Qui haud multo post, quinquaginta diebus elapsis, vnius horæ momento expirauerunt. Et post hæc, propterea quòd diligerent omnes viri ciuitatis adolescentem, ob māsuetudinem eius, patrimonium ei à publico est restitutum. Et cum possideret cuncta quæ parentes eius habebant, non tamen discedebat ab Apostolo, sed fructus prædiorum in pauperum necessitatibus, & curis indigentium expendebat. Igitur cum multo tempore apud Thessalonicam sanctus Apostolus Domini vna cum adolescente moraretur, cōgregatis subinde in theatrum multis hominum millibus, prædicabat non solum Andreas verbum Dei, sed ipse etiam iuuenis, adèd vt mirarentur cuncti prudentiam eius. Itaque euenit postmodum, vt Carpiani cuiusdam ciuis filius valde ægrota- ret, pro quo cum multi & apud adolescentem, & apud Apostolum ipsum precibus intercederent: Nihil est (inquit sanctus Andreas) impossibile apud Dominum. Sed tamen vt credatis, adducite eum in conspectum nostrum, & sanabit illum Dominus Iesus Christus. Quæ audiens pater ægroti, cucurrit mox ad filium suum donum. Hodie Adimathe, inquit (hoc enim erat ægroti pueri nomen) sanus eris.

Ad quem filius: iam video insomnij mei exitum. nam per quietem hunc vidi virum, qui me sanabit. Et hæc dicens, induit vestimenta sua, surrexitque à grabato, & pergebat ad theatrum cursu veloci, ita vt non possent parentes vestigia eius adsequi. & procidens ad pedes beati Apostoli, gratias egit pro sanitate recepta. Populus autem qui aderat, obstupefcebat, videns eum post viginti tres annos ambulans, & quo lecto fixus fuisset: glorificabantque cuncti Dominum, dicentes: Quia non est similis Deo Andreæ. Accessit & alius à ciuibus tum ad beatum virum. cuius filius spiritum immundum habebat: Sana quæso (ait) vir Dei filium meum, quia malè vexatur à dæmonio. Dæmôn verò sciens futurum se eiici, seduxit puerum in secretum cubiculum, & suffocauit eum laqueo, extorquens animam eius. Denique pater cum inuenisset filium mortuum, plurimum fleuit, & ait amicis: Ferte cadauer ad theatrum. confido enim quòd poterit resuscitari ab hospite, qui prædicat Deum verum. Quod vbi factum fuisset, ac posito coram Apostolo cadauere, totam rei causam cognouisset, conuersus ad populum Andreas: Quid (inquit) vobis proderit, viri Thessalonicenses, cum hæc fieri videtis, & non creditis? At illi dixerunt: Ne dubites, quin isto resuscitato, omnes in Deum tuum credituri simus. Hæc illis dicentibus, ait Apostolus: In nomine Iesu Christi surge puer.

& statim surrexit, & stupefactus omnis populus clamabat, dicens: Nunc credimus Deo illi cuncti, quem prædicas. Sufficiunt hæc nobis. Et deducentes eum ad domum suam cum facibus & lucernis, eo quòd iam nox aduenisset, manserunt apud eum per triduum: quo tempore de illis quæ Dei erant, abundè omnes instruxit.

Dum hæc apud Thessalonicam fiunt, interea vir quidam ex Philippis, Medias nomine, cuius filius graui ægritudine torquebatur, Thessalonicam ad Apostolum venit, deprecans filij sanitatem, tanto animi affectu, vt lacrymas emitteret. Beatus verò Apostolus abstergens genas eius, & caput manu demulcens, dicebat: Confortare fili: tantum crede, & implentur voluntates tuæ. adprehensaque manu illius, cum eo ibat in Philippos. Cùmque ingredrentur portam ciuitatis, occurrit eis fenex, rogans pro filiis, quos carceri conclusos Medias habebat, viceribus penè, & temporis diuturnitate putrefactos. Vbi conuersus ad Mediam sanctus Andreas: Audi homo, tu quidem deprecaris, vt sanetur filius tuus: cum apud te vinciti retineantur, quorum iam sunt carnes exesæ. Quare si preces tuas vis ad Dominum proficisci, solue prius miserorum cathenas, vt filius tuus à debilitate laxetur. Nam sentio impedimētum fieri precibus meis, maliciam quam exerces. Quæ audiēs Medias, procidit ad pedes Apostoli, & deosculans inquit: Absoluantur & hi duo, & alij septem, de

Reditus in Philippos.

quibus nihil audiuisti, tantum vt sanetur filius meus. & iussit eos in conspectu beati Apostoli exhiberi. At ille imponens eis manus, & per triduum abluens vulnera eorum, sanitati restituit, liberatq; donauit. Postera verò die ait ad puerum: Surge in nomine Iesu Christi, qui me misit vt medear infirmitati tuæ: & adprehensa manu eius, leuauit eum. Qui statim surrexit, & ambulabat, magnificans Dominum. vocabatur autem puer ille Philomedes, qui tribus decubuerat annis. Clamante autem plebe, & dicente: Et nostris medere infirmis, famule Dei. conuersus ait Andreas ad puerum: Vade per domos ægrotantium, & in nomine Iesu Christi, in quo sanatus es tu, iube eos exurgere. At ille, admirantibus cunctis, abiit per domos infirmorum, inuocatōque Christi nomine, restituebat sanitati quotidie quàm plurimos. Credidit igitur ex eo tempore omnis populus Philipporum, offerensque ei munera, rogant multi vt audirent verbum Dei. Beatus verò Apostolus prædicans Deum verum, nihil de muneribus accipiebat. Denique Nicolaus quidam ex ciuium numero, exhibens carrucam deauratam cum quatuor mulis candidis, totidémque equis, obtulit beato Apostolo, dicens: Hæc accipe famule Dei, quibus nihil inueni in rebus meis præstantius, tantum vt sanetur filia mea, quæ diutino morbo cruciatur. Cui subridens beatus Apostolus: Accipio quidem (inquit) munera

tua Nicolae charissime, sed non hæc visibilia. Nam si pro filia quæ preciosa in domo tua habes, offerre cupis, quanto magis pro anima debes tale quoddam munus preciosum offerre? Ego verò hoc solum à te accipere cupio, ut homo ille interior cognoscat verum Deum factorem suum, rerumque omnium creatorem, qui terrena respuat, & æterna desideret: qui caduca negligat, sempiterna diligit: qui illa quæ videntur contemplatione spiritalis intentionis aduertat, ut cum in his exercitato sensu vigeris, vitam æternam consequi merearis: filiam hic sanitati redditam, etiam in illo æternitatis gaudio perfruaris. Hæc eo dicente, persuasit omnibus, ut relictis idolis, Deum verum crederent. filiam quoque ipsius eiusdem Nicolai sanauit ab infirmitate in illa hora, & omnes magnificabant eum, percurrēte per totam Macedoniam fama de virtutibus, quas faciebat super infirmos Apostolus Domini. Euenit porrò sequenti die, cum doceret beatus Andreas populos, ut adolescens quidam exclamaret voce magna, dicēs: Quid tibi & nobis Andrea famule Dei? venisti ne ut nos è propriis sedibus exturbares? Tunc beatus Apostolus vocato ad se iuvene, ait: Enarra author criminis, quod sit opus tuum? Et ille: Ego (inquit) in hoc puero, ab adolescentia eius habitauī, suspicans quòd nunquam ab eo recederem. Nadiustertius autē audiui patrem illius dicentē amico suo: Vadam ad hominem famu-

lum Dei Andream, & sanabii filium meum. Timens igitur cruciatus quos nobis infers, ecce egrediar ex eo coram te. Et hæc dicens, prostrat^o solo ante pedes Apostoli, exiit à puero, & sanatus est ex illa hora, surgēnsque voce magna glorificabat Deum. Tantam verò gratiam Deus præstiterat sancto Apostolo, ut sua sponte quotidie multi venirent ad audiendum verbū salutis. Sed & philosophi veniebāt & diserebant cū eo & nemo poterat resistere doctrinæ eius. Igitur cum hæc agerentur à viro Dei apud Thessalonicam, surrexit quidam inimicus prædicationis Apostolicæ. is accessit Procōsulē provinciæ Quirinum, & ei de Andrea significauit, quemadmodum multos quotidie à religione maiorū & deorum cultura auerteret, in Thessalonica: qui templa deorum prædicaret destrui, cæremonias respui, & omnia pristinæ legis decreta conuelli, vnum Deum tantum coli præcipiens, cuius etiam se famulum profiteretur. Quibus commotus Proconsul, milites qui comprehenderent ipsum, misit. Qui venientes ad portam, in qua domo commoraretur Apostolus, didicerunt, ingrediētēque illam, cū vidissent vultum eius fulgore nimio resplendentē, timore perterriti ceciderūt ante pedes eius. Beatus verò Apostolus narrabat audientibus, quæ de eo Proconsuli nunciata fuissent. & venientes populi cum gladiis & fustibus, volebant milites interficere: sed prohibuit sanctus Apostolus. Impeditis

igitur Proconsul iis quæ constituerat, fremuit valde: & misit alios viginti, & ipsi ascendentes in domum, cum vidissent beatum Apostolum, turbati nihil dixere. Quæ Proconsul ut accepit, iratus misit aliam militum cateruam, qui eum cum vi adducerent. Quibus visis, Apostolus ait: Nūquid propter me venistis? Et illi: Propter te (inquiunt) si tamen tu es magus, qui prædicas deos non coli. Quibus ille respondit: Ego magus non sum, sed Apostolus Dei mei Iesu Christi, quem prædico. Dum hæc agerentur, vnus militum arreptus à dæmone, euaginato gladio clamans dixit: Quid mihi & tibi, Quirine Proconsul, ut mitteres me ad hominem, qui nõ modò extrudere ab hoc vase, verumetiam suis me virtutibus incendere potest? utinam venires ad occursum ei, & nihil mali ageres contra illum. Quum autem hæc dixisset, egressus est à milite, ceciditque miles, & mortuus est. Interea adfuit Proconsul cum magno furore, & stans secus sanctum Apostolum, eum tamen videre nequiuit. Cui ille dixit: Ego sum quem quæris Proconsul, & statim aperti sunt oculi eius, & vidit illum, & indignans ait: Quæ est hæc insania, ut contempnas iussionem nostram, & ministros nostros subiicias ditioni tuæ? Iam verè te magum atque maleficum esse, manifestum est. Quapropter feris te obiiciam, & quod nos & quod deos contempnas: & tunc videbo, si te possit eripere crucifixus quem prædicas. Cui bea-

tus Apostolus: Oportet (inquit) & te credere Proconsul, Deum verum, & quem misit filium eius Iesum Christum, præsertim cum videas vnum de militibus tuis interiisse. & prostratus ad orationem sanctus Apostolus, cum diutissimè preces fudisset ad Dominum, terigit militem, dicens: Surge, suscitatus te Dominus meus Iesus Christus, quæ prædico. & statim surrexit miles, & stetit sanus. Cùmque populus acclamafer, Gloria Deo nostro: Procòsul ait, Nolite credere ò simplices, magus est. At illi clamabant, dicentes: Non est hæc magica, sed doctrina vera & sana. Ad quæ Procòsul: Hominem istum bestiis tradam, & de vobis scribam Cæsari, ut velociter pereatis, quia contempnitis leges eius. Illi autè volentes eum lapidibus obruere, dicebant: Scribe Cæsari, quia Macedones recepere verbum Dei, & contemptis idolis Deum verum adorant. Ad quæ iratus Proconsul, abiit in Prætorium: & factò mane, intromisit feras in stadiū, & iussit eò trahi ac proiici beatum Andream. Quo adprehensò, cum capillis tractus ac fustibus impulsus in arena fuisset relictus, admiserunt aprum ferocem & horribilem, qui ter cum circuisset sanctum Dei, nihil nocuit. Videntes autem hæc populi, dederunt gloriam Deo. Proconsul verò iussit adduci taurum, qui à triginta militibus tractus, & à duobus venatoribus impulsus, Andream non attigit, sed venatores in frustra discerpfit: & postremò dās mugitum, ce-

*Macedones
magna ciui-
tatis.*

cidit, & mortuus est. & statim acclamabat populus dicens: Verus Deus Christus. Dum hæc agerentur, Angelus Domini visus est descēdisse de cælo, & cōfortabat S. Apostolum in stadio. Denique Proconsul feruens ira, iussit leopardum ferocissimū dimitti, qui dimissus, reliquit populum: & ascendens ad sedem Proconsulis, arripuit filium eius, & suffocauit eum. Tantaq; infania Proconsulem obtinuerat, vt neque de his aliquid aut doleret, aut diceret. Inter hæc beatus Apostolus conuersus ad populum dixit: Ex his cognoscitis viri Theſſalonicenses, quia verum Deum colitis, cuius virtute bestia superatæ sunt, quem nunc Quirinus Cōsul ignorat. Sed ego, vt credatis facilius, etiam filium illius in nomine Christi, quem prædico, suscitabo, vt confundatur stultissimus pater eius. & prostratus terræ, diutissime orauit. adprehensaque manu suffocati, suscitauit eum. Hæc vidētes populi, magnificauerunt Deum, & quærebāt Quirinum interficere: sed non sunt permisi ab Apostolo. Proconsul autem confusus, discessit in Prætorium suum. His ita gestis, adolescens quidam, qui diu iam cum Apostolo manserat, indicauit matri suæ quæ acta erant: & accersuit eā, vt veniret ad occursum sancti. Quæ accedens, procidit ad pedes Apostoli, & quærebat audire verbum Domini. Cui cum satisfactum esset, deprecatione multa rogauit, vt accederet ad agrū eius, in quo serpens miræ magnitudinis erat, qui

totam regionem illam deuaſtabat. Adpropinquante autem Apostolo, sibila magna emittēs, erecto capite obuiam venit. Erat enim longitudo eius quinquaginta cubitorum, vt omnes qui aderant metu tererentur, & terræ decubarent. Tunc sanctus Dei ait ad eum: Abde caput funeste, quod erexisti in principio ad perniciem generis humani, & subde te famulis Dei, ac morere. Et statim serpens emittens grauem rugitum, circumdedit quercum magnam, quæ propinqua erat, & obligans se circa eam, euomēnsque riuum veneni expirauit. Sanctus verò Apostolus post hæc ad prædiū peruenit, in quo paruulus, quem serpens perculerat, mortuus decubabat. & videns flere parētes illius, inquit: Dominus noster, qui vult vos saluos fieri, misit me huc, vt credatis in eum. Nunc autem abeuntes, videte interfectorem filij vestri. At illi dixerūt: Nihil de morte dolemus filij, si vltionē de inimico videmus. Illis verò abeuntibus, dixit Apostolus ad vxorem Proconsulis: Vade, & suscita puerum. At illa nihil addubitās, accessit ad corpus, & inquit: In nomine Dei mei Iesu Christi, surge puer incolumis. Et statim surrexit, parentēque redeuntes, cum vidissent & serpentem mortuū, & inuenissent filiū viuentem, prostrati coram Apostolo, gratias Deo agebant. Sequēti verò nocte vidit per quietem beatus Andreas visionem, quam & fratribus enarrauit, dicens: Audite somnium meū, dilectissimi. Videbam,

Somnium S. & ecce mōs magnus erat, in sublime elatus, qui nihil super se de terrenis rebus habebat, nisi quoddam luce resplendescere in tantum, ut mundum putaretur illuminare. Et ecce astiterunt mihi dilectissimi fratres, Petrus & Ioannes. Et Ioannes quidem extēsa manu Petro Apostolo, leuabat eum in verticem montis, & conuersus ad me, rogabat ascendere post Petrum, dicens: Andrea, poculum Petri bibiturus es. & extensis manibus, subdit: Appropinqua mihi, & extēde manus tuas, ut coniungantur manibus meis, & caput tuum capiti meo societur. Quæ cum fecissem, inuentus sum breuior esse Ioāne. Et post hæc ait mihi: Vis cognoscere imaginem huius rei quā cernis, vel quis sit qui tibi loquatur? Et ego: Desidero, inquā. Et ait mihi: Ego sum verbum crucis, in qua pendebis in proximo, propter nomen eius quem prædicas. Et multa alia dixit, quæ nunc silere oportet: prodibunt autem tunc, cum ad hanc æmulationem accessero. Quare rogo, conueniant omnes qui susceperunt verbum Dei, ut commendem illos Domino Iesu Christo, quo eos in doctrina sua immaculatos custodire dignetur. Ego verò iam resoluor à corpore, & vado ad promissionem illā, quam mihi polliceri dignatus est Regnator cæli & terræ, qui est filius omnipotentis Dei, cū sancto spiritu verus Deus, permanens in sæcula sempiterna. Hæc audientes fratres, flebāt valde, & cędebant palmis facies suas, cum gemitu magno.

*Preparatio
D. Andrea
ad passionē.*

Denique

Denique conuenientibus cunctis, ait iterum: Scitote dilectissimi, me discessurū à vobis. Sed credo in Iesum, cuius verbum prædico, quia custodiet vos à malo, ut non diuellatur ab inimico hæc messis, quam in vobis seui: id est, cognitio & doctrina Iesu Christi Domini mei. Vos autē orate iugiter, & stete fortes in fide, ut euulsā Dominus omni zizanīa scandali, rāquam triticum mundum, in horreo vos cœlesti congregare dignetur. Et sic per dies quinque docebat eos, & confirmabat in præceptis Dei. Post hæc autem expansis manibus, orauit ad Dominū, dicens: Custodi quæso Domine gregē hunc, qui iam tuam cognouit salutem, ut non præualeat ille malignus: Sed quæ te iubēte, & me dispensante suscepit, inuiolata custodire mereatur, in sæcula sæculorum. Et his dictis, omnes qui aderant, responderunt, Amen. Apostolus verò accipiens panem, & gratias agens, fregit, & dedit omnibus, dicens: Accipite gratiam, quā vobis tradidit per me famulum suum Christus Dominus Deus noster. & exosculans singulos, atque cōmendans Domino, ex Philippis Thesalonicensem profectus est, ibique biduo docens, discessit ab eis. Multi autem ex Macedonia fideles profecti sunt cum eo, quorum fuerūt duę naues. Quærebant autem omnes, ut illam nauē, in qua Apostolus vehebatur, conscenderent, desiderātes eum audire loquentem, scilicet ut nec in mari deesset eis verbū Domini. Ad quos cō-

*Oratio S.
Apostoli.*

uersus Apostolus: Noui (inquit) desiderium vestrum, dilectissimi, sed nauis hæc paruula est. Quare rogo vt pueri cum impedimentis in maiorem nauem transeant: Vos verò in ista quæ minor est, nobiscum properabitis. & dato eis

Antymus S. Antymus, qui consolaretur eos, iussit aliam conscendere nauem, quàm propè sibi semper esse iusserat, vt & ipsi viderent eum, & verbum Domini audirent. Hæc dum fieret, accidit vt quidam solutus in somnum, vento impulsus caderet in mare. quod vidēs Antymus, cõuersus ad Apostolum: Succurre doctor (inquit) bone, periit enim vnus de famulis tuis. Tunc beatus Andreas increpauit ventum, & statim siluit, & tràquillum redditum est mare. Homo verò qui ceciderat, vnda famulante ad nauem deuectus est. Cuius manu Antymus adprehensa, leuauit eum in nauem: & omnes admirati sunt virtutem Apostoli, quòd etiam mare obediret ei. Duodecima igitur die Patras Achaia: ciuitatem adpulsi sunt, egressique de nauis in quodam diuersorio morabatur. Denique cum multi precibus insisteret, vt in domos eorù ingrederetur, dixit: Viuit dominus, quia non vadam nisi quòd præceperit ille. Et nocte dormiens, nihil reuelationis accepit. Altera verò nocte, cum esset ex hoc tristis, audiuit vocem dicentem sibi: Andrea, ego sum tecum, & non derelinquam te. Quæ audiens ille, glorificabat dominum pro hac visione. Dum hæc fieret, interea Lisbius Procòsul admonetur

*Antymus S.
Antymus dicitur
cipulus.*

*Ex Macedonia
in Patras
Achaia
vrbem profectio.*

diuinitus, vt susciperet hominẽ Dei. Qui misit in occursum Apostolo homines, qui eũ hospitio exciperent, & sibi adduceret. Quod cum ille audiisset, venit ad Proconsulẽ, & ingressus cubiculum eius, vidit eum iacentem clausis oculis quasi mortuũ. pungensq; latus eius, inquit: Surge, & enarra nobis quæ tibi contigerunt. Et ille: Ego (inquit) sum qui execrabar viam quã doces: & miseram milites cum nauibus ad Proconsulem Macedonia: vt vinculum te transmitterent mihi, teque ipsum morte damnare. sed ecce naufragia perferentes, nunquã potuerunt accedere quòd iussi sunt. Dùmque in hac mente essem, vt destruerẽ viam tuã, apparuerunt mihi duo viri Ethiopes, qui me flagris cædebant, dicentes: Non possumus hic iam vllam potestatem habere, quia venit homo ille quem persequi cogitabas. quare isthac adhuc nocte, qua potestatem habemus, vlciscemur nos in te. Et sic grauiter cæso, recesserunt à me. Nunc igitur vir Dei deprecari velis Dominum, vt dimittat hoc mihi delictum, & ipse saner ab infirmitate qua teneor. Hæc eo coram omni populo narrante, beatus Apostolus prædicabat assiduè verbum Domini, & credebant omnes. Proconsul verò sanatus, credidit & ipse, & corroboratus est in fide affatim. Quæ ex re accidit, vt Trophima, quæ Procòsulis quòdam concubina fuerat, & alio posthæc viro sociata vivebat, relinqueret & ipsa virum suum, & Apostolicæ doctrinæ adhereret. Veniebat

enim ipsa plerunque in domum Proconsulis, in qua iugiter scilicet docebat Apostolus. Istud in iram maritū eius concitauit, vt accederet Proconsulis coniugē, dicens: Si nescis domina Trophima viti tui scortum est, quā ipse sub prætextu mihi collocauit, vt ea nihilominus pro libito, vt facit, potiretur. Quæ illa audiens, succēsa felle, inquit: Idcirco ergo me reliquit vir meus. iam enim sex menses transferunt, ex quo non cōiungitur mihi. iam autem intelligo, quōd diligit ancillam suam. Et hæc dicens, vocauit procuratorem suum, iussitque Trophimā vt scortum dānare, atque in lupanar retrudi. Nec mora deducitur ad lupanar, ac lenoni donatur. Sed nihil horum Lisbius sciebat, requirens tamen eam, ab vxore deludebatur. Trophima verò, ex quo die lupanar erat ingressa, proiecta humi affiduè orabat. Cūque venissent qui eam cōtingerent, ponebat euangelium quod secum habebat, ad pectus suū, & statim omnes vires perdebant. Quare cum accederet eam impudicissimæ vitæ iuuenis quidam, ac illudens vim iam pararet, ad eò vt sciscis vestimentis euangelium è pectore caderet, Trophima consternata, ac lacrymans, extensis ad cælum manibus, inquit: Ne patiaris Domine me pollui, ob cuius nomen diligo castitatem. & statim apparuit ei Angelus Domini, & iuuenis cecidit ante pedes eius, & mortuus est. Itaque cōfortata pia mulier, benedicebat & glorificabat Dominum, qui non per-

miserat eam deludi. ipsa quoque tantam ex illo tempore in fide constantiā acceperat, vt non ira multo post in nomine Iesu Christi puerū à mortuis resuscitaret: ad quod quidem spectaculum vniuersa ciuitas conuenerat. Interea temporis vxor Procōsulis abiit ad balneū cum procuratore suo: cūque lauarentur simul, apparuit eis dæmon teterrimus, à quo percussi ambo ceciderunt & mortui sunt. Quæ dum ita fierent, plactus factus est magnus: & nunciatū est Apostolo & Procōsuli, quōd vxor eius cū lenone mortua esset. Motus igitur his turbis beat⁹ Andreas, plebē in hæc verba alloquitur: Videte dilectissimi, quantū præualeat inimicus. nā Trophima propter pudicitiam lupanari inclusa est. Sed non defuit iudicium diuinū. mox enim & materfamilias, quæ hoc præceperat, cū lenone suo percussa in balneo cecidit, & extincta est. Hæc eo dicente, ecce aduenit nutrix mortuæ, quæ præ senectute manibus portabatur. Et ipsa scissis vestibus, cū clamore magno: Scimus (inquit) quia dilectus Deo es, & quæcunque petieris Deum tuum, præstat tibi. Quare miserere, & resuscita illam. Cuius lacrymis motus beatus Apostolus condolebat. conuersusque ad Proconsulem, ait: Vis vt resusciterer? Cui ille: Absit (inquit) vt viuat, quæ tātum flagitium cōmisit in domo mea. Et Apostolus: Noli (ait) sic agere. misereri enim nos oportet petentibus, vt misericordiā & ipsi consequamur à Domino. Hæc eo dicente, per-

rexī Proconſul ad Prætoriū. Sanctus verò Apoſtolus, iuſſit corpus exhiberi in medium, & accedens, ait: Rogo benigne Domine Ieſu Chriſte, vt reſuſcitetur hæc mulier, vt cognoscant omnes quia tu es Deus ſolus, qui non patieris innocentes perire. & conuerſus tetigit corpus mulieris, dicens: Surge in nomine Ieſu Chriſti domini mei. & ſtatim ſurrexit mulier. Quæ demifſo vultu flens & gemens, reſpiciebat in terram. Cui Apoſtolus: Ingredeſe (ait) in cubiculū tuū, & eſto ſecretius orans, donec conforteris à Domino. Cui illa reſpondit: Facito me prius cū Trophima pacificam, in quam tantum mali miſera admiſi. Ad quæ Apoſtolus: Noli (inquit) timere, non enim Trophima eorum amplius meminit, neque vltionem vllam deſiderat: ſed gratias agit Domino, in omnibus quæ acciderāt ei. Vocata tamē ab Apoſtolo Trophima, cum Ca-liſta vxore Proconſulis, quæ reſuſcitata à mortuis fuerat, reconciliata eſt. Libius verò ipſe, videlicet Proconſul, in tantum profecit in fide, vt quadam die Apoſtolum accedens, omnia ei peccata vltro confiteretur. Cui ſanctus Apoſtolus: Gratias (inquit) ago Domino ô fili, quòd times futurum iudiciū: ſed viriliter age, & confortare in Domino, quem credis. & tenēs manum eius, ambulabat in littore. Poſt deambulatiōnem verò cum ſediſſet, ſedebant & ſinguli qui cum eo erant, ſuper arenam, audientes verbum Domini. Et ecce cadauer necatum in mari, pro-

iectum eſt ad littus maris, & proximè ad pedes Sancti Andrea. Quod vidēs beatus Apoſtolus, exultans in Domino, ait: Oportet hunc reſuſcitari, vt cognoscamus, quæ in eum aduerſarius operatus eſt. Et fuſa oratione, tenēs manū mortui, erexit illū: & ſtatim reuixit, & loquebatur. Cūque nudus eſſet, dedit ei tunicam, dicens: Dic nobis ordine, expone omnia quæ contigerunt tibi. At ille reſpondit: Nihil te celabo, quicumque ſis homo. Ego ſum Soſtrati filius. cuius Macedonis, qui nuper ab Italia nauigavi. Sed cum reuertiffem ad propria, audiui doctrinam ſurrexiſſe nouam, quam nullus hominum prius audiuiſſet. Sed & ſigna, prodigiæque, ac medallas magnas fieri à quodā doctore, fama erat, qui ſe veri Dei affirmat eſſe diſcipulum. Ego autem cum hæc audiuiſſem, properavi vt talem videre hominem poſſem, non enim aliud tum arbitrabar, niſi diuina eſſe quæ is gereret. Itaque nauigare cœpi cum amicis & pueris meis, & cum eſſem in alto, ſubitò orta tēpeſtas, nos fluctibus oppreſſit: & vtinam ſimul proiecti fuiſſemus, vt & illi reſuſcitati à te fuiſſent, ſicut ego ſum. Et hæc dicēs, voluebat multa in corde ſuo, & arbitrabatur ipſum iam eſſe, quem cum tanto periculo quaſiſſet, & precipiens ad pedes eius, ait: Scio quia tu es ſamulus Dei veri. Rogo pro his qui mecum fuerunt in naui, vt & ipſi, te imperitante, vitam mereantur, vt cognoscant Deum verum, quem prædicās. Tūc ſanctus Apoſtolus,

repletus spiritu sancto, prædicabat ei cōstanter verbum Domini, ita vt admiraretur adolescens super doctrina eius. Et demum expansis manibus, ait: Ostende nobis quæso Domine & reliqua cadauera mortuorum, vt & ipsi cognoscāt, te duce, Deum solum & verum. Hæc eo dicente, statim apparuerunt triginta nouem corpora ad littus vnda famulante deuecta. Itaque flente iuvene, simul omnes flere cœperunt: prostratiq̄ ante pedes Apostoli, rogabāt, vt & isti resuscitarentur. Sed & Philopator (hoc enim erat nomen adolescentis) dicebat: Genitor meus per bonam voluntatem impositis necessariis, & largitus vim pecuniæ, misit me huc. Quare si audierit quæ mihi contigerunt, blasphemabit deū tuum, & doctrinam eius refutabit. Sed absit vt hoc fiat. Rursus flentibus omnibus, rogauit Apostolus vt cōgregarentur corpora simul: sparsim enim proiecta fuerant. Tunc congregatis omnibus in vnū, ait Apostolus: Quem vis prius resuscitari? At ille dixit: Vuarum conlactancum meum. Hæc audiens Apostolus, flexis in terram genibus, palmisq̄ extensis ad cœlum, diuissime orauit cum lacrymis, dicens: Iesu bone, resuscita hunc mortuum, qui cū Philopatore nutritus est, vt cognoscat gloriam tuam, & magnificetur nomen tuum in populis. Et statim surrexit iuuenis, & mirabantur omnes qui aderant. Apostolus autem iterum super singulos orationem fundans ait: Quæso Domine Iesu, vt

*Nota mirā-
dam & tre-
mendam hi-
storiā.*

& isti resurgant, qui de profundo æquoris sunt delati. Quæ cum dixisset, iussit fratribus, vt vnusquisque tenens mortuum diceret: Resuscitet te Iesus Christus filius Dei viui. Quod cum factum fuisset, resuscitati sunt triginta octo, & glorificauerunt Deum qui aderant cuncti, dicentes: Quia non est similis Deo Andræ.

Lisbius verò Proconsul, cum multis muneribus fuisset Philopatorem profecutus: Non contristet te frater, inquit, facultatum amissio: consulo, vt non recedas à famulo Dei. Et erat semper cum Apostolo Philopator ex illa hora, intendens omnibus diligenter, quæ dicebantur ab eo. Dum hæc fierent apud Patras Achaicæ ciuitatem, contigit vt mulier Caliopa nomine, quæ homicidæ coniuncta, conceptum susceperat illicitum, magnis in partu doloribus arctaretur, nec partum proferre posset. Hæc ad sororem suam inquit: Vade quæso, & inuoca Dianam, deam nostram, vt misereatur mei. ipsa enim habet patrocinium obstetricadi. Faciente igitur sorore quæ sibi imperata fuerant, venit ad eam nocte diabolus, dicens: Quid me casto inuocas, cum tibi nihil prodesse possim? Sed mage Apostolum Dei Andream accede, qui in Achaia moratur, & ipse miserebitur sorori tuæ. Surrexit igitur mulier, & venit ad Apostolum, & narrauit ei omnia quæ contigerunt. At ille nihil moratus, venit in Corinthum ad domum mulieris agrotantis. erat autem Lisbius Pro-

*Ex patris
Corinthum
profectio.*

consul cum eo. Vidensque Apostolus mulierem grauidam dolorum cruciatu torqueri, ait: Meritò hæc pateris, quæ malè nupsisti, & ex do-
lo concipiens, nunc intolerabiles labores susti-
nes. Insuper consuluisti dæmonia, quæ neque
vlli, neque sibi prædesse possunt. Crede nunc
Iesum Christum filium Dei, & proiice puerpe-
rium: veruntamen mortuus egredietur, quòd
indignè cõcepisti. Hæc vt mulier credidit, mox
egredientibus cunctis de cubiculo, proiecit par-
tum mortuum, & ab omnibus doloribus libe-
rata est. Itaque cum multa prodigia faceret in
Corintho Apostolus Sosstratus, pater Philopa-
toris, admonitus per visum vt Andream accè-
deret, maturauit: iter in Achaïam: & cum co-
gnouisset vbi esset, peruenit in Corinthum. ha-
bensque occurrentem Apostolum, statim co-
gnouit eum Sosstratus, sicut iam antea ei per quietem
erat ostensus, complexusque pedes illius,
inquit: Miserere mei quæso famule Dei, sicut
& filio meo misertus es. Philopator autem ait
Apostolo: Hic est pater meus, quem cernis. Is
te interrogat iam quid cum oporteat agere. Ad
quæ beatus Apostolus: Scio (inquit) quia pro
cognoscenda veritate ad nos venerit. Gratias
agimus Domino Iesu Christo, qui se credenti-
bus reuelare dignetur. Dum hæc diceret An-
dreas, interea Leontius Sosstrati seruus, ait Do-
mino suo: Vides Domine, qua luce resulgeat
vultus hominis huius? Cui ille: Video (inquit)

dilectissime, & ideo non discedam ab eo, sed si-
mul ambo cum illo viuamus, & audiamus ver-
ba vitæ æternæ. & sequenti die obtulit Aposto-
lo munera multa. Sanctus verò Deus dixit ad
eum: Non est meum, accipere aliud à vobis, ni-
si vt vos ipsos lucrificiam, cum credideritis in
Iesum, qui me misit euangelizare in hunc lo-
cum. Si pecuniam desiderassem, Lisbium equi-
dem ditiozem reperissem, qui me multo ma-
gis ditare potuisset. Hoc autem cupio, vt con-
feratis mihi quod vobis poterit prodesse ad sa-
lutem æternam. His gestis in Corintho, post
paucos dies beatus Apostolus iussit sibi bal-
neum præparari. & cum venisset lauandi gra-
tia, vidit senem dæmonium habentem, & tre-
mentem valde. Quem dum admiraretur, alius
puer adolescens egressus de piscina, procidit ad
pedes Apostoli, dicens: Quid nobis & tibi An-
drea? venisti ne huc, vt destruas nos de sedibus
nostris? Erectus autem, adstante populo, dixit
Apostolus: Nolite timere, sed credite in Ie-
sū saluatorem nostrum. Clamantibus igitur
omnibus, Credimus quæ prædicas: incre-
pauit vtrunque dæmonem Andreas, & egres-
si sunt confestim à corporibus possessis, di-
missisque & senex & adolescens redierunt ad
propria. Interea Apostolus lauans, nihil qui-
dem de doctrina intermittebat: sciens inimi-
cum generis humani vbique insidiari, siue in
lauacris, siue in fluminibus. & idcirco nomen

Domini assidue inuocandum suasis, ut is qui vult insidiari, non habeat potestatem. Quod videntes viri ciuitatis, veniebant & adferebant agrotos, ponentes coram eo, & curabantur: & multi etiam de aliis ciuitatibus, qui verbum Domini acceperant, quotidie accedebant beatorum Apostolorum, ut ab eis erudirentur. Dum hæc agerentur in Corintho, ecce quidam senex Nicolaus nomine, scissis vestibus venit ad Apostolum, dicens: Famule Dei, ecce septuaginta quatuor anni sunt vitæ meæ, quibus non discessi ab immunditiis ac scortatione, in lupanaribus subinde exercens illicita. Et nunc tertia dies est, ex quo audiui miracula quæ agis: & prædicationes tuas, quæ sunt plenæ verbis vitalibus. Cogitabam enim mecum, ut relicto hoc opere, venirem ad te, & ostenderes mihi meliora. Sed dum hæc cogitarem, venit mihi rursus aliud in mentem, ut priorem sensum relinquere, & non facerem bonum quod cogitabam. luctante igitur conscientia mea, accepi Euangelium, & oravi Dominum, ut hæc aliquando me faceret obliuisci. Itaque post paucos dies oblitus Euangelij, quod super me erat, inflammante cogitatione peruersa, abij iterum in lupanar. & ecce mulier meretrix videns me, ait: Egredere senex, egredere. Angelus enim Domini es tu, non contingas me, neque appropinques huic loco: video enim in te mysterium magnum. Cùmque ego obstupescens cogita-

rem, quid hoc esset, recolui, quod Euangelium mecum haberem. Abij, & conuersus venio nunc ad te, famulum Dei, ut misereris erroribus meis. Spes enim mihi est maxima, quod non peream, si oraueris pro humilitate mea. Hæc audiens beatus Andreas, cum multa contra fornicationem disseruisset, prostratus genibus, expansisque manibus, tacitus orabat. emittensque gemitus cum lacrymis, ab hora diei sexta usque ad horam nonam, surgebat abluta facie, nihil cibi accipere volens, dixitque: Non gustabo, donec cognoscam, si miserebitur Deus huic homini, & si sit reputandus inter saluatos. Et cum ieiunasset etiam altera die, nihil tamen ei reuelatum fuit de homine isto, usque ad quintum diem. in quo flens vehementer, dicebat: Domine, pro mortuis obtinemus pietatem tuam. & nunc iste quia tua cognoscere desiderat magnalia, cur non reuertatur, ut sanes illum: Hæc eo dicente, vox de cælis delata est, dicens: Obtines Andrea, pro sene: sed sicut tu ieiuniis fatigatus es, ita & ipse studeat, per ieiunium, ut saluetur. Et vocans eum, prædicauit ei Apostolus abstinentiam. Die verò sexto vocauit omnes Christianos, & rogabat ut orarent vniuersi pro eo, qui prostrati solo orabant, dicentes: Domine pie, misericors, remitte homini delictum suum. Quo facto, & ipse gustauit, & cæteros manducare permisit. Nicolaus quoque rediit ad domum suam, & omnia quæ ha-

bebat distribuit indigētibus. Ipse quoque multum se ex cruciauit, ita vt per sex menses nihil aliud quàm aquam acciperet, & pane arido vesceretur. Igitur exacta digna pœnitentia, haud ita multo post senex iste excessit è sæculo. Aberat tum beatus Andreas. sed circa ipsam mortem senis, vox ad Apostolum facta est alio loco: Andrea, meus effectus est Nicolaus. At ille gratias agens, narrauit fratribus Nicolaum excessisse de corpore, orans vt in pace quiesceret.

Dum hæc apud Corinthum ab eo fierent, & fama de virtutibus eius quotidie cresceret, venit ad Apostolum Antiphanes ciuis Megarensis, & ait: Si qua in te est bonitas iuxta præceptum Saluatoris, quem prædicas, hanc ostende iam nobis, vir Dei, & libera domum de insidiis quibus têtatur. Ad quem Apostolus: Enarra nobis homo, quæ contigerunt tibi. Et ille: Dum de itinere (inquit) domum reuersus fuissẽ, & ingrederer ianuam atrij mei: ecce audiui vocem ianitoris, miserriimè declamantis. Quùmque interrogassẽ quæ essent hæ voces, narrauerunt mihi qui aderant, ipsum cum vxore & filio male à dæmonio torqueri. Tum verò ascendens ad superiora domus, vidi & alios pueros stridentes dentibus, & in me impetum facientes, risusque insanos arridentes. Quos cum præterirem, ascendi iterum ad alia superiora, in quibus coniunx iacebat, ab his verberata grauissimè: quæ ita erat amentię fatigatione tur-

bata, vt casarie supra oculos dimissa, neq; aspicerere me, neque cognoscere posset. Hanc ergo, rogo vir Dei, vt restituas mihi. de cæteris verò curam nullam habeo. His dictis, sanctus Apostolus misericordia motus, respondit: Non est acceptio personarum apud Deum, qui propterea venit, vt cunctos saluos faceret, ne perirent. & ait: Eamus ad domum eius. Cùmque progrediens Andreas & Lache, venisset in Megaram, iam iamque ianuam domus ingrederetur, dæmones vnius vocis imperu clamauerunt, dicentes: Vt quid nos hic Andrea persequeris? vt quid domum non tibi concessam adis? Quæ tua sunt, posside: quæ nobis cõcessa sunt, ne velis penetrare. Quæ sanctus Apostolus, vt erant insolita, admiratus, ascendit in cubiculum, vbi mulier decumbebat, & cum flexis genibus orasset, adprehensa manu mulieris, inquit: Sanat te Dominus Iesus Christus. & statim surrexit mulier à lectulo, & benedicebat Deum. Similiter & singulis quibusq; qui à dæmonio vexabantur, imponens manum, sanitati cunctos in domo restituit: habuitque deinceps Antiphanem & vxorẽ eius firmissimos adiutores in Megara, ad prædicandũ verbum Domini.

His gestis, non ita multo pòst beatus Apostolus Patras ciuitatẽ reuertitur, in qua Proconsul Ægeates erat, qui nuper ad eò Lesbio successerat. Ait mulier quædã Ephidama nomine, quæ ex doctrina Sossie cuiusdã Apostolici discipuli,

*E Corintho
Megaram
proficiscitur.*

*In Patras
reditus.*

Christo mancipata fuerat, Andream accedit, amplectensque pedes beati Apostoli, inquit: Rogat te, vir sancte, domina mea Maximilla, quæ magnis febribus retinetur, ut eam accedere digneris. cupit enim audire doctrinam tuam. Hæc autem Proconsulis coniunx erat, cuius morbum vir tam grauiiter ferebat, ut educto mucrone sibi vellet mortem consciscere. Sic igitur præcedente Ephidama, Apostolus venit in cubiculum, in quo mulier iacebat agnata, & videns stantem præsidem cum euaginato gladio, ait illi: Nihil tibi nunc mali feceris ô Proconsul, sed reconde gladium tuum in locum suum. Erit enim tempus quando ad nos is exercendus erit. Sed nihil intelligens Præses, dedit accedendi locum. Tunc Apostolus veniens ante lectum infirmæ, facta oratione apprehendit manum eius, & statim sudore perfusa est mulier, & discessit ab ea febris, iussitque ei Apostolus dare cibum. Quæ ut vidit Proconsul, centum argenteos iussit numerari sancto Dei: quos ille nec aspicerere voluit. Egressusque domum illius, in itinere vidit hominem iacentem in cælo debilem, cui multi è ciuibus stipem porrigebant, unde alimentum haberet. Misertus itaque miser, ait ad eum Andreas: In nomine Iesu Christi surge sanus. Qui protinus surgens, glorificabat Deum. Et cum progressus fuisset paululum, in alio loco vidit hominem cæcum cum vxore & filio, & ait Apostolus: Verè diaboli

est

est hoc opus, qui hos homines mente & corpore excæcauit. Ecce ego vobis in nomine Dei mei corporalium oculorū restituo lumen: ipse quoque mentium vestrarum tenebras referare dignetur, ut cognita luce, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, salui esse possitis. Et imponens eis manus, aperuit oculos illorum. At illi procidentes, osculabantur pedes eius, & dicebant: Quia non est alius Deus, nisi quem prædicat famulus eius Andreas. Hæc dum apud Patras faceret beatus Apostolus signa, abduxit quidam ad littus Andream, vbi nauta quispiam, quinquaginta annis debilitate nimia proiectus, in cæno iacebat vlcibus scatens, & vermibus, cui nullius medici potuit cura mederi. Hic cum aspexisset Apostolum: Forsitan tu es (inquit) discipulus Dei illius qui solus saluare potest. Cui sanctus Apostolus ait: Ego sum, qui in nomine Dei mei te sanitati restituo. Et adiecit: In nomine Iesu Christi surge, & sequere me. At ille relictis pannis purulentis, in quibus tabes defluerat, sequebatur eum, profluente pure cum vermibus à corpore eius. Cùmque venissent ad mare, ingressus est vterque aquam: ablensque eum Apostolus in nomine Trinitatis, ita sanū reddidit, ut nullum penitus infirmitatis huius corporeæ resedisset indicium: tantumque fide post acceptam sanitatem accensus est, ut nudus per ciuitatem cucurrerit, adnuncians: Quia ille

f

est verus Deus, quem Andreas prædicat. Et mirabantur omnes, congratulantes sospitati eius.

Cúmque talia, & alia plura digna admiratione apud Patras per beatum Apostolum agerentur, interea aduenit ex Italia Stratocles, frater Proconsulis. huic erat puer Alcmana nomine, quem in precio singulariter habebat. Euenit autem, vt ab impulsu dæmonis percussus tunc iaceret, spumansque in atrio, tumultum magnum excitaret. Quæ videns Stratocles, nimis molliter casum dilectissimi pueri ferebat. Et ecce Maximilla & Ephidama cõsolantes virum, dicunt: Noli contristari frater, mox enim puer recuperabitur. Est enim hic vir quispiam, qui viam salutis ostendens, multos reuocat ab infirmitate ad integram sanitatem. Mittamus ad illum, & statim reddet tibi puerum sanum. Haud mora, accersitur Apostolus, qui rogatus à matronis adprehensa manu eius, ait: Surge puer in nomine Iesu Christi Dei mei, quem prædico. Et statim surrexit incolumis. Stratocles verò credit in Dominum, & ita confortatus est in fide, vt ex illa hora non discederet ab Apostolo, sed quotidie adhærens lateri eius, audiebat verbum salutis. Interca dum hæc fierent apud Patras, contigit vt abeunte Proconsule in Macedoniam, Maximilla vxor verbis salutaribus instructa, in tantum beato Apostolo adhæreret, vt reuersus Præses, parum absuerit quin & vxorem: & magnam infu-

per hominum multitudinem, in Prætorio cum Apostolo audientes verbum salutis inuenisset. Quod præsentiens beatus Andreas, flexis genibus: Ne patiaris (inquit) Domine ingredi Proconsulem in hunc locum, donec omnes egrediantur exinde. Quod cum fecisset, antequam Proconsul Prætorium fuisset ingressus, accidit illi voluntas purgandi ventris: cúmque secessum petiisset, & moras innecteret, Sanctus Apostolus singulis manus imponens, & consignans cruce, eos abire permisit: nouissimè autem se signans & ipse, discessit. Maximilla autem iam & antea, & post illa tempora sæpe, domum vbi Apostolus morabatur cum aliis Christianis ingrediebatur, & verbum Domini assiduè audiebat. Quæ ex re factum est, vt rarius vito suo commiseretur. Quòd ille ægreferens, & causam in Apostolum conuiciens, Andream accersit: cui cum religionem saniozem exprobrasset, & vt ad idola adoranda mentem conuertere vellet, persuadere conaretur, respondit intrepidus beatus Apostolus: Ego sum, inquit, Proconsul, qui prædico verbum veritatis, & Dominum Iesum, vt recedentes homines ab idolis manufactis, verum Deum agnoscere incipiant, per quem facta sunt omnia. Ad hoc enim cum esset Dominus maiestatis, descendit de cælo, hominis formam suscipiens, qui primus perierat: & cum esset Deus, sponte pati dignatus est, vt eum quem ipse fecerat,

de morte liberaret. Hæc audiens Proconsul, iussit eum recludi in carcerem. Vbi, quandiu clausus tenebatur, plurima quotidie turba ad eum consuebat, quam his verbis sanctus Andreas alloquebatur: Ego quidem sum missus Apostolus à domino meo, ad vos, charissimi fratres, vt homines positos in tenebris & umbra mortis, per verbum Dei ad viam veritatis & luminis reuocarem. Quo in instituto, haud vnquam cessauì, hortans vos subindè, vt recedentes à dæmonum culturis, verum Deum quærentes, & in mandatis eius perseuerantes, promissionis eius hæredes inueniamini. Hortor autem vos dilectissimi, & moneo, vt fidem vestram, quam supra fundamenta Domini mei Iesu Christi posuistis, crescere sinatis in spem & laudem domini. Cæterùm in his quæ mihi contingunt, nolo vos quidquam contristari. Ita enim promissa sunt à Domino meo Iesu Christo, sicut scriptum est: Pro nomine illius multandos nos esse, passuros, & flagellandos: atque adèd ante iudices staturos, in testimonium eius. Qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. Orate ergo sine cessatione, vt diabolus, qui circuit vt leo rugiens, quærens aliquem deuorare, elusus & prostratus iaceat, à seruis Domini superatus. Cum hæc & alia plurima exhortans turbam per totam noctem doceret, & cum prolongasset sermonem, sequenti die primo diluculo procedens Ægeas

*Exhortatio
S. Andreae
in carcere.*

Proconsul, tribunal conscendit, accersitòque Sancto Andrea, illum in hæc verba conuenit: Scis quare te custodiæ manciparim? vt dum vana & superstitiosa nescio quæ in vulgum disseminas, ita aliquid certius cognoscerem de te. Interim audio nescio quæ ridicula tota nocte locutum. Cui Andreas respondit: Ego non cesso, quæ mihi à Domino sunt iniuncta exercere, vt populus de via erroris liberatus, ad veram possit cognitionem perducì. Tum Proconsul: Recede (ait) ab hac stultitia, & noli bene viuentes subuertere. Andreas dixit: Mihi Deus meus Iesus Christus præcepit, vt opportunè & importunè verbum eius prædicare non cessem, atque errantibus pœnitentiam ostenderem. Tum rursus Ægeas: Aut promitte te recessurum (ait) ab hac superflua & superstitiosa doctrina, aut statim iubebo te interfici. Andreas respondit: Ego non solum interfici, sed diuersis etiam pœnis excruciarì paratus sum, priusquam à prædicatione diuina recessero. Sic Proconsul septem eum ternionibus flagellorù cæsum crucifigi præcepit, mandans nominatim quæstionariis, vt ligatis manibus & pedibus & non clauis affixus suspenderetur, quo diutino cruciatu deficeret. Hæc videns plebs indigna in virum Dei committi in turba dicebat: Iustus homo, & amicus Dei, & doctor bonus, ducitur immeritò ad mortem. Andreas verò cum plurimis verbis eos alloqueretur, peruenit tan-

*S. Andrea
ad crucem ex
clamatio.*

dem ad locum, vidensque procul crucem, exclamavit, dicens: Salve crux, qua diu fatigata requiescis, tanto tempore expectans me. Certissime autem scito, te gaudere suscipientem discipulum eius qui pependit in te. Quapropter lætus pergo ad te: quia secretum tuum cognosco, & mysterium noui, qua de causa fixa sis. Suscipe nunc quem desideras, quia tandem speciem tuam desiderans, inueni in te. Video enim in te, quæ à Domino mihi sunt promissa. Suscipe itaque electa crux humilem propter Deum, & transfer seruum eius ad Dominum suum. Et hæc dicens beatissimus Andreas, expolians se, tradidit ministris. Qui ligantes manus & pedes eius, secundum quod eis fuerat præceptum, suspenderunt eum in cruce. Astante verò turba ingenti viginti ferme millium hominum, inter quos etiam stabat frater Ægeatis Stratoctes, aperuit beatus Apostolus os suum, & ita loquutus est: Ego quidè gratias habeo Domino meo Iesu Christo, qui me tandem perfunctum iussione sua, abire corpore vult, ut per bonam confessionem, perpetuam cōsequar misericordiam, dilectusque & notus eius efficiar, qui me ad vos misit. Vos autem manete in verbo vobis tradito, docentes & admonētes alterutrum, ut & ipsi sitis cum Deo meo in perpetuum, & cum eo habitetis, promissionesque eiusdem recipiatis. Et cum respōdissent qui aderant Christiani, Amen: toto eo die, & nocte que

insecuta est, iugiter loquebatur, neque in aliquo fatigabatur aut deficiebat. Sequēti igitur die videntes eius tolerantiam & animi constantiam, denique spiritus prudentiā, & mentis robur, venerunt turba ad Ægeatis, ac sedente eo pro tribunali, vociferantes dixerunt: Quæ ista tua est tam crudelis sententia Proconsul ut hominem probū, qui nihil mali commisit, crucis supplicio velis condemnare? Perturbata est tota ciuitas, & simul cum eo omnes perimus. Quasumus te, ne Cæsaris tam celebrem perdas ciuitatem. Concede nobis hominem iustum, redde nobis hominem sanctum, ne interficias hominem Deo carum, ne perdas hominem mansuetum & pium. Biduo enim suspensus viuit, quæ res miraculo non caret: & quod plus est, loquitur adhuc, & non suis sermonibus reficit. Quare reddas nobis hunc virum, ut viuamus: solve pudicum, & omnes patriæ erūt in pace. His commotus Proconsul, cum & minas ac tumulum populi metueret, surgēs de tribunali, Andream soluere cogitabat: profectusque ad locū crucis, læto populo, quod famulus Dei liberaretur, & frequenti comitate, tristis & facta pœnitēs, Andrea suspensio appropinquabat. Ad quem ille: Quid ad nos (inquit) Ægeas venisti? nunquid soluere me cupis, & pœnitentia ductus credere desideras: nō mihi, crede, persuadebis, ut ex ista cruce recedā. Et cū populus, ut solueret hominem, iuberet: sanctus Andreas exclamavit voce

Oratio beati Andrea ante mortem.

magna, & dixit: Ne permittas famulum tuum Domine Iesu Chrifte, qui propter nomē tuum pendet in ligno, solui: neque permittas quæso Deus misericors, secretis tuis inhærentem, humanis amplius conuersationibus tradi. Sed suscipe tu magister me, quem dilexi, quem cognoui, quem retineo, quem videre desidero, in quo sum quod sum. Suscipe exitum meum Iesu bone & misericors. Et hæc dicens, diutissimè Dominum clarificans & gaudens, nobis flentibus reddidit spiritū. Cuius corpus Maximilla Proconsulis vxor accipiens, conditum aromatibus, celebri in loco sepeliuit, & ex illo tempore pudicitiam & castitatem seruans, in fide quoque accepta constans permansit. Ægeas verò maritus illius, arreptus ea nocte à dæmonio, de loco alto se præcipitauit, & mortuus est. Stratocles porrò frater eius, cum hæc audiuisset, de bonis Proconsulis nihil contingere voluit, dicens: Quæ tua sunt, tecum pereant. Mihi sufficit Dominus Iesus, quem cognoui per famulum eius Andream. Est autem passus venerabilis & sanctus Dei Andreas Apostolus apud Achaïam, in ciuitate Patris, sub Ægeate Proconsule, pridie Kalend. Decembris, regnante Domino Iesu Christo, cui sit gloria in sæcula sæculorum, Amen.

Ex hoc apparet, Abdiam, huius historiae authorem passioni interfuisse.

LIBER QVARTVS ABDIAE Babylonis Episcopi, De historia ac rebus gestis à Iacobo Ioannis fratre germano, Domini nostri Iesu Christi discipulo atque Apostolo, ab Africano historico ex Hebraica lingua in Latinum sermonem translatus.

IACOBVS Zebedæi filius, & Ioannis qui Euangelium reliquit, frater germanus fuit: quem Christus Saluator noster, in naui cum patre & fratre visum, sequi se iusserat. Quod diuino cõpunctus amore fecit, adhæsitque Domino nostro ex eo tempore non solum vt discipulus, quos multos habuit, verum etiam in monte ad Apostolatus apicem ab eodem vocatus, post passionem Domini, Iudæam & Samariam in diuisione Apostolica sortitus est. Quas prouincias cum perageret, ingrediens per synagogas secundum scripturas, ostendebat omnia quæ à Prophetis prædicta erant de Domino Iesu Christo, ea in ipso impleta esse. Quod dum fieret, opponebant se sancto Apostolo Hermogenes & Philerus quispiam, asserentes, quod non verus Dei filius esset Iesus Christus Nazarenus, cuius se ille Apostolum memoraret. Iacobus autem in spiritu sancto confidenter agens, omnes assertiones illorum euacuauit, ostendens de scripturis sanctis, hunc esse verum filium Dei, generi humano promissum. Qua re motus Philerus, cum Ia-

cobi prudentiam admiraretur, reuersus ad Hermogenem, dixit ei: Iacobū, qui se seruum Christi Iesu Nazareni asserit, & Apostolum eius, scias superari non posse. nam in nomine eius vidi eum dæmones ex obsessis corporibus eiicientem: vidi eum & cæcos illuminantem, leprosos mundatē. Asserunt etiam amicissimi mei, quod viderint insuper eum mortuos suscitantem, Sed quid multis moramur? Omnes scripturas sanctas memoriter retinet, ex quibus ostendit, non esse alterum filium Dei, nisi illum quem Iudæi crucifixerunt. Quare si consilio meo obtemperas, eamus ad eum, & indulgentiam impetremus. Quod si non feceris, ego saltem relicto te, ad ipsum me conferam, vt discipulus eius esse merear. Quæ vt audiuit Hermogenes, ira succensus, Philetum vinculis magicis constrinxit, & ait: Videbimus si Iacobus tuus soluat te. Philerus autem misit festinanter puerum suum ad Iacobum, vt ei nunciaret quæ gesta essent. & statim misit beatus Apostolus sudarium suum Phileto, dicens: Dominus Iesus Christus erigit allisos, & ipse soluit cõpeditos. Statim autem vt de sudario eius tetigit eum is qui missus erat, resolutus à vinculo magi, currēs venit ad Iacobum, & cœpit insultare maleficiis magistri. Hermogenes verò magus dolēs quòd ei insultaret, arte sua excitauit dæmones, & misit eos ad Iacobū, dicens: Ire, & ipsum Iacobum mihi, & simul Philetum discipulum meum ad-

ducite, vt vindicer in his, ne mihi & ceteri discipuli mei ita illudant. Venientes igitur dæmones, vbi Iacobus orabat, vltulatum in aëre habere cœperunt, dicentes: Iacobe Apostole Dei, miserere nostri: quia antequā veniat tempus incendij, nos etiā exurimur. Quib⁹ Iacobus: Vt quid venistis ad me? Dicūt ei dæmones: Misit nos Hermogenes, vt te & Philetū ad ipsum perduceremus. Mox autem vt ingressi sumus, angelus Dei Sanctus catenis igneis religauit nos, & miserè cruciamur. Dicit eis Iacobus: In nomine patris & filij & spiritus sancti, exoluat vos iterum angelus Dei, ita vt reuertentes ad Hermogenem, nō eum lædatis, sed vincitū huc illum ad me adducatis. Qui cū abiissent, ligauerunt Hermogeni ad tergum manus de restibus, & ita vincitum adduxerūt eum ad Apostolum, dicētes: Ad quē nos miseris, cum incensū flagraueris, ecce hūc adducimus tibi. Ad quē Apostolus Dei: Stultissime hominū (inquit) cum inimicus generis humani rationem tecum haberet, quare non considerasti quos ad læsionem meam mitteres? Seu tamē illos adhuc non permitto, vt furorē suum tibi ostendant. Clamabant quoque tum ipsi dæmones: Da nobis eum in potestatē, vt possimus & tuas iniurias vindicare, & nostra incendia. Ad quos Apostolus: Ecce (inquit) Philetus ante vos stat, cur eum non tenetis? Dicunt ei dæmones: Nos nō possumus vel formicam contingere, quæ in cubiculo tuo est. Tūc beatus Iacobus

ad Philetum ait: Ut cognoscas scholam Domini nostri Iesu Christi hanc esse, ut discant homines bona pro malis reddere, ille te ligauit, tu eum solue: Ille te vincitum à dæmonibus ad se conatus est adducere, tu eum captum à dæmonibus liberum ire permitte. Itaque ut soluit eum Philetus, deiectus & confusus Hermogenes stetit.

Ad quem conuersus Apostolus Domini: Vade liber, quocunq; volueris. Non est enim disciplina nostra, ut inuitus aliquis conuertatur. Dicit ei Hermogenes: Ecce noui iras dæmonū, nisi mihi dederis aliquid quod mecum geram, tenebunt me, & diuersis cruciatibus interficiēt me. Cui beatus Iacobus: Accipe (inquit) baculū itineris mei, & cum eo perge securus quocūq; volueris. Qui accipiēs baculum Apostoli, abiit ad domum suam. Et haud mora, collectis libris magicis: zabyras plenas ad Apostolum attulit ceruicibus & suis & discipulorum impositas, & cœpit eos ignibus coram eo comburere. Sed Iacobus prohibuit: Ne fortè odor incēdij (inquit) vexet incautos, appende zabyris lapides & plūbum, & mitte in mare. Quod cum fecisset Hermogenes, reuersus cœpit tenere plantas Apostoli, rogans eum & dicens: Animarum liberator, accipe pœnitentem, quem inuidētem & detrahentem hactenus sustinisti. Respondens dixit Iacobus: Si veram Deo pœnitentiam obtuleris, veram eius indulgentiam consequeris.

Dicit ei Hermogenes: In tantum veram Deo

pœnitentiam offero, ut omnes codices meos, in quibus erat illicita præsumptio, abiecerim, & omnibus simul artibus renunciauerim inimici.

Tunc Sanctus Apostolus: Vade (inquit) per domos eorum quos euertisti, ut & reuoces Domino quæ tulisti. Doce hoc esse verum, quod antea docebas esse falsum: & hoc esse falsum, quod modò docebas verum. Idolum quoque quod adorabas, & diuinationes tibi putabas, ab eo responderi, confringe. Præterea pecunias quas malo opere acquisisti, bona ratione expēde: ut sicut fuisti filius diaboli, imitando diabolum, efficiaris ita filius Dei sequendo Deum, qui quotidie etiam ingratis præstat beneficia, & se blasphemātibus exhibet alimēta. Si enim cum malus esses circa Deum, bonus circa te extitit Dominus quanto magis erit circa te benignior, si magus esse cessaueris, & bonis ei operibus cœperis complacere? Hæc & his similia dicēte Iacobo, in omnibus obtemperauit Hermogenes, & ita cœpit in Dei esse timore perfectus, ut etiam virtutes per eum plurimæ fierent à Domino. Videntes igitur Iudæi, quia hūc magum, quem inuictum putabant, ita conuertisset Apostolus, & omnes simul discipulos & amicos eius, qui solebant ad synagogam conuenire, Iesu Christo per Iacobum credidisse, obrulerunt pecunias centurionibus duobus, qui præerant Hierosolymis, Lyfæ & Theocrito, ut comprehenderēt Iacobum. Exorta autem à populo se-

zabyras.

Græci arma
mētiorum re-
positoriū est.

ditione, cum duceretur in custodiam, dicebant ei Pharisei: Vt quid prædicas Iesum, hominem, quem inter latrones crucifixum omnes scimus? Ad quæ Iacobus repletus spiritu sancto: Audite me (inquit) viri fratres, & omnes qui Abraham filij esse cupitis. Promisit Deus patri nostro Abraham, quòd in semine eius hæreditarètur omnes gentes. Semen autem eius non est super Ismahel, sed supra Israhel. Ille enim cum matre sua Agar eiectus, à portione seminis Abraham exclusus fuit. Abraham à Deo dictum est, quia in Isaac vocabitur tibi semen. Amicus autem Dei Abraham, pater noster appellatus est, antequàm circumcisionem acciperet, & antequàm Sabbata coleret, & antequàm legem aliquam diuinæ cõstitutionis sciret. Amicus autè factus est, non quidem circumcidendo se, sed credendo in Deum, hoc, quod in semine eius hæreditentur omnes gentes. Si ergo Abraham amicus factus est credendo, constat, inimicum Deo esse, qui non credit in Deum. Hæc cum disseruisset Apostolus, dixerunt Iudæi: Et quis est qui non credit in Deum? Iacobus respondit: Qui non credit, quòd in semine Abraham hæreditentur omnes gentes: Qui non credit Moysen dicentem, Suscitabit vobis Dominus Prophetam magnum, ipsum audietis tanquam me, per omnia quæ præceperit vobis. Hoc autè promissum Esaias prædixit, quo ordine fieret. ait enim: Ecce virgo in utero concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomè eius Emmanuel:

*Vaticinia
Prophetarum
de Christo.*

quod est interpretatum, nobiscum Deus. Addit Hieremias: Ecce veniet redemptor tuus Hierusalem, & hoc eius signum erit: Cæcorum oculos aperiet, surdis reddet auditum, & voce sua excitabit mortuos. Ezechiel hunc etiam designat, dicens: Veniet rex tuus Syon, venit humilis, & restaurat te. Daniel quoque dicit: Sicut filius hominis, ita adueniet, & ipse obtinebit principatus & potestates. Prædixit hunc & David: Dominus dixit ad me, filius meus es tu. Et patris vox de filio dicit: Ipse inuocabit me, Pater meus es tu, & ego primogenitum ponam illum, excelsum apud reges terræ. Et iterum: De fructu ventris tui ponam supra sedem meam. **Quin** & passionem eius prædixerunt Prophetæ. Esaias enim dicit: Sicut ovis ad occisionem ductus est. Et David in persona eius dicit: Foderunt manus meas & pedes meos, dinumerauerunt omnia ossa mea: Ipsi verò considerauerunt & inspexerunt me, diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem. Et alio loco David ait: dederunt in escam meam fel, & in siti mea potauerunt me aceto. & iterum de morte eius vaticinatus: Caro mea requiescet in spe, quoniam non derelinques in inferno animam meam, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem. Vox autem filij ad patrem dicit: Exsurgam adhuc, & tecum sum. Et iterum: Propter miseriam inopum, & gemitum pauperum, nunc exurgam, dicit Dominus. De ascensione præterea

illius dictum est à Propheta: Ascendit in altum, captiuam duxit captiuitatem. Et iterum: Ascendit Deus in iubilatione. Et rursus: Ascendit super Cherubin, & volauit. Item Anna mater sancti Samuelis dicit: Dominus ascendit in cœlos, & tonat. Et multa alia inueniuntur in lege de ascensione eius testimonia. Nam quod sedeat ad dextram patris, item Dauid inquit: Dicit Dominus Domino meo sede à dextris meis. Et quod venturus sit iudicare sæculum per ignem, dicit Propheta. Et iterum: Dominus manifestè veniet, Deus noster, & non silebit. Ignis in conspectu eius ardebit, & in circuitu eius tempestas valida. Hæc omnia in Domino nostro Iesu Christo & impleta sunt partim quæ fuerunt prædicta, & quæ nondum facta sunt implebuntur propediè, ita sicut Prophetæ prædixerunt vobis. Ait enim Esaias: Surgent mortui, & resurgent qui in monumentis sunt. Si interrogas, Quid erit, si resurrexerint? Respondit Dauid, audiuisse se Dominum loquentem. Semel loquutus est Deus, duo hæc audiui: Quia potestas Dei est, & tibi Domine misericordia, qui reddes unicuique secundum opera sua. Vnde, viri fratres, vnusquisque vestrum pœnitentiam agat, vt non recipiat secundum opera sua, qui se scit participè esse eorum qui cruci affixerunt eum, qui mundum totum à cruciatibus liberauit. Siquidem è spuramento suo oculos cæci nati illuminauit: & vt probaretur ipse esse, qui Adam de limo terræ forma-

uerat,

uerat, lutū fecit de saliuā sua, & imposuit oculis ac sanauit eos. Et cū nos discipuli eius interrogassemus illū, qui peccassent, hic an parētes eius vt cæcus nasceretur? Respondit nobis Magister dicens: Neq; hic peccauit, neq; parētes eius, sed vt manifestentur opera Domini in eo: id est, vt manifestus fieret artifex qui eū fecerat, cū ipse faceret quod minus fuerat factū. Nam & hoc quod pro bonis mala recepturus esset, prædictū est in persona eius, per Dauid regē, cū diceret: Retribuebant mihi mala pro bonis, & odiū pro dilectione mea. Deniq; post tanta beneficia in Iudæos collata, cum tot paralyticos curasset, leprosos mūdasset, tot dæmones fugasset, & mortuos suscitasset, omnes vna voce clamauerunt: Reus est mortis. Præterea quod à suo discipulo tradēdus fuerat, hoc ordine item prædictū fuit à Dauid: Qui edebat panē meum, ampliauit aduersus me supplantationē. Hæc omnia, viri fratres, filij Abrahamæ prædixerunt, loquēte per os eorum spiritu sancto. Nunquid si hæc non credimus, poterimus euadere perpetui ignis supplicii, aut non meritò puniendi erimus? cum etiam, gentes credāt vocibus Prophetarum: nos verò populus quondā electus, nullā Patriarchis & Prophetis nostris fidē adhibebimus? Equidē censo erubescēda & puniēda tot factis & sceleribus crimina, lacrymosis vocibus lugēda esse nobis vt pœnitentiā nostrā pius indultor accipiat: ne illa nobis tandē eueniāt quæ gētilibus

maioribusq; nostris acciderūt. Aperta est terra, & deglutiuit Darhā, operuit super synagogā Abyron. Exarsit ignis in synagoga corū, & flāma consumpsit peccatores. Hæc cū disseruisset, non sine admiratione & singulari gratia Dei coram turbis clamauerūt, omnes vna voce dicētes: Peccauimus, iniuste egim⁹: da nobis remediū, quid faciamus. Quib⁹ Iacobus ait: Viri fratres, nolite desperare: credite tātum, & baptizamini, vt deleantur omnia peccata vestra. Cū itaq; post hūc sermonē beati Apostoli, multi ex Iudæis baptizati essent, Abiathar pontifex anni illius, videns magnū quotidie populū in Iesum credere, per pecunias excitauit seditionem grauissimā, ita vt vnus ex scribis Phariseorū mitteret funē in colūm Apostoli, & perduceret eum ad Prætorium Herodis regis. Herodes is filius Archelai erat: qui vt causam accepit, iussit beatum Iacobū decollari. Cumq; duceretur ad locum supplicij, vidit paralyticum iacentē, & clamantem sibi: Vir sancte libera me à doloribus, quib⁹ omnia membra mea cruciantur. Ad quem cōuersus Apostolus: In nomine (inquit) crucifixi Domini mei Iesu Christi, pro cuius fide ducor ad mortē, exurge sapus, & benedic saluatorem tuū. Et prorinus exsurrexit, & cœpit gaudēs currere, & benedicere nomen Domini Iesu. Tunc ille Phariseorū scriba, que diximus funē collo eius circumdedit, Iosias nomine, procidens ante pedes Apostoli: Obsecro te (ait) vt des mihi indulgentiam, & facias

facias me nominis Sancti participem. Ad quem conuersus Iacobus, dicit: Tu credis, quia Dominus Iesus Christus, quem crucifixerunt Iudæi, ipse sit verus filius Dei viui? Et ait Iosias: Ego credo, & hæc est fides mea, ex hac hora, quia ipse est filius Dei viui. Quæ videns Abiathar Pontifex, scribam iussit comprehendi, & dixit ei: Si non discefferis à Iacobo, & maledixeris nomen Iesu, cum ipso decollabere. Cui Iosias: Maledictus (inquit) tu, & maledicti omnes dies tui. Nomen autem Domini Iesu Christi, quem Iacobus prædicat, est benedictū in sæcula. Tunc Abiathar felle succensus, pugnis cadere scribā præcepit: & missa relatione de eo ad Herodem, impetrauit vt simul cum Iacobo decollaretur. Iacobus igitur cum Iosia ductus ad locum supplicij, antequam decollaretur, rogauit spiculatorē, vt aquæ illi facultas fieret, & allata est ei lagena plena cum aqua. Quum accipiens Apostolus: Credis (inquit) in nomine Iesu Christi filij Dei? At ille dixit: credo. Et perfudit eum Iacobus, & dixit: Da mihi pacis osculum. Cūque osculatus esset eum, poluit manum super caput eius, & benedixit eum, & fecit signaculum crucis Christi in fronte eius, & haud mora, ceruicem spiculatori porrexit. Post & Iosias, perfectus iam in fide, martyrij palmā exultans accepit, pro eo quem in mundum nobis salutis Deus æternus miserat: Cui sit honor & gloria, in sæcula sæculorum.

APOSTOLICA
LIBER QUINTVS HISTORIA
Apostolica, de rebus à sancto Ioanne Euangelista gestis, authore Abdia Babylonia Episcopo, & Iulio Africano interprete.

IOANNES Iacobi superioris frater germanus, sed minor natus, Zebedæo patre, cum piscaretur, vocatus à Christo fuit: quem postea non solum ad Apostolatus culmen euegit, sed præcipuo quodam amore complectebatur. Vnde & in monte cum se Christus manifestasset, & in hortum caperetur ex tribus vnus fuit. Quin & in cœna postrema cum nouum illud testamentum salutis nostræ mundi Saluator conderet, proximè Christo assidens, in sinu eius reclinans obdormiuit. De quo & illud Euangelista scribit, quòd mater Christum rogauerit, vt filiorum alter illi à dextris, alter à sinistris in regno cœlorum sederet. Iacobum nimirum, & istum ipsum Ioannem intelligens. Is, vt Christus in ligno crucis præcepit, virginis matris Domini curam à passione magistri semper habuit: & communibus cum fratre Iacobo auspiciis, Iudæis, Samaritanisque Iesum Saluatorem prædicabat. Petro quoque subinde adhærebat. vnde post resurrectionem, cum Dominus piscantibus occurrisset, Ioannes agnatum prius Petro significauit. Accepto quoque spiritu sancto, cum Petro hora nona templum

HISTORIÆ. LIB. 5. SI

Hierosolymitanum ingressus, Ænæ paralytico & claudo ex vtero matris ad speciosam portam stipem petenti, sanitatem contribuit. Secutus posthæc iussa magistri, vt euangelium gentibus adnunciaret, ex Palestina in Asiam, atque inde in Ephesum traiecit, vbi ad Domitiani Cæsaris ætatem vsque Apostolico munere suoungebatur, nonagenarius ferè, quod de illo in vita Christus prædixisse videtur. Nam cum Christus Petrum, vt se sequeretur iuberet, & Ioannes citius sequeretur, quia molestè Petrum ferre videret, qui ab ipso etiam quæsiuerat, quid Ioannem facere vellent: Christus ei respondit: Si eum manere in vita vellent, quoad ipse veniret, quid eius interesset? Quod discipuli non intelligentes verbum, vana opinione, antequam spiritum adhuc sanctum accepissent, Ioannem nunquam moriturum existimarunt. Est igitur & hoc ipsum amoris Saluatoris in beatum Ioannem indicium non vulgare, quòd vita reliquos omnes superauerit, & vt dictum est, à Domitiani temporis ætate vsque in Asia verbum salutis populis adnunciarit, & paulo post defuncto Timotheo Ecclesiam gubernare cœperit apud urbem Ephesum. Cui Proconsul loci cum edictum Imperatoris, vt Christum negaret, & à prædicatione cessaret, legisset, beatus Apostolus intrepidè respondit: Obedire oportere Deo magis quàm hominibus. Proinde nec Christum

Meminit Paulus quod in epist. ad Gal. se c. Tito et Barnaba profectum Hierosolymã, atq; ibi Iacobo, Petro, et Ioanni dextræ porrexisset.

Euseb. lib. 3. Historia Ecclesiastica, Ioannem in Asia euangelizasse scribit.

Deum meum (inquit) negabo, nec à prædicatione nominis eius quiescam, donec consumpsero cursum ministerij mei, quod à Domino suscepi. Ad cuius responsonem motus Proconsul, iussit eum velut rebellem, in dolio feruentis olei mergi. Qui statim vt coniectus in æneo est, veluti fortis athleta, vnctus, non adustus, de vase exiit. Ad quod miraculum Proconsul stupefactus, voluit eum libertati suæ reddere: & fecisset, nisi timuisset edictum Cæsaris: mitiorem igitur pœnam excogitans, in exilium eum relegauit, insulam quæ dicitur Pathmos. In qua & Apocalypsim, quæ ex nomine eius legitur, & vidit, & scripsit. Post mortem autem Domitiani, quia omnia illius decreta Senatus infringi iusserat, inter ceteros qui ab illo relegati fuerant, & ad propria remeabant, etiam sanctus Ioannes Ephesum rediit, vbi & hospitium, & multos amicos habebat. Plenitudine enim gratiæ diuinæ, & conuersatione sincera commendatus, omnibus amabilis erat. In qua ciuitate senescens, etiam prædicationem verbi dinini signis & virtutibus confirmabat, ita vt tactu vestimenti eius languentes sanarentur, infirmi curarentur, cæci illuminarentur, leprosi mundarentur: denique dæmones passim ab hominibus expellerentur. Cum ergo rediisset Ephesum Apostolus, rogabatur etiam vicinas illustrare prouincias, quo vel Ecclesias fundaret, in quibus non

*Hoc, Legenda & Perio-
dus falso Ro-
ma contigisse
scribunt.*

*Relegatio
Ioannis in
Pathmos.*

*Redditus in
Ephesum.*

erant locis: vel in quibus erant, Sacerdotes ac ministros institueret, secundum quod ei de vnoquoque spiritus sanctus indicasset. Cum igitur venisset ad quandam urbem aut longè positam omnibus Ecclesiasticis solenniter impletis, vidit iuuenem quendam validum corpore, & vultu elegantem, sed animo acrem nimis, respiciensque ad Episcopum, qui nuper fuerat ordinatus: Hunc (inquit) summo studio tibi commendo sub testimonio Christi, & totius Ecclesiæ. Tum ille suscipiens, omnem se adhibiturum, sicut præcipiebat, diligentiam pollicetur. Sed iterum atque iterum eadem sapius repetens, iuuenem commendabat attentius, & posthæc Ephesum rediit. Tum verò presbyter in domum suam adolescentem suscepit commendatum, & cum omni diligentia enutrit, amplectitur, fouet, ad vltimum etiam baptismi gratiam tradit. Posthæc iam velut confidens gratiæ, qua fuerat communitus, paulo indulgentius habere iuuenem cœpit. Sed ille vbi immatura libertate potitus est, continuo per æquæuos, quibus luxus & desidia cordi est, amare vitia, & corruptæ viæ incedere tramitem perdocetur. Et primo quidem conuiuorum illecebris decipitur, inde nocturnis cum furtis socium mali sibi participemque consciscunt: post hæc iam ad maiora flagitia pertrahunt. Cum interea sensim iuuenis

*Elegans histo-
ria de educa-
tione iuuen-
tutis bonæ.*

formabatur & instituebatur ad scelera, & qui esset acer ingenio, sicut equus effrenis & validus, duris moribus obfirmatis, recti itineris lineam derelinquens, rectore contempto, rapido cursu totus fertur in præceps. Ita succedentibus sibi malis, vt desperationem quoque à Domino præstitæ salutis acceperit, dedignatur iam de paruis sceleribus cogitare, grandia quæque molitur: & ex integro perditioni se tradens, nulli inferior esse in flagitiis cupit. Denique illos ipsos qui prius magistri criminum fuerant, discipulos facit: & latronum ex his turmam, quibus ipse dux & princeps violentus præfesset, instituit, & cum his omni crudelitate grassatur. Verùm tempore elapso, cum rei ita poposcisset utilitas, inuitatur iterum ad illam urbem Ioannes. Et cum cætera, quorum gratia venerat, ordinasset: Age (inquit) ô Episcopo, depositum repræsentam, quod tibi ego planè & Christus commendaui, Ecclesia teste, quam regis. At ille obstupuit, primùm pecuniam putans à se repositam, quam non acceperat. Sed rursus considerabat, nec posse fallere Ioannem, nec quod non dedit, quærere: hærebat igitur stupens.

Quem Ioannes hærentem videns: Iuuenem illum (inquit) repeto à te, & animam fratris.

Tunc grauiter suspirans senior, & in lacrymas resolutus: ille, ait mortuus est.

Quomodo (inquit) vel quali morte? Do-

mine (ait) mortuus est, quia pessimus & flagitiosus euasit, ad vltimum etiam latrocinium adgressus est: Et nunc ad eum montem quendam cum multa latronum manu occupat. Quibus auditis, Apostolus vestem continuo, qua erat indutus, scindit, & cum ingenti gemitu feriens caput suum: bonum te (inquit) custodem fratris animæ dereliqui. Sed iam nunc mihi equus paretur, & dux itineris. Et ita confestim ab ipsa Ecclesia ascendens, eo concitus properabat. Cùmque peruenisset ad locum, attinetur ab his latronibus, qui custodias obseruabant. Sed ille neque effugere, neque profus declinare vsquam nitens, ingenti tantum voce clamabat: Quia ad hoc ipsum veni. adducite mihi Principem vestrum. Qui cum veniret armatus, eminus agnito Ioanne Apostolo, pudore tactus, in fugam vertitur. Ille equo post eum admissio, confestim insequitur fugientem, etiam ætatis oblitus, simul & clamans: Quid fugis ô fili patrem tuum? quid fugis inermem senem miser? noli timere, habes adhuc spem vitæ. Ego Christo rationem reddam pro te. Equidem pro te mortem excipio libenter, sicut & Dominus excepit pro nobis, & pro tua anima dabo animam meam. Sta tantum, & crede mihi, quia Christus me misit. At ille audiens, restitit, ac vultum demisit in terram: post hoc arma proiecit, tremefactusque flebat amarissimè. Et accedentis ad se ad senis gēbus prouolutus, gemitibus

ac vultibus quibus poterat satisfecit, denique vberimus lachrymarū suarū fontibus iterum baptizatur, occultans solam dexteram suam. Apostolus verò iurifurandi sacramēto se ei à Salvatore impetraturum veniam pollicens, simulque genibus eis prouolurus, atque ipsam dextram, ex cuius cædis conscientia torquebatur, tanquam iam per pœnitentiam purgatam, deosculans, ad Ecclesiam reuocat, & indefinenter pro eo orationes profundens: & cum ipso pariter ducens crebra ieiunia, indulgentiam à Domino, quam ei pollicitus fuerat, expetebat. Sed & variis sermonum consolationibus, veluti quibusdam præcantationibus, efferos & exterritos eius animos mitigabat. Nec prius abstitit, quàm cum in omnibus emendatum, etiam Ecclesiæ præficeret loci illius: præbens per hoc magna exempla veræ pœnitentiæ, & documentum ingens nouæ regenerationis, atque insignia quædam. & trophæa visibilis in eo resurrectionis ostendens. Ita igitur cum plurimas vrbes ad-

S. Ioannis in Ephesum rediit.

uisset Sanctus Ioannes, prædicans verbum Dei, reuertitur Ephesum, quòd sibi finem vitæ adesse intelligeret. Apud Ephesum verò in tâta gratia hominum exinde Apostolus semper exiit, vt alius manus eius gauderet contingere, alius applicare eas oculis suis, & pectori admouere, si ita vsus exposceret. Plerique etiam tactu vestis exhilarati, quia terigerant amictum eius, sanabantur. Sed hæc Sancta gaudia & piam celebritatem

lebritatem aduersarius ingemiscens, immunem fraudis esse non passus, inturbare conatus est, vas sibi ad nocendum eligens gentilis hominis, qui Deum nesciret: causam verò arripiens, de pulchritudine fœminæ nobilis & Christianæ, Drusianæ nomine. adsciscēbat quoque idem inimicus noster ad facilitatem prolapsionis, adolescentis ætatem. Adolescenti nomen Callimacho erat. Is Drusianam cum vidisset, perditè adamare cœpit. Et quamuis Andronici nosset vxorem, etiam in adulterij crimen exastuabat. Frequens erat sermo, & certa opinio, quòd ea fœmina Apostolicis intenta sermonibus, propter Dei cultum viro non committeretur, clausa que in sepulchro, ne ita quidem victa in arbitrium cōcessisset mariti. Quin etiam mori elegerat, quàm consuetudinem repetere coniugij, cum præsertim maritus insisteret, dicens: Aut reddes te mihi vxorem qualem antè præbebas, aut morte persequare repugnantem. Sed nec mortis timore reuocata est, nec à contemplatione cœlesti vel donis vel vllis illecebris reuocari potuit. Verum hæc amore insanienti adolescens, quem diximus, tametsi sciret atque audiret, cum reuocaretur à plurimis, eo quòd nihil esset effecturus, contempsit, & confirmatam Dei verbo, suo furore tentandam putauit, quæ maritum proprium etiam ad obseruantiam prouocauerat castitatis, cōiugij copulam mentis tantummodo charitate seruans.

Hanc de Drusianam historiam Perionius vix attigit quidem, & nullo modo, ob quam causam sit excogitata, omisit.

Itaque cum compellasset sc̄eminam, nūcio spē que potiundi deiectus, mœstio rem indies cœpit ducere vitam. Drusiana quoque procaci interpellatione offensa, post biduum in febrem incidit, dolens quòd ad patriam reuertisset, & tantum ex eius forma nefas exortum esset. Vt nam (inquit) vel in patriam nunquam rediissem, vel ille verbo Dei instructus, in hunc se errorem non coniecisset. Ego igitur quia causa tanti vulneris infirmæ animæ sum, solui me ab hac vita cupio, Domine Iesu, vt euocata ancilla tua, quietius vitam miser proroget. Hæc præsentē Ioanne Apostolo Drusiana dicebat: sed quòd tenderet sermo, nec Apostolus, nec alij intelligebant. Tristis igitur ac mœsta, propter vulnus adolescentis illius, obiit diem. Mœstio rem quoque maritum fecit, quia cōturbatum vxor eius habuisset exitum, & mœrore affecta, animam optasset absolui. Flebat igitur Andronicus, ita vt reprehenderetur ab Apostolo, dicente: Ita ne fleueris, quasi ignores, quo illa concesserit. Nescis illam conuersionem esse meliorem, quæ in cœlo est, ad quam sancta & fidelis Drusiana transiuit, expectans spem resurrectionis à mortuis. Cui respondit Andronicus, se non diffidere quòd resurrectura sit Drusiana, nec mutare fidem: sed putare, qui purè huius vitæ confecerit cursum, ille saluetur. Sibi autem hoc dolori esse, quòd cognouerit latentē quandam mœrorem subiisse sorori suæ (ita Drusiana

nam appellabat) cuius causam cognoscere ex illa nunquam potuerat, nec humato iam corpore sciret. Et cū interrogasset Apostolus Andronicum secreto, quæ causa fuisset: residens paulisper præsentibus fratribus omnibus qui conuenerant alloquio dulci Apostoli frui cupientes, in hæc verba locutus est. Gubernator nautis & omnibus qui nauigant, & ipsi etiam nauis, cum eam in portu constituerit, ac fidei commiserit stationi, tunc valedicit. Sic agricola cum dederit terræ sēmen, & multo labore nouale exercuerit, diligentiam exhibuerit, detulerit custodiam, tunc requiem laboris accipit, cum in apothecis multiplicatam messē locauerit. Præterea, qui currit in stadio, tunc exultat, cum brauium acceperit. Qui athletarum moræ decertare parat, tunc gaudet, cum coronam acceperit. Omnes postremò, qui diuersis artibus student, & operibus incumbunt, in fine muneris vel operis Deum meritò laudant omnes, quòd destituti non sint, sed iustificati iuxta promissum Domini, quod sanctis suis dignatus est polliceri. Quod non conuenire arbitror, vt vnusquisque tunc fidem suam, quam exercet, probatam sciat, cum explens vitalis muneris cursum, purum reddat quod sibi creditum est. Multa sunt enim quæ fidem facillè singulorum frangant, & quasi turbationem quandam inferunt humanæ cogitationis solitudinai: filij, parentes, gloria, paupertas, adu-

Elegans & plena grauisissimi argumenti disputatio, de vita humana, &c. eius fine.

latio, iuuentus, pulchritudo, iactantia, cupiditas diuitiarum, prælatio, negligentia, inuidia, dissimulatio, iniuria, amor, tristitia, possessio serui, patrimonium, occasio, & alia huiusmodi impedimenta, quæ obsistere solent: sicut gubernatori currenti cursum proprium, ventus frequenter exortus occurrit, & properantem retardat, & tempestatem excitat & procellas. Agricola quoque adultam spem tristior habet euentus: ita etiam, priusquam vitæ huius aliquis exitum subeat, effectum prospicere debet, & qualem sit habiturus, addiscere: videlicet, vigilantemne ac sobrium, & cui nihil impedimenti possit adferri, an verò conturbatum & obligatum voluptatibus secularibus. Sicut enim laudat corporis decorem nemo, nisi cum omnia deposuerit indumenta: nemo ducem, nisi eum qui gloriose vniuersum bellum confecerit: nemo medicum, nisi eum qui curauerit ægritudines varias: ita nemo potest laudare vitam, nisi is qui plenum fidei animum, & templo Dei dignam carnem præstiterit: quæ non ipso cursu vana specie dissoluta corruerit, non obstupefacta & hebeta rebus humanis sit, neque inclinata ad temporalia, neque perpetuis caduca prætulit, & non manentibus manentia cõmutarit, neque honorauerit quæ honorificanda non sunt, neque denique amauerit plena opera contumeliis: & qui pignus satanæ non acceperit, aut intra pectus suum serpentem clau-

serit: qui non riserit non ridenda, vel opprobriū non erubuerit pro Christo. Est etiam qui verbo aliquid dicit, & opere negat. Non igitur lubricam carnem præstare vnusquisque suam debet, ne vas faciat immundiciæ: sed talē quæ non sordida exuratur libidine, non immunditia vincatur, non avaritia superetur, non cupiditati pecuniæ subiungatur, non ferocia corporis domeatur, non ira & indignatione prodatur, nō absorbeat tristitia, non ludicris quibusdam in hac vita actibus eneruetur, sed ea quæ fidē in Iesum Christum dominum nostrū adaugent & prouehunt, suscipiat, vt vitā recipiat æternā pulcherrimum præmiū pro illis quæ in hoc seculo despexerit. Hæc cum adhortationis gratia sanctus Apostolus differuisset grauius, vt fratrum animos prouocaret ad concupiscenda æterna, & cõtemnenda temporalia: is tamē de quo diximus adolescens, qui Drusianā adamabat, cecum pectore vulnus alens, suo indies magis magisq; cõsumebatur incēdio, quod nec mulieris potuit morte restingui. Nec mirum si nullā accipiebat Ioānis sermone medicinam, qui negligens audiēdi, nō remedium vulneri adhibere quærebat, sed scelus quotidie immane desiderabat augere. Itaq; accidit postea mortua Drusiana, atq; sepulchro illata, cum in mortuam adhuc Callimachus deperiret, Procuratorem Andronici precio corripit, vt sibi tumultū in quo Drusiana cõdita erat, teleraret, corporisque adamatæ copiam faceret.

Quod ubi procliuè tandem impetrauit, tentabat illicitum nefas corpori inferre defuncto. In quod non repentino quodam motu, sed furiosa quadam meditationis amentia latus: Et si uiua (inquit) coitus noluisti mecum subire cōfortium, mortuæ eam tibi tamen inrogabo iniuriam. Ita adhibito flagitij procuratore, adolescens furens cum sepulchrum fuisset ingressus, corpus primò inuolutū pannis extere cœpit. Subiecit procurator sceleris immanis: Quid profecisti infelix Drusiana, negādo uiua quod mortua sustinebis? Ita sermone pariter atque opere geminabatur scelus. Et cum iam sublatis propè omnibus exuuiis sepulturæ, solum genitalis partis superesset velamen, commixtionem illicitam molitur immani iuuenis libidine furens. Et ecce subito, incertum unde, ingens serpens occurrit, cuius vno saucius morfu, sed magis diro furentis terrore percussus, corruit iuuenis, ita vt veneni frigore subito omnis eius vis euauerit. supra quem statim serpens lapsus ascendens quiescebat. Sequenti verò die, qui erat tertius à die mortis Drusianæ, cum sanctus Ioannes, & vir mulieris Andronicus, marutinis horis ad tumultum conuenissent, vt sacra celebrarent, ecce clauēs non inueniebantur. Quocirca Ioannes: Rectè, inquit, clauēs sepulchri perierunt, quoniam Drusiana in sepulchro inter mortuos non est: Verùm ingrediamur, sponte fores aperientur. Non enim du-

bitare

bitare possum de Domini misericordia, quin & hoc conferat nobis, qui multa cōcessit. Cùm igitur appropinquassent sepulchro, subito præcepto Ioannis apertæ sunt fores: & iuxta sepulchrum Drusianæ vidimus speciosum adolescentem, adridentem. Quem videns Ioannes, cum clamore ait: Et hic nos præuenis Domine Iesu Christe: Quæ causa igitur venisti Domine? Et audiuius sono vocis exprimi: propter Drusianam, quam habes nunc resuscitare: & propter illum qui propior sepulchro eius exanimatus iacet: qui & honorificabunt propter me Deum. Et hæc cùm dixisset bonus ad Ioannem, in cœlum, videntibus Ioanne & cæteris, reuertebatur. Conuersus autem Ioannes, cùm vidisset duo iacentia prope sepulchrum corpora, quorum vnum Callimachi erat, qui princeps Ephesiorum erat, supra cuius corpus serpens cubabat immensus: alterum verò corpus erat fortunati, qui procurator fuerat Andronici: Intuens igitur vtriusque corpus, cogitabat secum ipse, & dicebat: Quid sibi vult hæc species, & quare mihi Dominus non demonstrauit quæ hic gerebantur, qui nunquam dignari solet? Verùm Andronicus cùm seminudum corpus Drusianæ vidisset, cum vno tantum velamine iacere in sepulchro, illos autem duos mortuos, ait ad Ioannem: Intelligo quid factum sit, ô Ioannes. Nam iste Callimachus iuuenis adamauerat Drusianam, dum viueret.

h

Nota horrē-
dum scelus.

Ex his appā-
ret Abdia
hanc historiā
scripsisse ex
relatōne ali-
cuius, qui re-
bus à sancto
Ioanne gestis
interfuerat.

& cum esset eius petitio refutata, nihilominus tamen mulierem non desinebat incessere. Verum frequētis repulsæ dolore commotus, procuratoris mei amicitiam ambiuit, ut eius opera ad vsus nefandos vteretur. Quin aiunt eum crebro viuentē Drusiana dixisse, si non posset concubitu eius potiri viuentis, iniuriam tamen defunctæ esse facturum. Et fortasse, Ioannes, propterea bonus iste velauit eius reliquias, ne scilicet corpus pateretur iniuriam. Et ideo arbitror istos morte mulctatos esse, quia immanes ausus flagitij tentauerunt. Puto etiam ideo hanc ad te factam esse vocem, resuscitandæ Drusianæ, quod cum mœrore & tristitia vitæ istius exitum immaturè clausisset, dolens quod iuuenem formæ suæ culpa affecisset. Quæ igitur causa, ut cum tria videamus corpora, de duobus tantum resuscitandis facta vox sit, de tertio autem siluerit: nisi quod reformari Drusianam Dominus voluerit, ex eo quod cum mœrore decesserat, ut diem suum cum tranquillitate componeret. Hic quoque iuuenis, quam causam veniæ habet, nisi quod videatur ipse, tanquam vnus de errantibus, esse deceptus. Tertius autem, puto quod indignus beneficio Domini nostri Iesu Christi existimetur. Accingere igitur Ioannes obsecro, & primo omnium Callimachum resuscitato, ut ipse nobis quæ gesta sunt, prodat. Accedens autem Ioannes, iuxta corpus defuncti iuuenis, dixit serpenti:

Discede ab eo, quia seruiturus est Domino nostro IESU Christo. Et statim recessit serpens. Quo factō, procumbens humi, precatus est Dominum in hæc verba: Deus, cuius gloria honoratur à nobis, qui omnem operationem inferiorem domas: Deus, cuius voluntas virtute tua consummatur, propter gloriam tuam, exaudi nos: & nunc consummetur in isto iuuenē gratia tua. Et si qua facta sunt per istum iuuenem, hæc nobis surgente eodem, demonstrato. Et statim iuuenis surgens, integram horam requieuit. Sed vbi ad vigorem sensus sui reuersus est, interrogatur à Ioanne, ut causam sui aperiret. Ita ingressus rem omnem explanauit, quemadmodum suprâ Andronicus intimaue- rat. Amorem sibi Drusianæ causam fuisse, ut nec à desiderio mortuæ temperarit. Qui interrogatus rursus à Ioanne, vtrum nunc temeritatis suæ circa reliquias plenas venerationis & gratiæ, aliquem habere potuisset effectum: Respondit: Quomodo aliquid poteram vel aude- re, vel facere, cum talis bestia repenti in me irruisset, quæ Fortunatum vulnere etiam perculit, qui incentium addiderat huius insanix, quæ videbatur iam posse quiescere. Mihi autem illud causa mortis fuit, quod cū animi quadam dementia, & planè infelici langore correptus, detraxissem defuncto corpori exuias, ac discedens paulisper, me iam ad impiū facinus præparabam, quo volebam cum defunctæ cor-

*Plena gratiæ
tatis oratio
apud Deum.*

poris reliquiis conuenire: Ecce vidi, quemadmodum speciosus iuuenis corpus Drusianæ sua veste velabat, à cuius facie scintillæ ignis resiliabant in rotum sepulchrum. Ex quibus vnà in me veniens, vocem dedit: Callimache morere, vt viuas. Quis fuerit homo iste, nescio. Sed quia te video hic Dei seruum, & nunc apparuisti mihi, cognosco & illū Angelum Dei fuisse, & noui quia verè à te Deus adnunciatur. Vnde rogo & deprecor, ne me in hac ærumna relinuas. Scio enim atque reminiscor quæ gesserim, & quàm indigna tentauerim. Et ipse animo mæreo. Vtinam viscera mea referare posses, & videre interiorem mei sensum doloris. Denique mæreo, quod nequaquam à tantis flagitiis tentauerim*. Sed huius mæroris à te expecto medicinam: qui vt es Dei omnipotentis prædicator, cuius est filius verus Dominus noster Iesus Christus, ita à te verbum eius cupio scire. Nec dubito, si manum porrigas, vt & vocis eius compleatur veritas, quæ dicebat. Oportere me mori vt viuerem. Mortuus sum autem ille insolens, sed resuscitatus sum mitis atque mansuetus, mortuus sum Gentilis, sed resuscitatus sum Christianus. Cognosco iam quidem veritatem, sed peto vt plenius mihi tuis magisteriis reueletur. Quibus verbis lætatus Apostolus: Et quid agam (inquit) Domine Iesu Christe, nescio. Obstupui in excessu meo, tantam tuam esse misericordiam: simul insolitam quendam

Nota admirandam historiam.

quendam patientiam tuam recognosco. Hæc cum dixisset, benedicens Dominum, apprehendit Callimachum, & osculatus est eum, dicens: Benedictus Dominus Deus, & filius eius Iesus Christus, qui tui misertus est, & à furore atque dementia mortis specie liberauit, qui illa tua refrigerauit incendia, qui occasionem culpæ ademit, qui vesanæ libidinis tentamina succidit, qui iam mortuum peccato rursus reddidit vitæ, vt in Domini nostri Iesu Christi fide gratiæque requiescas. Vides quanta multitudo ad ministerium nostrum, & ad salutem tuam venerit. Andronicus autem vbi vidit Callimachum resuscitatum, viscera matitanti resolutus affectu, rogare cœpit Apostolum, vt Drusianam quoque resoluta morte reuocaret, dicens: Oportere eam resurgere, vt tristitiam exuat, cui iam mortua videbatur, mærorem quo possit absolueri: eo quod doluit occasione formæ suæ iuuenem esse deceptum. Rogat ergo vt & ipsam resuscitaret, & quando vellet Dominus, iterum auocaret eam. Motus itaque Ioannes, & petitione viri, & modestia Drusianæ, accedens ad sepulchrum, & manum eius tenens, cum Dominum esset deprecatus: Drusiana (inquit) surge in nomine Iesu Christi Domini nostri, surge in gloria eius. Quæ surgens ascendit de tumulo. Et cum vidisset se nudam, in illo tenui tantum velamine causam quæsiuit. Quam vbi ab Apostolo cognouit, honorificauit Dominum, ac se

induit. Deinde respiciens Fortunati corpus iacere, ait ad Ioannem : Pater , & hic resurgat, quæso , quamuis funeris mei se præbuerit proditorem. Quod vbi audiuit Callimachus rogare cœpit, ne hominem improbum resuscitare vellet , cuius incentiuo præcipitatus sit in furorem, quòd hunc etiam quam audierat gratia nõ cõuigerit, eò quòd de se tantum & Drusiana resuscitaerit venerabilis illius vocis oraculum: Dignum (inquit) morte iudicauit , quem dignum resurrectione non prodidit. Cui respondit Ioannes: Non didicimus filij, malum pro malo reddere. Nam & nos peccatores sumus, qui graua commisimus, & per Dominum nostrum Iesum Christum consecuti sumus misericordiam, qui non putauit mala pro malis esse reddenda, sed pœnitentia & conuersione sepelienda delicta. Sed si mihi non permittis vt Fortunatus resurgat, Drusianæ hoc munus atque opus erit. Quæ repleta spiritu Sancto, accedens ad corpus Fortunati, ait : Domine omnipotens, qui concessisti vt hæc tam miranda opera tua cernerem, qui me consortem nominis huius esse voluisti: qui denique contulisti mihi, vt non solum te ipsa cognoscerem, sed etiam maritum consortio quodam germanitatis agnoscerem: qui mortem elegisti meam, vt separata paulisper à corpore, magis essem tua : qui iuuenem istum obire iussisti, vt in eo culpa moreretur, vita repararetur : Et nunc igitur Domine, ne despicias

preces famulæ tuæ : iube Fortunatum resurgere, etsi proditor meus esse tentauerit. Et apprehendens manum eius, inquit : Surge Fortunate in nomine Iesu Christi, Domini & Dei nostri. Qui cùm surrexisset, & vidisset Drusianam resuscitatam. Callimachum Domino credidisse, ingratus salutis suæ, ait: Mori sibi melius fuisse quàm resuscitari, ne videret quod etiam ad illos virtutis gratia peruenisset. Quem aspiciens Ioannes, ait : Hoc est, quod Dominus in Evangelio locutus est, quia arbor mala malos fructus facit. Malæ enim radicis succus inoleuit, & ideo non potest bonus fructus succo degenerante concrefcere. Nihil hic communis natura deliquit, sed radicis totum est vitium. Eadem omnes arbores fecunditate, & quasi quodam gremio parëtis ac sinu fouet terra mater, ac prouehit: eiusdem quoque aëris temperie ager omnis vititur. Dominus quoque omnipotens pari vsu omnia imbre perfundit, & eodem sole tepescit secreta terrarum & ligna sylvarum: sed diuersus est fructus, variusque prouentus arborum singularū. Alia sterilis est, alia fecunda. Atqui in illa sterili, radix vitij causa est, quæ terrenæ vbertatis & cœlestium beneficiorum gratiam sentire non potuit. Similiter autem omnes homines Deus noster ad imaginem suam fecit, hoc est, ad illam diuinam gratiã prouocauit, vt misericordiam, virtutem, pietatem atque iustitiã, & cætera quæ in Deo laudamus,

& nos imitari debemus: suum oriri iussit solem, & omnibus Dominus noster Iesus Christus aduenit, omnibus crucifixus est, omnibus surrexit. Sed hoc tantum munus ac donum Dei patris, qui pro nobis tradidit filium suum, itémq; Domini nostri Iesu Christi, qui se pro nostra redemptione obrulit, pauci vsque ad finem vendicant. Alij fastidiunt, & oblatã salutem recusant, dum nolunt credere auctorem salutis. Plerique etiam, dum inuident gratiã diuinã, quã operatur in nobis, se hoc cœlesti fructu abdicant: vt iste miser inuidia deceptus, nec redditã sibi vitã munere gratulatur. habet igitur carbones suos, habet & fructum malæ arboris, quem accendat ignis, & suis se consumit incendiis. Separetur radix huiusmodi à fidelium conuersatione, & ab omni opere timentium Deum, ab omni deuotorũ munere, à congregatione Sanctorum, & à communionem Sacramentorũ. Non habeat communionem cum viuente Drusiana, cuius & mortem iniuria dignam putauit, & vitam inuidia ferre non potuit. Nos autem communionem quam deferebamus mortuã, viuenti impertiamus. Ita gratiarum Domino nostro Iesu Christo actione celebrata, domum Andronici Apostolus repetiuit: vbi suggerente sibi spiritu, fratribus ostendit, Fortunatum vulneratum denuo à serpente esse. Iussitq; cito aliquem dirigi, qui nunciaret fidem veri. Vnum igitur ex iuuenibus destinatum, qui regressus vidit

eum iam frigidum, & per corpus eius venena serpentina. Sed vbi nunciatum esset Ioãni, quòd intra tres moriturus esset horas, ait: Habes filium tuum diabole. Et illam diem cum fratribus lætum exegit. Altera verò die Craton Philosophus in foro proposuerat de contemptu diuitiarum exempla se editurum. Erat autem spectaculum huiusmodi. Duos iuuenes persuaserat, ditissimos ciuitatis fratres, vt distracto patrimonio, gemmas emerent singulas, quas in conspectu plebis publicè fregerunt. Quod dum facerent illi, contigit vt transiret fortè Apostolus. Qui vocans ad se Cratonem Philosophum, ait: Stultus est iste mundi contemptus, qui hominum ore laudatur, diuino, iam pridem iudicio condemnatus. Sicut enim vana medicina est, ex qua non abscinditur morbus: ita vana doctrina est, ex qua non vitia curantur animarum & morum. Atqui magister meus iuuenem cupientem ad vitam æternam peruenire, his verbis instruxit, quibus diceret: Vt, si vellet perfectus esse, venderet omnia sua, & daret pauperibus: quo facto, thesaurum in cœlis acquireret, & vitam quã finem non habet, inueniret. Ad quem Craton: Humanã, inquit, cupiditatis fructus in medio hominum positus, contractus est. Sed si verè Deus est magister tuus, & vult hoc fieri, vt pauperibus erogetur census precij harum gemmarum, fac reintegrari species, vt quod ego feci ad famam

hominum, tu facias ad gloriã eius, quem tuum magistrum esse cõmemoras. Tunc beatus Ioannes colligens fragmenta gemmarum, illãque manu retinens, eleuauit oculos ad cœlum, & dixit: Domine Iesu Christe, cui nihil impossibile est, qui fractum mundum per lignum concupiscentiã, rursus per lignum crucis tuã, in tuis fidelibus restaurasti: qui nato cæco oculos, quos natura negauerat, reddidisti: qui mortuum Lazarum, & sepultum, post quartum diẽ ad superos reuocasti, & omnes morbos, omnesque ægrimonias, virtutis tuã verbo subiecisti: adesto nunc super istos lapides preciosos, quos ignorantes fructus eleemosynã ad plausus hominum confregerunt: tu Domine, per manus angelorum tuorum modò recupera, vt precio eorum misericordiã vsus expletus, faciat credentes tibi ingenito patri per vnigenitum filium tuum Dominum nostrum Iesum Christum, cum sancto spiritu illuminatore & sanctificatore totius Ecclesiã, in sæcula sæculorum. Cũque respondissent fideles, qui cum Apostolo erãt, & dixissent, Amen: ita mox sunt solidata fragmenta gemmarum, vt nec signum aliquod in his quòd fractã fuissent, remaneret. Quã Craton Philosophus cum suis discipulis cernens, pedibus Apostoli aduolutus, credidit exinde, & baptizatus est cum omnibus, cœpitque & ipse fidẽ Domini nostri Iesu Christi publicè prædicare. Itaque duo fratres illi,

quos diximus, venundantes gemmas, quas vendito patrimonio suo emerant, pauperibus tradiderunt: & cœpit de reliquo infinita turba credentium adhærere Apostolo. Quã cùm fierent, accidit vt eodem exemplo duo honorati ciuitatis Ephesiorum, omnia sua venderent, & egentibus distribuerent, sequentes Apostolum per ciuitatem euntem, & verbum Domini prædicantem. Hi cum Pergamum urbem ingrederentur, viderunt seruos suos sericis indutos vestibus, in publicum procedentes, & in gloria sæculari fulgentes. Vnde factum est, vt sagitta diaboli percussis, tristes efficerentur: quod se in vno pallio viderent egentes, suos verò seruos potentes atque fulgentes. Sed hos dolos diaboli intelligens Apostolus Christi, ait: Video vos & animos mutasse, & vultus, propter hoc quod doctrinam Domini mei IESU Christi secuti, omnia quã habere potuistis; pauperibus contulistis. Vnde si vultis recuperare omnia, quã in auro, argento & lapidibus preciosis quondam habebatis, deferte mihi virgas rectas, in singulis fascibus. Quod cum fecissent, inuocato nomine Domini Iesu Christi, conuersã sunt in aurum. Et dixit ad eos Apostolus: Adferre mihi lapides minutos à littore maris. Quod cum & ipsum fecissent, inuocata maiestate domini, cõuersi sunt in gemmas lapilli omnes. Et conuersus ad viros istos beatus Ioannes: Circuite (inquit) aurifices &

gemmarios per dies septem, & cum probaueritis aurum verum & veras gemmas esse, nunciate mihi. Euntes autem ambo, post septem dies reuersi sunt ad Apostolum, dicentes: Domine, omnium aurificū officinas circuiuimus, qui omnes dixerunt, tam purum aurum se nunquam vidisse. Sed & gemmarij eadem dixerunt, tam optimos lapides & preciosos se nunquam vidisse. Tunc dicit eis Sanctus Ioannes: Ite, & redimite vobis terras quas vendidistis, quia cœlorum prædia perdidistis. Emitte vobis sericas vestes, vt pro tempore fulgeatis sicut rosa, quæ odorem & ruborem ostendens, repente marcescit. Suspirastis enim in vestrorum aspectu, & vos effectos pauperes genuistis: Estote ergo floridi, vt marcescatis: estote diuites temporaliter, vt in perpetuo medicetis. Nunquid non valet manus Domini, vt faciat diuitias affluentes, & incomparabiliter splendentes? sed certamen statuit animorum, vt credant se æternas habituros diuitias, qui pro eius nomine temporales opes habere noluerunt. Denique narrauit nobis magister noster de quodam diuite, qui epulabatur quotidie, & fulgebat in auro & purpura. Ad cuius fores iacebat mendicās Lazarus, qui cupiebat vel micas quæ de mensa eius cadebant, accipere: & nemo illi dabat. Cōrigit autem, vt vna die ambo deficerent, & ille mendicus duceretur in requiem quæ est in sinu Abrahamæ, diues autem mitteretur in flammam incendij.

Elegans & plena grauitatis S. Ioannis disputatio contra diuitias.

dij. Vnde eleuans oculos, vidit Lazarum, & rogat vt intingat digitum in aquam, & refrigeraret os suum, quo cruciaretur in flammis. Cui respondēs Abraham, dixit: Memento filij, quia recepisti bona in vita tua: Lazarus autem hic similiter mala. Quare meritò iste nunc consolatur, cum tu torqueris. Et in omnibus hæc magnū inter vos & nos firmatū est, vt neque inde huc, neque hinc illuc transire possint. At ille respondit: Sunt mihi quinque fratres, obsecro vt surgat aliquis, qui moneat eos, ne veniant in hanc flammam. Cui Abraham ait: Habent Moysem & Prophetas, audiant eos. Ad hæc ille respondit: Domine, nisi resurrexerit aliquis, non credunt. Cui dixit Abraham: Si moysi & Prophetis nō credunt, neque si aliquis resurrexerit, fidem habebunt. Hos autē sermones suos Dominus & Magister noster, virtutū firmabat exemplis. Nam cū dicerent ei, Quis inde huc venit vt credamus ei? Respondit ille: Deferte huc mortuos quos habetis. Cūmq; adportassent corā illo adolescentem mortuum, veluti dormiens excitatus est ab eo, & dabat fidem cunctis sermonibus suis. Sed vt quid ego de domino meo referā, cum in presenti sint, quos in eius nomine & vobis presentibus atque aspicientibus à mortuis excitauimus? In cuius nomine & paralyticos curatos vidistis, leprosos mundatos, & cæcos illuminatos, & multos denique à dæmonibus liberatos. Sed has virtutum opes habere non possunt, qui voluerint

diuitias habere terrenas. Deniq; vos ipsi quando ad infirmos intrastis, inuocato nomine Iesu Christi, saluati sunt illi. Fugastis dæmonia & cæcis lumina reddidistis. Ecce ablata est hæc gratia à vobis, & facti estis miseri, qui eratis fortes & magni. Et cum tantus esset timor in dæmoniis, vt insu vestro obsessos homines dereliquerent: modò vos timebitis dæmonia. Amator enim pecuniæ seruus est Mammonæ. Mammona autem dæmonis nomen est, qui lucris carnalibus præest, & dominator eorum qui diligunt mundum. Ipsi autem amatores mundi non possident diuitias, sed ipsi à diuitiis possidètur. Absurdū enim est, cū sit vnus venter, cui tot cibi reponantur, qui mille ventribus satisfacerent: & vni corpori tot vestes, quæ mille hominum corporibus præbere indumēta valeant. Sic frustra, quod in vsum nō venit, custoditur: & cui custodiatur, omnino nescitur, dicente sancto Spiritu per Prophetam: Vanè cōturbatur omnis homo, qui thesaurizat, & ignorat cui cōgreget ea. Nudos nos fuderunt in lucē partus mulierū, egenes cibi & poculi: nudos nos recipiet terra, quos edidit. In communi possidemus cæli diuitias, splendor solis diuiti & pauperi equalis est, similiter lunæ lumen & siderū. Aëris quoque tēperies, & pluuiarū guttæ: & Ecclesię ianua, & fons sanctificationis, & remissio peccatorū, & participatio altaris, & esca corporis, & potus sanguinis Christi, & chrisimatis vnctio, & gratia largi-

toris, & visitatio Domini, & indulgētia peccati: hæc omnia absque personæ acceptione, æqualis est dispensatio conditoris. Neque aliter diues, aliter pauper his donis vtitur. Sed miser & infœlix homo, qui vult plus aliquid habere quā sufficit. Nascuntur enim hinc calores febrium, rigores frigorum, dolores varij in cunctis corporum membris. Et neque esca cibari potest, neque poculo satiari, vt cognoscat auiditas non sibi pecunias profuturas: quæ repositæ, custodibus suis solitudinem diurnam, nocturnamq; incutiunt, & nec vnus horæ spatio quietos aut securos esse patiuntur. Nam dum custodiūtur, fures insidiantur: dum possessio colitur, dū aratris intendunt, dum soluunt fiscalia, dum ædificant promptuaria, dum lucris student, dum potentiorū impetus mitigare nitūtur, dum minus potentes nudare cōtendunt, dū iras suas quibus possunt, inferūt, & illatas in se tolerare vix possunt, dum blandimēta carnis assentiūtur, dum ludere tabulis & spectaculis non perhorrescunt, dū polluere & pollui non metuūt, subitò exeūt de isto sæculo, nudi, sola secū peccata portātes, pro quibus sunt pœnas passuri perpetuas. Hæc dicēte sancto Ioāne Apostolo, ecce efferebatur iuuenis à matre vidua, qui triginta diebus elapsis vxorē primum duxerat. Veniētes autē turbæ quæ exequiis officia faciebāt, simul cum matre vidua, coniecerūt se ad pedes Apostoli, eundem omnes pariter mugitū fletūmq; ac gemitū

Finis gratissima orationis B. Ioannis contra diuitias.

emittentes. Rogabant enim, vt in nomine Dei sui, sicut Drusianam, ita & hunc iuuenem mortuum resuscitaret. Tantus autem omnium tum extitit fletus, vt etiam ipse Apostolus vix à fletu & lacrymis temperaret. Itaque prosternēs se in orationem, diutissimè fleuit. Et exurgēs ab oratione, expandit manus suas ad cælum intra se diutissimè orationi intentus. Hoc cum fecisset & tertio, iubet solui inuolutum corpus, & ait: O iuuenis Syrice, qui amore carnis tuæ ductus citò animam amisisti: ò iuuenis, qui nesciisti creatorem tuum, qui Saluatorem hominū non cognouisti, amicum verò, & idcirco in insidias hostis pessimi incurristi: ecce pro ignorat̃a tua lacrymas Domino meo simul & preces effudi, vt exurgens à mortuis, lethi vinculo resolutus, istis duobus Attico & Eugenio annūcies, quantam gloriam amiserint, & quantam incurrerint pœnā. Tunc exurgens *Stracteus adorauit Apostolū, & cœpit increpare discipulos eius, dicens: Vidi angelos vestros flētes, & satanæ angelos in vestra deiectione gratulantes. Iam enim regnū paratum vobis, & ex corruptantibus gēnis zetas instructas, plenas gaudij, plenas epulis, plenas deliciis, plenas denique vitæ perpetuæ, & lumine aeterno, paruo tēpore amisistis: & acquisiistis vobis loca tenebrarum, plena draconibus, plena stridentibus flammis, plena cruciatibus, & incomparabilibus pœnis, plena doloribus, plena angustiis, plena timore & tremore

horrifi-

horrifico. Amisistis loca floribus immarcescibilibus plena, fulgētia, plena vocibus organorum: & acquisiistis econtrā vobis loca, in quibus diu noctūq; nō cessat mugitus, & ululatus & luctus. Nam nihil aliud vobis superest, nisi rogetis Apostolū domini, vt sicut me resuscitauit ad vitam, ita vos quoque resuscitet ab interitu ad salutem, & animas vestras quæ iam de libro vitæ deletę sunt, iterū reducat. Quibus dictis, & ipse qui recens suscitatus fuerat, & omnis populus vnā cum Attico & Eugenio, prosternebat se pedibus Apostoli, & exorabāt vt intercederet pro his ad Dominū. Quibus sanctus Apostolus hoc dedit in responsis: vt per triginta dies Deo pœnitentiam offerrent, in quo spacio maximè precarentur, vt virgæ aureæ ad suam naturam redirent, similiter & lapides ad vilitatem, qua nati fuerant, remearent. Factum est autem vt triginta dierum transacto spacio, cum virgæ mutarentur, & petræ, venientes Atticus & Eugenius, dixerūt Apostolo: Semper misericordiā docuisti, semper indulgentiam prædicasti, & præcepisti, vt homo homini indulgeret. Et si hominem homini indulgere vult Deus, quanto magis ipsi, cum Deus homini & indulget & parcit, in quē peccatum nostrum contulimus, & quod oculis concupiscentibus in mundo deliquimus, oculis stentibus pœnitemus. Oramus nūc igitur te domine, oramus Apostole Dei, vt indulgentiam quam semper promisisti verbis, factis tandem

*Pœnitentiā
vis et instā
ratio in pri-
mitiua eccle-
sia cuiusmodi*

*Iam nomina
duorum recen-
set, qui diti-
tiarum cupi-
di, facti sunt
apostatæ.*

*Descriptio
infern.*

ostendas. Tunc sanctus Ioannes flēribus & pœnitentibus, vniuersis etiã pro his interuenientibus, dixit: dominus Deus noster his sermonibus vsus est, dū de peccatoribus ageretur, vt diceret, Nolo mortē peccatoris, sed volo potius vt conuertatur, & viuat. Nam dum nos doceret de pœnitentibus dominus Iesus Christus, ait: Amē dico vobis, quia magnū gaudium est in cœlo super vnum peccatorem pœnitentem, & conuertentem se à peccatis suis: & amplior laticia super illo est, quàm super nonaginta nouem, qui non peccauerunt. Vnde vos volo scire, quia Dominus accepit pœnitētiam horum. Conuersusque ad Atticum & Eugenium, dixit: Euntes reportate virgas ad sylviam, vnde eas assumpsistis, quoniam ad suam iam sunt naturam reuersæ: & lapides, quoniam petre effectę sunt, vt antē fuerant. Quod cum fuisset impletum, receperunt gratiam, quam amiserant: ita vt iam iterum fugarent dēmones sicut prius, & infirmos curarent, & cæcos illuminarent, multasq; indies per eos virtutes dominus faceret. Dum hæc fierent apud Ephesum, & omnes indies magis magisq; Asiæ prouinciæ Ioannem & excolerent & prædicarent, accidit vt cultores idolorum excitarēt seditionem. Vnde factum est, vt Ioannem traherent, ad templum Dianæ, & vrgerent cum, vt ei fœditatem sacrificiorum offerret. Inter hæc beatus Ioannes inquit: Ducamus omnes eos ad Ecclesiã domini nostri Iesu Christi, & cū inuo-

caueritis nomen eius, faciam cadere templum hoc, & comminui idolum hoc vestrum. Quod vbi factum fuerit, iustum nobis videri debet, vt relicta superstitione eius rei, quæ à Deo meo victa est, & confracta, ad idipsum conuertamini. Ad hanc vocē conticuit populus: & licet essent pauci qui contradicerent huic definitioni, pars tamen maxima consensum attribuit. Tunc beatus Ioannes blandis alloquiis exhortabatur populum, vt à templo longē se facerent. Cūque vniuersi exteriore parte foras exissent, voce clara clamauit: vt sciat hæc omnis turba, quia idolum hoc Dianæ vestræ dæmonium est, & non Deus, corruat cum omnibus manufactis idolis quæ coluntur in eo: ita tamen, vt nullam in hominibus lētionē faciat. Continuò ad hanc vocē Apostoli, omnia simul cum tēplo suo idola ita corruerunt, vt efficerentur, sicut puluis, quem projecit ventus à facie terræ. Itaq; cōuersi sunt eadem die duodecim milia Gentilium, exceptis paruulis & mulieribus, & baptizati sunt à beato Ioāne, & virtute cōsecrati. Quæ cum animaduerteteret Aristodemus, qui erat pōtifex omnium illorum idolorum, repletus spiritu nequissimo, excitauit seditionē in populo, vt populus contra populum pararetur ad bellum. Ad quē conuersus Ioannes: Dic mihi Aristodeme (inquit) quid faciam vt tollam indignationem de animo tuo? Cui Aristodemus: Si vis, vt credā Deo tuo, dabo tibi venenum bibere. Quod cum biberis,

& non fueris mortuus, apparet verum esse Deū tuum. Respondit Apostolus: Venenū si dederis mihi bibere, inuocato nomine Domini mei, non cere non poterit. Cui rursus Aristodemus: Volo vt prius videas bibentes, & statim morientes, vt vel sic possit cor tuū ab hoc poculo abhorrere. Ad quem beatus Ioannes: iam antea dixi tibi, quia paratus sum bibere, vt credas in Dominū Iesum Christū, cum me videris post veneni poculum sanum. Perrexit itaque Aristodemus ad Proconsulem, & petiit ab eo duos viros, de quibus debebat vltimum supplicium sumi. Quos cum statuisset in medio foro corā omni populo, aspiciente Apostolo, fecit eos bibere venenum: qui mox vt biberunt, spiritum exhalauerunt. Tunc cōuersus ad Ioannem Aristodemus: Audi me (inquit) & recede ab hac doctrina tua, qua à deorū cultura reuocas populum: aut accipe & bibe, vt ostendas omnipotentē esse Deum tuum, si posteaquam biberis, poteris incolumis permanere. Tunc beatus Ioannes, iacentibus mortuis his qui venenū biberant, vt intrepidus & constans accepit calicem, & signaculum crucis faciens, ita locutus est: Deus meus, & pater Domini nostri Iesu Christi, cuius verbo cœli firmati sunt, cui omnia subiecta sunt, cui omnis creatura deferuit, & omnis potestas subiecta est, quem & meruit & expauescit. Itaque nos te ad auxilium inuocamus, cuius audito nomine serpens conuiescit, draco fugit, filet vipera, &

Causa pictura, quod S. Ioānes cum calice exprimitur.

rubeta illa quæ dicitur rana inquieta torpescit, scorpius extinguitur, regulus vincitur, & phalangius nihil noxium operatur: denique omnia venenata, & adhuc ferociora repentia & noxia animalia terebrantur. Tu, inquam ille, extingue hoc venenosum virus, extingue operationes eius mortiferas, & vires quas in te habet euacua: & da in cōspectu tuo omnibus his quos tu creasti, oculos vt videant, aures vt audiant, & cor vt magnitudinem tuam intelligant. Et cum hæc dixisset, os suum, & totum semetipsum armavit signo crucis, & bibit totum quod erat in calice. Et posteaquā bibit, dixit: Peto, vt propter quos bibi, conuertantur ad te Domine, & salutē quæ apud te est, te illuminante mereantur. Attendente autem populo, Ioannem per tres horas vultum habere hilarem, & nulla penitus in eo esse signa palloris, aut trepidationis, clamare voce magna cœpit: Vnus Deus verus est, quem colit Ioannes. Aristodemus tamen ne sic quidē credebatur, populo obiurgante hunc. Ille autem conuersus ad Ioannem, dixit: Deest mihi adhuc vnum, quod si istos qui hoc mortui veneno sunt, in nomine Dei tui excitaueris, emundabitur ab omni dubio mens mea. Quæ cum dixisset, plebs insurgebat in Aristodemum, dicens: Incendemus te & domum tuam, si pergas vltorius Apostolum sermonibus tuis fatigare. Videns itaque Ioannes acerrimè seditionem fieri, petiit silentiū, & omnibus audientibus ait: Pri-

ma est, quã de virtutibus diuinis imitari debemus patientia, per quam ferre possumus incredulorum insipientiam. Vnde si adhuc Aristodemus ab infidelitate tenetur, soluamus nodos infidelitatis eius. Cogetur, quantũuis serò, agnoscere creatorẽ suum. non enim cessabo ab hoc opere, donec medela eius possit vulneribus optulari. Et sicut medici, habẽtes inter manus ægrum medela indigentẽ: ita etiam nos, si adhuc curatus non est Aristodemus his quę facta modò sunt, curabitur illis quę iam faciã. Et conuocans ad se Aristodemum, dedit ei tunicã suam, ipse verò pallio amictus cœpit stare. Cui ait Aristodemus: Vt quid tunicam mihi tuã dedisti? Ad quem Ioãnes: Vt vel sic confusus, à tua infidelitate recedas. Et Aristodemus: Et quomodo (ait) me tunica tua faciet ab infidelitate recedere? Cui respondit Apostolus: Vade, & mitte eam super corpora defunctorum, & dices ita: Apostolus Domini nostri Iesu Christi misit me, vt in eius nomine exurgatis, vt cognoscãt omnes, quia vita & mors famulãtur Domino meo Iesu Christo. Quod cum fecisset Aristodemus, & vidisset eos exurgere, adorans Ioannem, festinus perrexit ad Proconsulem, & cœpit clara voce dicere: Audi me, audi me Proconsul: meminisse te puto, quòd contra Ioannem frequenter iram tuã excitauerim, & multa quotidie contra eum sim molitus: vnde vereor, ne iram eius experiar. Deus enim sub specie hominis latens, vene-

num bibens, non solum incolumis perseuerat, sed etiã eos qui veneno mortui fuerant, per manus meas, tunicã eius attractu, ipse ille reuocauit vt viuant, nulla secum signa mortis habentes. Quæ audiens Proconsul: Et quid vis vt faciam, inquit? Respòdit Aristodemus: Eamus & aduoluti eius genibus, veniam postulemus, & quicquid nobis ille iusserit, faciamus. Tunc venientes simul prostrauerunt se, indulgentiam flagitantes. Quos ille suscipiẽs, orationem cum gratiarum actione obtulit Deo, præcepitque eis vnius hebdomadæ ieiunium: quo expleto, baptizauit eos in nomine domini nostri Iesu Christi, patrisque eius omnipotẽtis, & illuminatoris Spiritus sancti. Qui cum baptizati fuissent cū vniuersis domibus & familiis suis, affinitatibusque fregerunt omnia simulachra, & fabricauerunt balylicã in nomine sancti Ioãnis: qua ipse Ioannes Apostolus assumptus est hoc ordine. Cũ esset annorũ nonaginta septẽ, apparuit ei Dominus Iesus Christus, cum discipulis suis, & dixit ei: Veni ad me, quia tẽpus est, vt epuleris in conuiuio meo cū fratribus tuis. Itaque cū surrexisset apostolus, addidit idẽ dominus: Dominica resurrectionis meæ die, quæ post quinque dies futura est, ita venies ad me. & cū hæc dixisset, cœlo receptus est. Interea illuscendent ecclesiam, conuenit vniuersa multitudo ad Ecclesiam, quæ in eius nomine erat extructa. Ibi à plurimo pullo-
rũ cantu, cū egissent mysteria Dei, horã circiter

Causa et origo, cur tẽpla sanctis Dei dedicentur.

diei tertiam, omnem populum in hæc verba allocutus est : Conserui & cohæredes & participes regni Dei, vidistis quæ Dominus Iesus per manus nostras opera facere dignatus sit. Nos quidem ministri fuimus voluntatis illius: ille verò author operum, quæ à nobis fieri videbantur, extitit, illòque iubente omnia fiebãt. Quare illa signa, dona, requiem, ministerium, gloriam, fidem, cõmunionem, munera, gratiam, quamdiu donauit ille, accepimus : quãdiu concessit, diuisimus. In illo conuersati sumus, in illo exultauimus, in illo viximus. Sed nunc ad aliud is me opus vocat, quod consummari debet in Domino. Dissolui iam delectat, & esse cum Christo : vt hoc quod olim desiderauimus, tribuere is tandem dignetur. Quid igitur iam vobis pro exangyfi relinquam? Sed habetis eius pignora, habetis depositum mansuetudinis eius atque pietatis. In vobis conuerferetur illud, in vobis castè viuentibus delectetur. In vobis preterea epuletur patrium cibum, vt faciatis voluntatem Patris qui in cælo est. Denique in vobis coronetur ea laurea, quam ipse composuit his floribus, quos ipse proprio cruore vestiuit. Tu autem Domine Iesu, Ecclesiam tuam quam ædificasti tibi, misericordia tua benignè protege. Tu enim Domine solus misericors es, solus pius, solus Saluator & iustus : qui radix es immortalitatis, & fons incorruptionis, consortium nobis huius cõmunionis sancti-

*Nota plena
energia ora-
tionem S. Io-
ann. s.*

*Græca vox
est ἐξαρρύνη-
σις id est, va-
dimonium, pi-
gnus.*

fica. Et adiecit : Deus, qui solus es Saluator, qui hanc plebem per gloriosam filij tui passionem acquirere dignatus es in libertatem, & comanentem in tuis præceptis, & abundantem in tuis bonis operibus, semper quæso, Domine, custodire digneris. Exaudi supplices serui tui preces, & dirige hanc plebem tuam, tibi dicatam, legibúsque tuis seruientem, & quam adoptiuum tibi populum elegisti, insuper & filios vocare dignatus es. Dirige inquam, in præceptis tuis diebus ac noctibus gradientem, per benedictum vnigenitum filium tuum, qui nos elegit esse discipulos, & ouium tuarum pastores esse constituit, qui tecum pater viuít, dominatur, & regnat, cum sancto Spiritu, in sæcula sæculorum. Et cum compleuisset orationem, petiit sibi dari panem : & respiciens ad cælum, benedixit eum, & fractum erogauit omnibus, dicens : Pars mea sit vobiscum, & vestra mecum. Continuòque ad Byrrum ait (hoc nomen viro erat) vt assumptis duobus fratribus, cum duobus cophinis & ferramentis, sequeretur se. Egressus igitur summa cum animi tranquillitate, præcepit vt plerique discederent. Et cum venisset ad sepulchrum quoddam, vnus de fratribus ait adiuuenes quos Byrrus deduxerat : Fodite filioli. & illi fodiebant. Urgebat vero eos Apostolus, vt altius foderent. Et cum illi præcepto obedirent, hortabatur cæteros fratres, vt sequerentur Dominum, & singulorum

*Vides mysterium
rium Trinitatis.*

*Hæc est vera
collecta.*

Ex his apparet, historiam primo fuisse descriptam ab aliquo, qui rebus omnibus, & morti sancti Ioannis interfuerat.

Ioannes virgo obiit.

In hac oratione S. Ioannis, totius vita eius cuius relegendur.

affectus ædificabat Dei verbo, ne videretur ipse, dum iuuenes foderent, feriari. Vbi autem, sicut voluit, facta est fouea, nihil quoquam nostrum sciente, exiit vestem, & strauit eam in illa fouea, & stans sola linea veste tectus, extédensque manus Deum inuocabat, dicens: Deus pater omnipotens, & tu Domine Iesu, qui seruum tuum speciali amore fouisti, qui adnunciatus es à Patriarchis, nominatus es per legem, redarguere & monere dignatus es per Prophetas: qui per Euangelium miseratus es, & peccata donasti: qui per Apostolos prouocasti, vt ad congregandum tuos populos cõuenirent, quos sitientes verbi tui fonte potasti, mitigasti asperos, & animi defectum replesti Spiritus tui gratia: suscipe tandem Ioannis tui animam, quem citò elegisti, sed sero assumpsisti. Tu Domine, qui seruulum tuum mundum à coniunctione fœmine præstitisti, te domine rogo, qui festinãti mihi ad nuptias in iuuentute demonstrasti te, atque dixisti: Mihi necessarius es Ioannes, operam tuam quæro. Sed cum iuuentutis ardore visus essem, non seruare præceptum, & diffusus quòd integritatem seruare vix possem, animum ad nuptias appulissim: tu quasi bonus Dominus ægritudinem mihi corporis inferens, castigans castigasti me Domine, & morti non tradidisti me. Tertio quoque studentem nuptiis impedimento leuiore reuocasti. Tu mihi Domine, in mari dignatus es dicere: Ioannes, nisi meus es

ses, permitterem tibi vt vxorem duceres. Tuum igitur hoc munus est, qui morũ carnis edomare ac temperare dignatus es, fidem infundere, vt nihil mihi preciosius sit nisi tibi adhærere. Tu me de morte ad vitam, à sæculo ad regnũ Dei, ab ægritudine animi ad sanitatem vocasti. Tu mihi viuendi lex, spirandi gratia es, & certandi corona. Venio ergo ad te Domine, venio ad conuiuium tuum: venio inquam gratias agens, quia me dignatus es Domine Iesu Christe, ad tuas epulas inuitare, sciens quòd ex toto corde meo desiderabam te. Vidi faciem tuam, & quasi de sepultura suscitatus sum. Odor tuus concupiscentias in me excitauit æternas: vox tua plena suauitate melliflua, & allocutio tua incomparabilis eloquiis angelorum. Quoties te rogavi vt ad te venirem, dixisti tu: Expecta, vt populum meum liberet, crediturum mihi. & custodisti corpus meum ab omni pollutione, & animam meam semper illuminasti: & non dereliquisti me cum irem in exilium, & cum redirem: & posuisti in ore meo verbum veritatis tuæ, vt commemorarem testimonia virtutum tuarum: & scripsi ea opera quæ oculis meis vidi, & ea verba quæ audiui ex ore tuo his auribus meis. Et nunc ego Domine commendo tibi filios tuos, quos tibi Ecclesia tua virgo, vera mater, per aquam & Spiritum sanctum regenerauit. Suscipe me, vt cum fratribus meis sim, cum quibus veniens inuitasti me.

Hic alludit ad Euangelium, quod S. Ioannes scripsit.

*Nota ompha
sim orationis
diuina.*

Aperi mihi pulsanti ianuam vitæ. Principes tenebrarum non occurrant mihi, nec veniat mihi pes superbiæ, & manus extranea à te non attingat me: sed suscipe me secundum verbum tuum, & perduc me ad conuiuium epularum tuarum, vbi epulantur tecum omnes amici tui. Tu es enim Christus filius Dei viui, qui præcepto patris mundum saluasti, qui & spiritum sanctum tuum nobis destinare dignatus es, vt mos de præceptis tuis communes faceret ille: per eundem spiritum tibi gratias referimus, per infinita sæcula sæculorum. Et cum omnis populus respondisset, Amen, lux tanta apparuit super Apostolum, per vnã ferè horam, vt nullus eam sufferet aspectus. Et signans se totum astitit, & ait: Tu mecum Domine Iesu solus, Et proiecit se supra tumulum in quo strauerat vestimenta sua, dicens nobis: Pax vobiscum fratres, ac omnes benedicens ac valesfaciens, deposuit se viuentem in sepulchro suo, & iussit se operire, glorificans Dominum. & statim reddidit spiritum. Qui interfuimus, alij gaudebamus, alij plorabamus. Gaudebamus, quòd tantam cernebamus gratiam: dolebamus, quòd tanti viri aspectu & præsentia specie defraudabamur. Et protinus Manna exiens de sepulchro, apparuit cunctis, quam vsque hodie gignit locus iste: & sunt virtutes per orationes eius frequentes, hinc ab omnibus infirmitatibus ægroti liberantur, & periculis eximuntur, &

Origo, & causa, quare supra capita sanctorum et præcipue Apostolorum, radij solares pinguntur.

Et hoc argumentum est, Abdia interfuisse mori S. Ioannem.

precum suarum quisque consequitur effectum. Hic est beatus Ioannes, de quo Dominus prius dixerat ad Petrum: Si eum volo manere, quoad vsque veniam, quid ad te? Tu verò sequere me: significans, quòd beatus Petrus per crucem honoraturus esset Dominum. Hic ergo subito corporis somno requiescit in pace, per Dominum nostrum Iesum Christum: qui coronis laureis clarificat sanctos suos, & est æterna laus & expectatio omnibus electis eius. Ipsi gloria & æternitas, virtus & potestas debetur, in sæcula sæculorum, Amen.

*LIBER SEXTVS ABDIÆ
Babylonis Episcopi, De historia beatorum, Iacobi,
Simonis & Iudæ fratrum, ex Hebraica lingua in
Latinum sermonem per Africanum versus.*

SIMON Chananæus cognomine, ac Iudas, qui & Thadæus, & Iacobus, quem fratrem Domini quidam appellant, fratres germani fuerunt, ex Chana Galilææ oriundi, parentibus Alphæo & Maria Cleophæ filia. Quorum postremus ex eadem matre, sed patre diuerso natus fuit, Iosepho scilicet Iusto, ea cui desponsata beatissima Dei genitrix Maria fuit. vnde & frater Domini: subintellige quod ad carnem, Iacobus appellatus est: quia Ioseph Iacobi pater, desponsatam verum minimè nuptam Mariam virgi-

nem habebat, quæ Spiritu sancto postea impregnata, Saluatorem mundi Christum Iesum Dominum nostrum virgo peperit. Itaque ob huius vinculi occasionem à Christo inter discipulos, tres hi Mariæ Cleophæ filij recepti sunt, & posterior ad Apostolatus fastigium subleuati. Quorum minor natu Iacobus, Christo Salvatore in primis semper dilectus, tanto rursus desiderio in magistrum flagrabat, vt crucifixo eo cibum capere noluerit, priusquam à mortuis resurgentem videret, quod meminerat sibi & fratribus à Christo agente in viuis fuisse prædictum. Quare ei primum omnium, vt & Mariæ Magdalenæ, & Petro apparere voluit, vt discipulum in fide confirmaret: & ne diutinum ieiunium toleraret, fauo mellis oblato, ad comedendum insuper Iacobum inuitauit. Is mansit post subleuationem Christi in cælum, cum Petro & Ioanne Hierosolymis, & Iudæis verbum Domini prædicabat. Quod eo facilius etiam facere poterat, quia in templo Salomonis publicoungebatur ministerio. Igitur nondum elapso quartodecimo anno à passione Domini, quando Paulus hunc cum Tito & Barnaba itineris sociis conuenerat, dextrâque Iacobo & Petro atque Ioanni porrexisset, conuenientibus duodecim Apostolis in Hierusalem ad diem festum Paschæ, præsidente Iacobo, & populo audiente, breuiter exposuerunt singuli, quæ in locis singulis fuerant per eos ge-

Huius rei meminit etiã Paulus in epist. ad Gal.

sta. In quibus diebus Caïphas pontifex, missis ad eos Sacerdotibus, rogauit eos ire ad se, vt aut rationem docerent, quia Iesus ipse sit æternus Deus ac Christus: aut ipse contra doceret, quia non sit. Constituto igitur die ascenderunt in templum Apostoli, & coram omni populo protestari cœperunt de Iesu, simul & arguere Iudæos de multis, quæ ab his absurdè gerebantur. Et cum starent in gradibus templi, facto populi silentio, docuerunt Sacerdotes de vno solo Deo Christo Iesu, Saducæos de resurrectione mortuorum, Samaritas de consecratione Hierusalem, Scribas denique & Phariseos de regno cælorum: vniuersum verò populum, quia Iesus est Christus æternus, informarunt. Ad vltimum autem monuerunt, vt priusquam progredierentur ad gentes prædicare agnitione Dei Patris, ipsi reconciliarentur Deo, suscipientes filium eius. aliàs enim eos nullo modo ostenderunt posse saluari, nisi per sancti spiritus gratiam trinæ inuocationis dilui baptismate properarent, & Eucharistiâ Christi Domini sumerent, cui soli de his quæ docuit, credere deberent, vt sic æternam salutem consequi mererentur. Ita igitur cum per septem dies persuasissent populo & Pontifici, vt confestim ad percipiendum Baptisma festinaretur, cumq; iam res in eo esset vt venirent & baptizarentur, ecce homo quidã inimicus, tunc cum paucis admodum ingrediens templum, clamare cœpit, & dicere:

Nota Apostolorum protestationem, & communionem in cœtu Sacerdotum & populi Hierusalem.

Quid facitis, ô viri Israëlita? cur vobis tam facile subreperitur? cur præcipites ducimini ab hominibus infœlicissimis, & à mago deceptis? Cùmque hæc diceret, & hæc audirentur & superaretur ab Episcopo Iacobo, conturbare populum, & seditiones suscitare cœpit, ita vt ea quæ ab Apostolo dicebantur, plebs minimè posset audire. Igitur exagitare cuncta clamoribus, & quæ fuerant multo labore ordinata conuellere, simulque inculcare Sacerdotes, & opprobriis atque increpationibus cœpit cunctos accendere, & veluti furibundus, singulos quosque ad cædem concitabat Apostolorum, dicens: Quid agitis? quid cessatis, ô segnes & desides? cur non manibus nostris inuadimus, & discerpimus hos omnes? Et cum hæc dixisset, primus rapto ex ara vsto, cædis fecit exordium. Tum deinde & cæteri videntes eum, simili ferebantur infania, fit omnium clamor, cædentium pariter & cæsorum, & sanguis vbi que plurimus funditur, & fuga permixta habetur: cum interim ille inimicus homo, Iacobum adgressus, de summis gradibus præcipitem dedit. Quem cum mortuū credidisset, vltra multare neglexit. In qua collisione, vno pede debilitatus, pessimè claudicabat. Hominem verò inimicum Saulum fuisse manifestum est, quem postea Dominus ad Apostolatus ministerium destinauit. Igitur Iudæi postquam Paulus ad Cæsarem, quem appellauerat, à Festo Præside

*S. Iacobus
elandus esse-
ctus.*

*Ad S. Paulū
allusio, ante-
quam voca-
tus à Christo
fui. Ser.*

missus

missus est, & frustratas insidias quas ei intenderant, vident, in Iacobum fratrem Domini, immanitatem nequitia suæ vertunt. Quem hoc modo adorti sunt. Productum in medium, abnegare eum fidem Christi coram omni populo expetunt. At ille, cōtra omnium opinionem, voce satis libera, & multo maiore quàm vellet, coram vniuerso populo, cum omni fiducia profitetur, filium Dei esse Saluatorem & Dominum nostrum Iesum Christum. Tum illi non ferentes tam graue & tam liberum testimonium viri, pro eo maximè, quod iustissimus apud omnes habebatur, ob religiosa & continentissimæ vitæ merita, in necem eius vertuntur, & fauentes sibi occasione temporis, & ex morte Rectoris, alios quàm plurimos asciscūt. Contigerat tum fortè Festum apud Iudæam obire cunctos, ac sine rectore ac principe esse Prouinciam. Nam mortis Iacobi modus licet à Clemente & aliis fuerit intimatus, exploratus tamen de eo Egesippus, qui postea pri-
mas Apostolorū successionis fuit, quinto Com-
mentariorum suorum libro his verbis refert: Suscepit (inquit) Ecclesiam cum Apostolis frater Domini Iacobus, qui ab omnibus cognominatus est Iustus, ab ipsis Domini temporibus perdurans vsque ad nos. Et multi quidem Iacobi vocati sunt, sed hic ex vtero matris suæ sanctus fuit. Vinum & siceram non bibit, sed neque animal manducauit, ferrum in caput e-

*Hinc iusti-
gnomentum
sancto Iaco-
bo additū est.*

*Egesippus
citatus.*

*Iacobus ex
vtero matris
sanctus.*

ius non ascendit. Oleo non est perunctus, sed neque balneis est usus. Huic soli licebat introire in Sancta Sanctorum. Neque enim laneo utebatur indumento, sed tantum sindone. Solus ingrediebatur templum, & iacebat supra genua sua, orans pro populi indulgentia, ita ut orando callos faceret in genibus ad modum Cameli semper genua flectendo, nec unquam ab oratione cessando. Itaque pro incredibili hac continentia, & summa iustitia, appellatus est Iustus: & Oblias, quod est interpretatum, munimentum populi & iustitia, sicut & Prophetæ indicauerunt de eo. Quidam ergo de septem hæresibus quæ erant in populo, de quibus superius diximus, interrogabant eum, quid esset ostium Domini? At ille dicebat: Hunc esse Saluatorem. Ex quibus aliquanti crediderunt, quia Iesus est Christus. Illæ autem hæreses, quas supra scripsimus, non crediderunt, neque surrexisse eum, neque venturum ut retribuatur unicuique secundum opera sua: Qui verò crediderunt, per Iacobum crediderunt. Ex quibus cum multi etiam ex principibus credidissent, perturbatio erat Iudæorum, dicentium: Nihil iam superest, quin omnis populus credat in Iesum, quod ipse sit Christus. Conuenientes igitur ad Iacobum, dicebant ei: Oramus te, ut reuoces populum: quia ecce errat in Iesu, putans quod ipse sit Christus. Deprecamur ergo te, ut suadeas omnibus conuenien-

tibus in die Paschæ de IESU. Tibi enim omnes obtemperamus, & de te, tam nos quam populus testimonium ferimus, quia iustus es, & personam vllius non accipis. Tu ergo suade populo de IESU, ne erret, tunc omnes tibi obediemus. Ascende itaque in excelsum locum pinnæ templi, ut in edito positus appareas omnibus, & verba tua audiantur à cunctis: quia in diebus Paschæ conuenient, non solum Iudæorum, sed & Gentilium multitudo. Stauerunt igitur supradicti Scribæ & Pharisei, Iacobum supra pinnam templi, & voce magna clamantes, dixerunt: Virorum iustissimè, cui omnes nos obtemperare debemus, quoniam populus errat post Iesum qui crucifixus est, enuncia nobis, quid sit ostium Domini.

Tunc Iacobus ad eos ingenti voce respondit: Quid me interrogatis de filio hominis? Ecce ipse sedet in cælo à dextris summæ virtutis, & ipse venturus est in nubibus cæli. Cum hac responsione & testimonio Iacobi multis satisfactum esset, & libenter audiuisent, quod Iacobus sic de Christo foret protestatus, cœperunt glorificare Deum, & dicere: Osanna filio Dauid.

Tum rursus ipsi scribæ & Pharisei cœperunt ad inuicem dicere: Malè fecimus, ut talis is testimonium præstaret de Iesu. Sed ascendamus, & præcipitemus illum deorsum, ut cæteri terreamur, & non credant ei. simul & voce magna clamauerunt, dicentes: O o, & Iustus errauit.

& compleuerunt in hoc scripturam, quæ in *Esaia* scripta est, dicentem: Auferamus Iustum, quoniam inutilis est nobis, propterea fructum operum suorum manducabunt. Ascenderunt ergo, & præcipitauerunt eum, & dicebant ad inuicem: Lapidetur homo iste. Et his dictis, cœperunt Beatum Iacobum lapidibus urgere. Qui deiectus non solum mori non potuit, quin conuersus & super genua sua procumbens, dicebat: Rogo Domine Deus Pater, dimitte eis peccatum, non enim sciunt quid faciunt. Cùmque enim talia orantem desuper lapidibus perurgerent, vnus de Sacerdotibus, de filiis Rhachabitarum (de quibus protestatur Hieremias Propheta) exclamauit dicens: Parcite, quæso, quid facitis? Pro vobis orat Iustus iste, quem lapidatis. Et vnus ex ipsis fullo, arreptum fultem, in quo res exprimere solent, cerebro eius illisit. Ita Beatus Iacobus, cui Iusti gnomentum fuit, tali tandem martyrio consummatus est, ac sepultus in eodem loco prope templum. Atque hic ille est, qui extitit veritatis testis Iudæis & Gentibus, quia Iesus est Christus, filius Dei viui, qui cum patre & Spiritu Sancto dominatur & regnat in cuncta sæcula sæculorum. Atque hæc de Iacobo. Cuius fratres maiores natu, Simo cognominatus Chananaus, & Iudas, qui & Thaddæus & Zelotes, & ipsi Apostoli Domini nostri Iesu Christi, cum per reuelationem Spiritus Sancti Per-

*Hic incipit
historia de
Simone &
Iuda.*

fidem fuissent regionem ingressi, inuenerunt statim inter initia suæ prædicationis duos ibi magos, Zaroen & Arfexat, qui à facie Sancti Matthæi Apostoli de Æthiopia fugerant. Erat autem doctrina eorum praua, ita vt Deum Abraham, & Deum Isaac, & Deum Iacob blasphemantes, Deum dicerent tenebrarum, & Moysen dicerent maleficum fuisse, denique omnes Prophetas Dei à Deo tenebrarum missos adferrent. Præterea animam hominis partem Dei habere dicerent, corporis verò figmentum à Deo malefactum esse: & ideo ex contrariis substantiis constare, in quibus lætatur caro, anima contristatur: & in quibus exultat anima, & corpus affligitur. Solem & Lunam deorum numero applicantes, aquam simul deitatem habere docebant. Dei autem filium, Dominum nostrum Iesum Christum, phantasiam fuisse, nec verum hominem, nec ex vera virgine natum, nec verè tentatum, nec verè passum, nec verè sepultum, nec verè tertia die resurrexisse à mortuis, affirmabant. Hac prædicatione polluta Persida post Zaroen & Arfexat, magnum meruit inuenire doctorem, per Beatos Apostolos Simonem & Iudam: id est, Dominum Iesum Christum, qui se diceret Spiritum Sanctum de cælo missurum, iuxta promissum dicentis: Vado ad Patrem, & mitto vobis Spiritum paracletum. Hac igitur causa suscepto itinere, vt Persida à seductione nequam Docto-

rum liberarent, vt primùm ei appropinquauerunt. quos diximus, Apostoli: Simō atque Iudas occurrentem habebāt exercitum. Varardach ducis regis Babyloniorum, cui nomen erat Xerxes. Hic autem contra Indos, qui fines Persidis inuaserant, susceperat bellum: erantque in comitatu eius Sacrificatores, & arjoli, & magi, & incantatores, qui per singulas mansiones, sacrificantes dæmoniis, dabant responsa fallaciæ suæ. Contigit autem, vt die qua Apostoli in exercitu erant, concidentes se, & sanguinem suum effundentes, nullum penitus dare potuerunt duci belli responsum. Quapropter porrexerunt ad sanum vicinæ ciuitatis, & consulentes illic dæmonia, dæmonem cum ingenti mugitu ita audiuerunt loquentem: Dij qui vobiscum comitabantur, euntibus ad prælium propterea dare non possunt responsa, quia duo homines istic sunt, Simon & Iudas, qui tantam consecuti à Deo sunt virtutem, vt nullus nostrorum audeat illis præsentibus loqui. Quæ cū accepisset Varardach dux regis Xerxes, fecit eos in exercitu inquiri. Quos cū inuenisset, cæpit ad eis quarere, vnde essent, aut quid essent, aut quare venissent in illas terras? Cui Sanctus Simon Apostolus ait: Si genus quæris, Hebraei sumus: si conditionem, serui sumus Iesu Christi: si causam quæris, salutis vestræ causa venimus, vt relicto errore simulachrorum: Deū qui in cælis est possitis agnoscere. Cui respon-

dens Varardach dux: Nunc (inquit) ad prælium maturo, vt Indos ab inuasiōe Persidis arceam, antequam Medorum aduersus nos auxilia colligant. Quare non est opportunum mihi, vt de rebus vestris nunc discutiam. Cum verò fœlix fuerit reuertendi successus, audiam vos. Ad quæ Iudas Apostolus: Mede, magis congruū est (inquit) te cognoscere illum, cuius ope & auxilio possis victor existere, vel eos saltem qui tibi rebelles sunt, pacatissimos inuenire. Tum Varardach dux: Quia audio deos vestros, vobis coram positus, vobis dare responsa, volo vt vos nobis futura prædicatis, vt quos belli exitus habituri simus, scire queam. Tum Simon: Vt agnoscas (ait) errorem horum, quos tibi putas prædicere, damus illis potestatem respondendi tibi, vt dum dixerint quæ ignorant, probemus eos per omnia fuisse mentitos. Cūque orationem fudissent ad Dominum, dixerunt: In nomine Domini nostri Iesu Christi, præcipimus, vt more solito detis responsa his qui interrogare consueuerunt. Ad hanc vocem cæperunt phanatici eorum arripi, & dicere: Grande bellum futurū esse, & vtrinque multos præliantes interfici posse. Tunc Apostoli Dei, ex abundantia lætitiæ in risum soluuntur. Quibus Varardach: Me (inquit) timor inuasit, & vos ridetis? Dicunt ei Apostoli: Cesset timor tuus, quoniam in ingressu nostro pax vobiscum intravit in istam prouinciam. Quare mitte pro-

fectionem tuam. Nam crastina die, eadem hac hora, id est tertia, venient ad te quos præmissisti cum legatis Indorum, qui vobis terras inuasas, restitutas imperio vestro nunciabunt: & solutis tributis, aditum referent: & paci vestræ, ad quasunque conditiones volueritis, gratantes consentientes, pactum firmissimum stabilient. At Pontifices ducis hæc irridentes: Domine dux, inquit, noli istis hominibus fidem dare, vanis & mendacibus, aduenis scilicet & ignotis, qui ideo grata loquuntur, ne exploratorum loco habeantur. Isti autem dij nostri, qui nunquam fallunt, dederunt tibi responsum, vt sis cautus, & ad res omnes sollicitus: nõ quemadmodum illi qui te studiose reddere securum conantur, vt dum minus cautus fueris, possis ex improviso & acrius & facilius adoriri. Respondens autem sanctus Simon Apostolus, dixit: Audi me dux. Nos aduenæ & ignoti, & mendacissimi, non vnum mensem te expectare iubemus: sed diximus, Expecta vnum diem, & cras manè circa horam tertiam venturi sunt quos misisti. Venient autem cum eis Indorum honorati, qui conditiones à te accipient, vt sint deinceps tributarij Perfarum. Hęc cum animaduertent Sacerdotes Perfarum, qui in exercitu erant, propalam clamabant: Aureas & gemmatas inter purpureas & auro tectas vestes, inter pateras & byssum, sericumque, & omnem gloriam Babylonici regni, dij

nostri splendidi, suæ diuinitatis responsa dantes, aliquando fallere possunt: & isti pannosi, & personam nullam habentes, tantum sibi tribuere audent: quos vel videre, iniuria est. Et hos tu Domine dux ad iniuriam deorum nostrorum non punis? Tum dux: Hoc magnum est (inquit) quia aduenæ & pauperes atq; ignoti, cum tanta hoc constantia adseuerant, quod deorum nostrorū testimonio videtur esse contrarium. Dicunt ei Pontifices: Iube eos custodiri, ne fugiant. Respondit dux: Ego non solum iubeo eos custodiri, sed ipsi etiam vos in custodia eritis vsque in crastinū, vt rerum exitus doceat, si possit eorum testimonium comprobari. Posthæc iudicabitur, quis meritò debeat condemnari. Factum est autem in crastino, iuxta verbum Apostolorū, venerunt nuncij qui missi fuerant cursu velocissimo in dromedis, & nunciarunt omnia ista esse, sicut Apostoli paulo antè intimarunt. Quare indignatus dux, iussit pyram accendi, vt ibi Sacerdotes suos igne consumeret, & hos omnes qui Apostolos obfuscare nitebantur. Apostoli autem prostrauerunt se duci, dicentes: Obsecramus Domine, ne efficiamur nos causa interitus eorum: qui pro salute hominum huc missi sumus, vt viuificaremus mortuos, non vt viuentes occidamus. Itaq; cum diu aspersi puluere, prouoluti pedibus ducis iacerent, respondit ille: Miror vos ita pro istis interuenire, qui nihil aliud egerunt per

omnes comites meos & Tribunos ac Sātrapas, & ad hoc præmia ingentia contulerunt, quàm vt vos incenderent viuos. Ad quæ extemplò Apostoli: Disciplina (inquiunt) magistri nostri has leges tenet, vt non solum malum pro malo non cedat, sed etiam bona pro malis restituat. Estque hoc solum discrimen inter nos & cæteras disciplinas, quia omnes reliqui malum reddunt pro malo, omnésque odientes se odio habent. Nos autem è contrā diligimus inimicos nostros, & benefacimus his qui nos odiunt, & oramus Dominum pro calumniantibus & persecuentibus nos. Quæ cum audiuiisset dux: Vel hoc permittite, inquit, facere, vt omnia bona eorum vobis tradantur. Et cùm hæc diceret, iussit inquiri quanta esset facultas Pontificum. Et respondentes tabularij fisci, dixerunt: Vnus Pontifex vnā librā auri in vno mense de fisco consequitur. Et computati sunt centum & viginti talentorū: excepto eo qui sacerdotij arcem tenebat, qui quadruplum consequeretur in auro. Congregatæ sunt itaque familiæ & vestes, & ministerium, & argentum & aurum, & iumenta, & omnia quæ habere poterant, nec poterat dinumerari facultas eorum. Ita cōgregatis opibus, dux ad regem reuersus, Apostolos Domini commendauit, inquiens: Hi sunt sub effigie hominum latentes, quos dii nostri timent, qui neque sine illarum concessione dare responsa hominibus possunt. Et ipsa responsa illorum

*Vel hoc anto-
ri fidē confir-
mat. nam ta-
bularios in
provinciis cō-
stituisse &
Augustum
Suetonius et
Capitolinus
M. Casarem
tradunt, apud
quos & cen-
sum singuli
ostenderet, et
nomina acci-
perent.*

falsa fuisse, & oracula illorum, & euentus ipsi comprobauerunt. Isti autem Sacerdotes nostri, dum dicerent eos aduenas fallētes, quibus non deberet credi, & insisterent apud nos vt puniremus eos: dūmque vtrosque in custodia haberemus, vt pars quæ vera diceret, remuneraretur, & quæ fefellisset, puniretur: denique vbi omnia eo ordine quo isti prædixerant, sunt adimpleta, & vellem eos hoc pati, quod illi istos pati elaborauerant: ecce isti precibus apud me egerunt boni viri, vt nihil penitus paterentur mali. Et cum facultates eorum iussissemus cōferri, has tamen illi nihilominus contempnunt, dicentes: Nobis non licet aliquid possidere supra terrā, ex eò quòd nostra possessio est in cælo, quæ est æterna, & vbi immortalitas regnat. **Quin** & illud insuper addunt: Nulla ratione possumus accipere, vel aurum, vel argentum, vel vestes, vel domos, aut prædia aut seruos. Ista enim omnia terrena sunt, & morientem hominē non sequuntur. **Quibus** cū dicerē, vel aliquantum vt acciperent inde, quòd pauperes & peregrini essent, persuadere nequiuimus. Non sumus (dixerūt illi) pauperes, qui diuitias cælestes habemus. Sed si vis vt ad salutem animæ tuæ proficiat census ille, eroga pauperibus, eroga viduis & orphanis, eroga infirmis & adflictis, libera debitores qui à creditoribus exagitantur, eroga publicè manum porrigentibus, & omnibus qui his opibus indigēt. Nam nos terrenum nihil desideramus.

Hæc & alia cum Dux apud Regem Xerxen differuisset, excitati in zelū qui cum regem fuerant Zaroes & Arfexat, magi, simul indignabūdi, rumores sparserūt: malignos eos homines esse, qui contra deos Gentis, contraq; regnum tam astutē molirentur. Nam si vis scire Rex (inquiunt) quod ea vera sunt quæ dicimus, non prius permittemus hos loqui, quàm deos tuos adoraerint. Tum dux: Audetis ne cum illis habere conflictum, ut si viceritis eos, tum demum abiiciantur? Dixerunt magi: Aequū est, ut sicut nos adoramus deos nostros, ita adorent & illi. Respondit dux: Hoc scilicet conflictus vester ostendet. Ad hæc iterū magi: Vis videre (inquiunt) potentiam nostrā, ut probas quia non poterunt loqui nobis præsentibus: iube ad stare hic qui sint eloquentes in linguis, acutissimi in argumentis, & clamosi in vocibus. Et si tunc ausi fuerint nobis præsentibus loqui, probabis nos esse imperitissimos. Tunc iussu regis & ducis, omnes aduocati præsto facti, ita sunt à duce admoniti, ut quanta possent cōstantia haberent cū his magis contētionēs, & eos à defensionum proposito, argumentorum suorū proposito excluderēt. Et cum in præsentia regis & ducis, cunctorūque sublimium magi locuti essent, omnis illa aduocatio ita muta facta est, ut nec nutib⁹, quod loqui nō poterat, indicaret. Et cū vnus ferè horæ transisset spacium, dixere magi ad regem: Ut scias nos ex deorum esse numero, permittimus eos qui-

dem loqui, sed ambulare non posse. Quod cum fecissent, adiecerunt dicētes: Ecce reddimus eis gressum, sed faciemus eos apertis oculis nihil videre. Cūque & hoc fecissent, expauit cor regis & ducis, dicētibus amicis eorum, non debere contēni hos magos, ne & regi & duci inferāt debilitatem in membris. Igitur hoc spectaculū à primo mane vsque ad horam sextam dum spectatur, aduocati mœrore cōfecti, ad suas reuersi sunt quique domos, nimio animi impulsu fatigati. Dux verò cū haberet amicos Apostolos, eis narrauit omnia quæ dicta quæque facta extiterant. Dixerunt duci Apostoli: Ut scias, nobis præsentibus fragmenta illorum valere nō posse, & ideo timere eos nostrā præsentia, iube aduocatos ipsos ad nos venire, priusquā ad ipsos vadant. Et posteaquā ad nos venerint, ita ingrediatur ad regē, similem habituri conflictū: & si præualuerint eis, tum scias nos ab his aliquatenus vinci posse. Conuocauit igitur dux omnē illam aduocationē in domo sua, & quasi cōpatiens illis, dixit: Doleo equidem verecundię vestrę, quā estis intra regalem aulam perpeffi. Vnde sciatis, me inuenisse homines, qui vos moneant & doceant, ut non solum vobis non præualeant, sed etiam vobis superati discedant. Tunc omnis illa multitudo aduocatorum prostrata, duci gratias agens, & eorum singuli cœperunt precibus agere, ut dictū facto compleret. At ille protulit eis Apostolos Domini, Simonē & Iudā. Vidētes

*Elegans
comparatio.*

APOSTOLICÆ

autem aduocati homines vtilissima veste induros, quasi in despectu eorum cœperunt habere personas. Quos facto silentio sic allocutus est Simon: Sepissimè euenire, vt intra scrinia aurea & gemmata, vilia quedam habeantur inclusa: & intra vilissimas & lineas captas, sint gemmarum monilia preciosa reposita. Solere etiã vasa pulcherrima aceto repleta, execrationi & contemptui subiacerere: contrã verò, vasa sc̄dissima in aspectu, vino tamè intus optimo repleta, ambitionè sui saporis excitare gustantibus, ita vt neglecta visione, cõtemptui vilia quæ aspectus offendit, de sola cogitent homines suauitate, quæ intrinsecus latet. Imò quicumque (inquiunt) alicuius rei cupit esse possessor, non magnopere gestatorium, sed ipsum quod gestatur spectat. Non ergo offèdat aspectũ vestrum, vilis hic noster habitus. intus enim latent ea, quæ æternam vos faciãt, & gloriã inuenire, & vitã. Nos quippe omnes homines, de vno patre & de vna matre nati sumus. Qui cum facti essent & positi in regione viuorum, suadente angelo inuidiæ, præuaricati sunt in lege, quam à suo conditore susceperant, suntque serui facti eius cui suadenti obtemperauerunt. Deinde cum ipso angelo, ab illa vitæ æternæ regione, in huius terræ exilium proiecti sunt. Misericordiam tamen nihilominus Deus & in hac parte suã constituit, vt sic homo creatorem suum solum Deum excolleret, & elementa non adoraret, nec diceret ligno quod

ipse dolauerat, Tu es Deus meus. Recessit autè à Deo suo homo, à custode suo: & quod maius est, à Salvatore suo, vt suo, pareret inimico. Hũc autem errorem in hominibus hic angelus princeps inuidiæ ideo nutriuit, & nutrit, vt ipse eis dominetur, & faciat de eis quod ipse voluerit: conaturque auocare Deum verum, què iste angelus timet, à genere humano. Hac de causa per magos suos, quando voluit, fecit vos tacere: rursus fecit vos inuidere, denique fecit vos immobiles permanere. Vnde, vt probetis ita esse, venite ad nos, & promitte vos ab idolorum cultura recedere, & solum Deum inuisibilem adorare ac colere. Et cum hæc feceritis, imponemus manus nostras super capita vestra, & signum Christi faciemus in frõtibus vestris. & si tum non confutaueritis eos, credite nos fallere omnia quæcunque asserimus. Tum vniuersi illi aduocati, considerantes rationem veram, prostrauerunt se Apostolis, dicentes: Facite ergo quæsumus, ne in nobis possint linguę impedire officium, nec aliqua in membris nostris impedimenta inferre: & sit supra nos ira Dei, si vltra idolis crediderimus. Quæ cum ab aduocatis dicta essent, procubentes humi sancti Apostoli Simon & Iudas, orauerunt ad Deũ in hæc verba: Deus Israël, qui exinanimasti magica figmẽta Iamnes & Mambres, & dedisti eos in confusionem & vlcera, & perire eos iussisti: sic faciat & hic manus tua super hos magos Zaroen & Arfexat. Hos autem

*Loquebatur
Simõ hæc ad
sapientes ac
eloquentes
Perfarum
aduocatos.*

familios tuos, promittentes quòd ab omni cultura idolorum abscedent, fac fortes & stabiles, & constanter aduersus eos insurgere, vt cognoscant omnes, quia tu es vnus omnipotens, qui regnas in sæcula sæculorum. Cùmque respòdissent, Amen: signatis frontibus abierūt. Ingressi sunt autem cum duce ad regē. Haud multo pòst adfunt & magi, tentantes ea quæ antea fecerāt, & nulla poterāt ratione præualere. Tum ex aduocatis vnus Zebeus nomine, dixit: Audi Domine rex, ista stercora abiiciēda sunt, & ex tuo regno emundanda, ne fortè omnibus putredinem generent. Habent enim secum angelū humani generis inimicum, & ludificāt in hoc homines, vt quàm plurimos angelus iste malus habeat subiectos. Habet autem hos subiectos, qui non sunt Deo omnipotenti subiecti. Iam verò idcirco insistebant magi, vt Apostoli sancti hos deos adorarent: quo factò, Deum verum offenderent, & deinceps ipsi in illis facilius per Angelum illum malignū sua præstigia exercerent. Denique signū Dei sui in frontibus nostris, digitis suis facientes, miserūt huc, ista verba adiicientes: Si post istud signaculū Dei, præualuerint artes illorū, sciatis nos quæ docemus vniuersa mētitos. Ecce nunc igitur, in Dei omnipotentis nomine adsumus, insultamus & opponimus nos magis: si possunt, agant, quæ hesternogesserunt. Quæ cū viderēt magi, indignati, multitudinem serpentū venire fecerunt. Quare ter-

refacti

refacti qui aderant, vt Apostolos Rex vocaret, clamauerunt. Missis igitur nunciis, mox venerunt apostoli, qui implētes pallia sua de serpentibus miserunt in eosdem magos dicētes: In nomine Domini nostri Iesu Christi non moriemini, sed morsibus eorum atrectati, dolorum vestrorum mugitum dabitis. Statimque serpentes cœperunt carnes eorum deuorare. Illi autē vluabant veluti lupi. Quæ vidēs rex, & omnes qui aderant, dicebant Apostolis: Permittite vt magi moriantur ab eis. At illi responderūt: Nos misissumus, à morte ad vitam cunctos reducere, nō à vita præcipitare in mortē. Facta igitur oratione, dixerunt Apostoli serpentibus: Redite in nomine Iesu Christi ad loca vestra, atque omne venenū quod in hos magos infuditis, auferte vobiscum. Nouos itaque cruciatus magi patiuntur, cum serpentes venena sua morsibus renouaris tollerent, sugentes sanguinem eorum. Itaque ablegatis serpentibus, allocuti sunt Apostoli magos in hæc verba: Audite impij scripturam sanctam dicentem: Qui proximo suo parat foucā, ipse prior cadit in illam. Vos quidem nobis parastis mortem: Nos autē rogauimus Dominum nostrum Iesum Christū, vt nos à morte præsentē eriperet. Deniq; qui per multos annos morsibus his serpentinis affligi poteratis, ecce tertia die transacta, precibus nostris recuperata vobis sanitas: redonabitur. Forsitā vel sic ab impietate vestra cessabitis, dum veritatē Dei

!

circa vos exuperare, probare possitis. In istis autē tribus diebus, ideo permittimus vobis dominari dolores, vt pœniteamini pro erroribus vestris. Hæc cum dixissent Apostoli, deportati sunt ad hospitalia magi, qui per triduum nec cibum capere, nec bibere vllō modo poterant, sed in his sola vociferatio doloribus extorta ineffabilis extitit. Postea, cum iam res in eo esset, vt pariter expirarent Magi Zaroes & Arfexar. accesserunt eos Apostoli dicentes: Non dignatur Deus habere coacta seruitia: ideo surgite sani, habentes liberam facultatem conuertendi à malo ad bonum, & exeundi à tenebris ad lumē. At illi permanentes in perfidia sua, sicut à facie Matthæi Apostoli fugerunt, sic & his duobus Apostolis fugiētes, ad simulachrorum cultores, per totam Persidis regionē, vt Apostolis inimicitias excitarent, vbiq̄ dicebant: Ecce veniunt ad vos inimici deorum nostrorū. Si vultis deos vestros habere propitios, compellite eos sacrificare illis. Si autem nolueritis, saltem interficite eos. Hæc cum ita inter Apostolos & Magos in Perside gesta fuissent rogati à rege & duce beati Simon & Iudas, ab eo tempore morabantur in Babylone, facientes quotidie mirabilia magna, illuminantes cæcos, surdis reddentes auditum, claudicantibus gressum, mundātes leprofos, fugantes denique ab obsessis corporibus omnis generis dæmonia. Habebant autem secum discipulos multos, ex quibus ordinabant

S. Simonis et Iudæ habitatio in Babylone.

per ciuitates Presbyteros & Diaconos & clericos, & Ecclesias multas constituiebant. Factum est autem, vt vnus ex diaconibus, pateretur crimen incesti. Erat enim vicinus filię Satrapæ cuiusdam ditissimi hominis, quæ perditâ virginitate partum periclitabatur. Interrogata autem à parentibus, virum Dei sanctum & castum Euphrosinum Diaconum imperebat.

Qui tentus à parentibus puellæ, vrgebatur subire vindictam. Quod vbi Apostoli audiuerunt, venerunt ad parentes puellæ. At illi cum aspexissent Apostolos, cœperūt clamare, & diaconū reū huius criminis accusare. Tū Apostoli: Quando (inquiunt) natus est puer? Responderūt: Hodie hora diei prima. Dicūt eis Apostoli: Perducite hunc infantē, & diaconum quem accusatis huc pariter adducite. Cūque in præsentia essent, alloquuntur Apostoli infantē, dicentes: in nomine Domini nostri Iesu Christi loquere, & dic, si iste Diaconus præsumpserit hęc iniquitatē. Tum infans absolutissimo sermone, ait: Hic Diaconus vir sanctus & castus est, & nunquā inquinauit carnem suam. Rursus autē insistebant parētes Apostolis, vt de persona infans interrogaretur incesti. Qui dixerunt: Nos innocētes soluere decet, & nocētes prodere nō decet. Dum hæc Babyloniæ fierēt ab Apostolis Domini, interea euenit, vt duę tigrides ferocissimę, quę erāt in singulis caueis clausę, fortē fortuna liberatæ fugerent, & quidquid in occurru

Nota admirandam historiam.

Aureum dictum.

inuenirent, deorarent. Quare cōsternatus omnis populus, ad Apostolos Dei cōfugit. Apostoli autē inuocantes nomen domini Iesu Christi, iusserunt vt sequerentur eos in domum, in qua manebant. Et per triduiū ibi manserunt. Et conuocantes ibi omnem multitudinem, dixerunt: Audite omnes filij hominum, qui ad imaginem Dei facti estis, quibus dedit Deus ingenium, memoriam & intelligentiā considerate feras, quæ nunquā mansuescere consueuerant, audito nomine Domini Iesu Christi, in agnos conuersæ sunt: & homines in tanta adhuc perdurāt obstinatione, vt non intelligāt, deos non esse figmenta hæc aurea & argentea, quæ flata sunt, & ad arbitrium hominis fabrefacta, vel de lapide aut ligno sculpta: Dominum autem qui vos creauit, ignoratis, qui dat vobis pluuiā de cælo, & producit vobis panem de terra, & vinum ac oleum de surculis ligni. Vt autē sciatis, quia ipse est verus Deus, erunt vobis in testimonium tigrides istæ, vt ipsæ vos admoneat quodāmodo, vt non alterum colatis Deum, nisi Dominum nostrum Iesum Christum, in cuius nomine istæ mansuetæ factæ, quasi oues in medio vestri conuersabuntur, vespere autem facto in suam cellulam reuertentes manebunt. Interea nos suscepto itinere, reliquas ciuitates peragrabimus, & prouincias, vt Euangelij Domini nostri Iesu Christi prædicatio cunctis innotescat. Quæ cum audirent ex Apostolis, flebant populi, rogantes vt

Elegans somparatio.

non discederēt. Ad quorum petitionem vnum adhuc annū & menses tres in Perfide beati Simon & Iudas remorati sunt. In quo spacio amplius quàm sexaginta milia virorum baptizati sunt, exceptis paruulis, & mulieribus: baptizato primū rege, cum vniuersis dignitatibus suis. Præterea vidētes omnes infirmitates verbo curari, illuminari cæcos, mortuos etiam suscitari in nomine Domini Iesu Christi, vniuersi populi crediderunt, destruētes templa, & Ecclesias extruētes. Ordinauere autē Apostoli in ciuitate Babylonis episcopum nomine Abdiā, qui cum ipsis venerat à Iudæa, qui & ipse viderat oculis suis Dominum: & repleta est ciuitas Ecclesiis.

Quibus ritè omnibus ordinatis, egressi sunt Apostoli Perfidem. Sequebatur autem eos turba discipulorum, & eo amplius viri. Circumierunt autem duodecim prouincias Persidis, & ciuitates earum, in quibus quæ egerint, & quæ passi sint per annos tredecim, longa narratione scripsit Crathon, Apostolorum ipsorū discipulus, in decem librorum voluminibus vniuersa comprehendens, quæ * Africanus historiographus in Latinam transtulit linguam: Ex quibus, qui scire voluerit, qui fuerint progressus prædicationis, vel quo fine mundum Simon & Iudas Apostoli reliquerint, ex multis pauca selegim⁹. Quippe Zaroes & Arfexat magi facientes scelerata multa per ciuitates Persidis, & dicentes se esse ex genere deorum, semper à facie Aposto-

*Ex his vultus apparet, auctore huius historie gestis rebua S. Simonis & Iude interuisse. Crathon, alter auctor, qui historia Apostolorū scripsit. * Interpret huius historie, sui ipsius meminit.*

Suanir amplissima ciuitas Persidis.

lorum fugientes, tandiu erant in quacun- que ciuitate, quãdiu cognoscerent Apostolos aduenire. Apostoli autẽ vbiq̃ue fuissent ingressi, detegebant scelera eorum, & ostendebant doctrinam eorũ ab inimico humani generis adinuentam. Erant autẽ in Suanyr ciuitate lxx. templo- rum Pontifices, qui solebãt singulas libras auri à rege cõsequi, quando Solis epulas celebrabãt: id quod quater in anno fieri consueuerat, in tẽpore nouorum, in introitu veris, initio æstatis, autumnii & hyemis. Hos igitur pontifices hac allocutione magi in Apostolos Dei incitauerunt, dicentes: Venturi sunt duo Hebræi, deorum omnium inimici. Quare vbi incõperint dicere, Deum alterum adorari debere: vos exclusi eritis à facultatibus vestris, & contemptui populo eritis. Alloquimini ergo populum, vt cum primum hi urbem intrarint, teneantur ad sacrificandum. Si consenserint, pacẽ habebunt cum diis vestris. Si verò sacrificare noluerint, sciatis illos ad subuersionẽ vestram ingressuros, & deprædationem & mortem. Factum est autem, vt postquã peragrassent vniuersas prouincias, venirent ad Suanyr ciuitatem magnam. In quam cum fuissent ingressi, & mansissent apud discipulum suum, eiusdem ciuitatis virum, nomine Semnem, ecce circa horam primã omnes simul Sacerdotes cum populo innumerabili venerũt ad ædes, clamantes ad Semnem: Produc ad nos inimicos deorum nostrorũ. Cum quibus si non

sacrificaueris diis nostris, incendemus te, & domum tuam, cum ipsis. Interea tenentur Apostoli Dei, & ducuntur (haud mora) ad templum Solis. quod cum ingrederentur, cõperunt clamare dæmones, Ergo mystumenos: Quid vobis & nobis Apostoli Dei viui: In ingressu vestro flãmis exurimur. Stabat autem in vna æde templi ab oriente quadriga Solis, fusilis ex argento in alia autem æde stabat luna fusilis ex argento, habens quadrigam similiter boum fusilem ex argento. Cõperunt ergo Pontifices Apostolis vim facere cum populo, vt adorarent eos inibi. Quod animaduertens Iudas, ad Simonem: Frater (inquit) Simon, video Dominum meum Iesum Christum vocantem nos. Similiter & Simon respondit: Diu est, quod intueor aspectum Domini in medio angelorum. Nam & dixit mihi Angelus Domini, cum orarem: Faciam vos egredi de templo, & faciam ipsum templum ruere super eos. & dixi, nequaquam Domine, non fiat hoc, fortassis erunt aliqui ex his qui conuertantur ad Dominum. Igitur cum hac secum Habreo sermone loquerentur, apparuit eis Angelus Domini, dicens: Confortamini, & vnum è duobus eligit: aut repentinum istorum omnium interitum, aut palmam martyrij vestri, cum fiducia boni certaminis expectate. Cui respondentes Apostoli, dixerunt: Imploranda est misericordia Domini nostri Iesu Christi, vt & illis propitietur, & nos adiuuet, vt

Græca voces sunt Ergon Mystumenos, pro eo quod est maniceps.

Apparet Christus duobus Apostol.

nota pietatẽ

possimus pertingere cum constantia ad coronam. Hoc autem Apostoli soli cum viderent & audirent, compellebantur à Pontificibus adorare simulachrum Solis & Lunæ. Quibus Apostoli dixerunt: Facite fieri silentium, vt demus responsum omni populo audiente. Facto autem silentio, dixerunt: Audite omnes, & videte. Solem noscimus seruum Dei esse, & Luna similiter præcepto sui Creatoris est subiecta. In cœli tamen firmamento consistentes, non sine iniuria sui in templis includuntur, qui in cœlo omni sæculo patere noscuntur. Et vt intelligatis, quia simulachra eorum non Sole, sed dæmoniis sunt plena, ego præcipiam dæmonio qui in Solis simulachro later, & frater meus iubebit alteri dæmonio quod in simulachro Lunæ vos ludificat, vt egrediantur ex eis, & ipsi ea comminuant. Et stupètibz cuuctis, dixit Simon ad Solis simulachrum: Præcipio tibi ludificator huius populi dæmon pessime, vt ex eas de simulachro Solis, & comminuas ipsum, & quadrigam eius. Similiter cum hæc Iudas ad simulachrum Lunæ dixisset, visi sunt ab omni populo duo Æthiopes nigri, nudi, horribili vultu, & vlulantes, dirasque voces emittentes abscedere. Quo facto irruentes Pontifices & populum in Apostolos Christi, interfecerunt eos per tumultum. Erat verò ipsi gaudentes & alacres Apostoli Dei gratias Deo agentes, quia digni habitii essent, vt pro nomine Domini paterentur. Passi sunt autem

*Idolatræ gēs
dedita.*

*Dæmonum
iunctio.*

Apost. mors.

die Kalen. Iuliarum. Simul quoque tum passus est cum Apostolis, Sennes hospes eorum, quoniam & ipse idolis sacrificare contempserat. Ipsa autem hora passionis, cum nimia esset cœli serenitas, fulgura exorta sunt, ita vt trifariam templum ipsum scinderetur, à summo tecti fastigio vsque ad vltimum fundamentum. Quo tempore, & duo, de quibus diximus, magi, Zaroës & Arfexat, ictu corruscationis adusti ad carbonem cōuersi sunt. Post menses autem tres misit rex Xerxes nuncios in ciuitatem Senayr, qui confiscarent Pontifices, & corpora sanctorum Apostolorum ad suam transferrent ciuitatem. In qua extruere cœpit bafylicam, octogenos cyclos octo angulorum, & octies octogenos pedes per gyrum comprehendentem, cum alta esset pedum centum & viginti: fueruntque omnia ex quadratis marmoribus signaticis extructa, & camera ipsa laminis aureis suffixa. In medio autem octogeni sarcophagum, corpora beatorum Apostolorum portantem, ex argento puro instituit: factaque est huius fabricæ ædificatio per annos tres continuos, & consummata die natalis Apostolorum, & die coronationis Kalen. Iulij dedicata. In quo loco beneficia consequuntur, qui credentes in Dominum Iesum Christum, illuc meruerint peruenire.

*Hospitis apo-
Stol. passio.*

Diuina vltio

*Exorsis hu-
militas.*

*Magnific.
templum ho-
nori Apost.
dicatū Sar-
cophagum
Apostol.*

LIBER SEPTIMVS HISTORIAE

Apostolicæ, ab Abdia Babylonis Episcopo Hebraicè scripta, & in linguam Latinam ab Africano versa, De gestis à beato Matthæo Apostolo & Euangelista rebus.

*Genus beati
Marth.*



MATTHÆVS cognomento Leui, & Alpei filius, ex publicanorum ordine fuit: atque eo in munere vocatus à Domino nostro Iesu Christo, in Discipulorum eius numerum venit: postremò ad Apostolatatus culmen ascendit, ante subleuationem Domini in Cælum: præter cæteros muneris Apostolici socios, peculiare nihil gessit. Sed postquam Spiritum Sanctum illuminatorem vnà cum cæteris accepisset, & in orbem terrarum ad prædicandum Euangelium esset directus, Æthiopiam is in diuisione prouinciam suscepit. In quam profectus ipse, cum in ciuitate magna quæ dicitur Naddauer moraretur, in qua rex Æglippus fedebat, contigit vt duo magi Zaroes & Arphaxat simul essent, qui regem miris modis ludificabant, vt se deos esse, remota ambiguitate, crederet. Et credebatur eis rex omnia, & omnis populus non solum memoratæ vrbs, sed ex longinquis etiam regionibus Æthiopiæ veniebant quotidie, vt adorarent eos. Faciebant enim subitò hominibus gressus figi, & tandiu immobiles stare, quamdiu diu ipsi voluissent. Similiter & visus hominum,

*Status.
Vocatio ad
Apostolat.*

*Æthiopia
ad prædicandum
contigit*

*Duo Iseu-
dopropheta.*

& auditus, à suo officio refrenabant. Imperabant serpentibus vt percuterent, quòd & Marthi facere solent: & ipsi incantando multos curabant. Et vt dici vulgo solet, malignis maior reuerentia exhibetur ex timore, quàm benignis ex amore: sic & illi venerabiles apud Æthiopes, in magno diu precio fuerunt. Verùm (vt sæpe dictum est) curam Deus hominum gerens, Matthæum contra hos Apostolum misit. Qui ingressus ciuitatem, cœpit detegere præstigia illorum. Omnes enim quos illi figebant, hic in nomine Iesu Christi soluebat: quos illi excæcabant, hic illuminabat: quibus illi auditum tulerant, iste reddebat. Serpentes etiam, quos ad percutiendos homines excitabant, hic cõuertebat in somnum, & percussiones eorum facto signo Domini percurabat. Hunc cum vidisset Æthiops Eunuchus Candacis nomine, qui fuerat à Philippo Apostolo Diacono baptizatus, procidit ad pedes eius, & adorans, dixit: Quia respexit Deus ciuitatem istam, vt liberaret eam de manu duorum magorum, quos putant stulti homines deos esse. Is suscipiebat Apostolum in domum suam, & veniebant ad eum omnes qui erant amici Candacis eunuchi: & audientes verbum vitæ, credebant Christo Iesu Domino. Et baptizabantur quotidie pluri, videntes quòd omnia quæ magi faciebant mala hominibus, hæc Dei discipulus euacua- ret. Illi enim ideo vulnerabant quos poterant,

*Tyrannidem
exercebant.*

*Benignitas
Dei succur-
rit hominib.*

*Opera operi-
bus contra-
ria.*

*Eunuchus
Cãdacis Re-
gina à beato
Philippo ba-
ptizatus.*

*Varia cura-
tiones in no-
mine Iesu.*

vt vulnerati, ipsos euocarent ad curam. Quisque ideo curare putabantur, quoniam à læsione cessabant. Matthæus autem Apostolus Christi, non solum hos curabat quos illi lædebant, sed etiam omnes qui ad eum ferebantur, & fuerant infirmitatibus diuersis obfessi. Prædicabat autem populo veritatem Dei, vt omnes mirarentur eloquentiam eius. Tum Candacis eunuchus, qui eum susceperat omni affectione, interrogauit eum, dicens: Obsecro te, vt digneris indicare mihi, quomodo cum sis Hebræus, nosti Græcam, Ægyptiacam & Æthiopicam sermocinationem, ita vt hi qui in his regionibus nati sunt, non possint tam bene sermocinari. Respondit Apostolus: Totus mundus vnâ sermocinationem habuisse omnium hominum dignoscitur. Sed nata est præsumptio omnium hominum talis, quæ eos turrin tantæ magnitudinis facere hortaretur, ita vt cacumen eius peruenisset ad cælum. Hanc præsumptionem Deus omnipotens hoc ordine repressit, vt alter alterum tum non potuerit loquentem aduertere. Facta sunt autem plurima linguarum genera, & diuisa est illa conspiratio, quæ per vnâ linguæ intelligentiam consistebat. Bona quidem fuit ea voluntas, vt fieret turris, cuius cacumen perueniret ad cælum: sed mala fuit præsumptio, quæ non sanctis meritis ire volebat ad sancta. Veniens autem filius Dei omnipotentis, ostendere voluit quo ordine ædifi-

cando perueniremus ad cælum: & nobis duodecim discipulis suis misit Spiritum Sanctum de cælo, cum sederemus in vno loco, venitque supra vnumquemque nostrum, & inflammatus sumus sicuti ferrum inflammatur ab igne. Post hæc cum à nobis pauor simul & splendor discessisset, cœpimus variis linguis loqui Gentibus, & magnalia natiuitatis Christi adnunciare, quo ordine sit natus vnigenitus filius Dei: cuius originem ante sæcula nemo nouit. Qualiter verò sit natus ex utero Mariæ virginis, adnuncians atque intimans nobis, & ab intacta virgine lactatus & ablactatus, & enutritus atque eruditus & baptizatus, & tentatus & passus, & mortuus & sepultus, & die tertio resurrexit: Et in cælos ascendit, vt ad dextram Dei omnipotentis sederet, vnde sit venturus iudicare omne sæculum per ignem. Non ergo, vt tu putas, istas tantum quatuor, sed omnium Gentium etiam linguas scimus, qui eius discipuli sumus, Iesu crucifixi, non mediocriter, sed perfectè. Et ad quamcunque Gentem peruenire potuerimus, iam loquelam eius perfectè cognoscimus. Nunc verò ædificatur turris non de lapidibus, sed de virtutibus Christi, omnibus qui baptizantur in nomine patris & filij & Spiritus sancti: aperiturque eis turris, quam Christus extruxit: & per ipsam tandiu ædificantes ascendant, vsquequo ad cælorum regna pertingant. Hæc & his similia multo mystico sermone A-

*Eloquentia
B. Matth.*

Causa & origo tot per orbem terræ linguarum.

Apostoli omnes linguas sciuerunt.

postolus cum differeret, venit qui diceret, magos illos cū singulis draconibus aduenire. Dracones autem erant galeati, & flatus eorum flammiferum ardorē emittebat, sulphureasque spargebant auras è naribus, quorum odor homines interficiebat. Quæ cū audiuiſſet Matthæus, conſignans ſe, ſecurus cœpit in occurſum illis prodire. prohibebat autē illum Candacis, clauſis oſtiis, dicens: Per fenestram quæſo, ſi videtur, loquere magis iſtis. Dicit illi Apoſtolus: Tu mihi aperi, tu mihi aperi, & per fenestram tu conſiderabis magorum iſtorum audaciam. Itaque aperto oſtio, Apoſtolus mox vt egreſſus eſt, ecce obuiam illi duo magi, ſingulos dracones ante ſe habentes, veniebant. Tum verò vt appropinquarent, ambo dracones ante pedes Apoſtoli obdormiuerunt. Et dicit Apoſtolus magis: Vbi eſt ars veſtra? Si poteſtis, excitate eos. Ego autem ſi non rogaiſſem Dominum meum Ieſum Chriſtum, omnem furorē, quē in me exacuiſtis, in vos retorſiſſent. Sed quouſque omnis populus conueniat, hi obdormiunt. Et quia nullus accedere hac auſus eſt, ego excitabo eos, & iubebo illos redire ad locum ſuum, cum omni manſuetudine. Conabantur autem interea arte ſua magica excitare eos Zaoes & Arphaxat, & non poterant neque oculos aperire, neque penitus commouere quidquam. Rogabant autem populi, dicentes Apoſtolos: Rogamus te Domine, vt liberaſ populum &

*Invocatio
Magorum.*

*Non eſt ars
aduerſus Do
minum.*

ciuitatem ab his beſtiis. Ad quos Apoſtolus: Nolite timere (inquit) ego faciam eos hinc cum omni manſuetudine abſcedere. Et conuerſus ad dracones, dixit: In nomine Domini mei I E S V Chriſti, qui conceptus eſt ex Spiritu Sancto & natus de Maria virgine, quem tradidit Iudas Phariſæis, & illi eum crucifixerunt: quiſque poſt crucem ſepultus, tertia die reſurrexit à mortuis, & conuerſatus nobis per quadraginta dies, docuit nos ea quæ ante paſſionem docuerat, commemorans vniuerſa quæ dixerat: & qui denique poſt xl. dies, videntibus nobis aſcendit ad cœlos, & ſedet nunc in dextra Dei Patris, vnde venturus eſt iudicare viuos & mortuos: in ipſius inquā nomine & virtute, ſuſcitemini. Et te adiuro ſpiritus, vt cum omni manſuetudine facias eos redire ad locum ſuum, ita vt nullum contingant, nullum lædant, neque hominem, neque quadrupedem, neque volucrem. Ad hanc vocem eleuantis capita ſerpentes cœperunt ire, atque apertis portis egreſſi publicè, & omnibus vidētibus, nunquam amplius comparuerunt. Quo factō, Apoſtolus populum ita allocutus eſt: Audite fratres & filij, & omnes qui vultis liberare animas veſtras à vero dracone diabolo. Propter veſtram ſalutem miſit me ad vos Deus, vt relicta vanitate idolorum, ad ipſum conuertamini, qui vos creauit. Deus autem, quando fecit hominem primū, poſuit eum in paradifo deliciarum, cum vxore ſua,

*Nota hiſto-
riam dignam
memoratu.*

*Fugatur
diabolus.*

*Expoſitio lo-
gationis A-
poſtol.*

*Topographia
paradisi.*

quam de costa eius fecerat. Porro paradifus deliciarum, eminent omnibus montibus, & vicinus est cælo: neque habet aliquid in fe, quod poffit effe faluti hominum inimicum. Nō aues terrētur ad fonitum hominis & aspectum, non spinæ nascuntur & tribuli, non ibi rosæ marcescunt, non lilia, non aliqui ibi prætereunt flores, non anni senectutem generant ætatibus, non labor fatigationibus subiacet, non infirmitas aliqua sanitati succedit: tristitia & fletus, & mors, ibi penitus locum non habent. auræ enim quæ ibi sunt, blandiuntur potius quàm perflant, & æternitatem naribus inferunt. Nam sicut thymiamatis fumus excludit putores, ibi nares, ibi vitam expirant æternam: quæ non permittit hominem neque fatigationem incurere, nec dolorem, sed semper æqualem, semper iuuenem, semper lætum, & semper immobilem permanere. Sonant ibi organa Angelorum, & voces melliflæ auribus inferuntur. Serpens ibi locum non habet, non scorpio, non phalangius, non musca aliqua saluti hominis inimica est. famulantur ibi hominibus leones & trigidæ & pardi: & quidquid iusserit homo auibus aut feris, quasi charissimo & dilecto Dei, mox obtemperant cum reuerentia iustioni eius. Quatuor quoq; flumina inde fluunt: vnus fluuius dicitur Geon, secundus Physon, tertius Tygris, & quartus Euphrates. Hi omni genere piscium abundāt. Nullus ibi est latratus

Nomina fluuiorum paradisi.

canum

canum, nullus leonum rugitus: omnia blanda sunt, omnia māsuetæ, omnia quieta. Nunquam ibi facies cæli nubium tegminibus obumbratur, nunquam ibi fulgura coruscant, nunquam tonitrua concrepant: sed est ibi exultatio sine fine, & festiuitas quæ terminū non habet. Quāobrem verò paulo antè memorauerim, quòd ibi serpens penitus non esset, causa est, quòd per ipsum angelus inuidiam suam exercuerit, & propterea à Deo maledictus, in loco benedicto maledictus habitare non potest. Liur autem angelo hinc natus est, quòd vidit imaginem Dei in homine extitisse: & quoniam homini possibile esset, vt in hac regione beata cū cunctis animantibus loqueretur. Hinc angelus qui ex se concepit inuidiam, per potentiam angelicam serpentem ingressus, suafit vxori Adæ, vt de pomo arboris manducaret, quod Deus fieri sub interminatione mortis prohibuerat. Posthæc etiam vxor cū deliquisset, seduxit virum. Cūque ambo præuaricatores existerent, huc in istam terram, aridam & desertam, exilio ablegati sunt, proiecti de regione vitæ in regionem mortis: ipse verò author sceleris simul in serpente inuentus, maledictionem æternam accepit. Huius rei conditionisque hominum miserus ipse Dei filius, qui in præcepto patris sui hominem fecerat, pro nostra fragilitate, dignatus est hominis assumere formam, non amittens suam deitatem. Atque hic

*Elegans de
præuaricatione hominis
disputatio.*

m

*Ad quid
incarnatus
filius Dei.*

est homo Iesus Christus, qui recuperavit iterum illum hominem, & diabolum patiendo crucem vicit: præterea irrisiones atque insultationes tolerans, vicit etiam mortem moriendo, vt paradisum resurgendo aperiret. Iam vt nemini fieret dubium, illuc omnes in Christum credentes intrare, primo latronem ipsum Christus induxit: cui in ligno crucis positus, lignum præuaricationis excussit, cæterisque omnibus paradisum animabus sanctis, de hoc corpore exeuntibus, aperuit. Denique in die nouissima resurgentibus, etiam regna cœlestia vt intrare valeant, patefecit. Iam igitur, qui modò vult ad vitam, is currat, & ad paradisum redeat, licet: vnde pater noster carnalis Adam foras missus, in isto nos omnes generauit exilio. Contrà, aperuit nobis Dominus Iesus paradisi ianuas, vt ad patriam illam reuertamur, in qua mors locum non habet, & in qua iuge gaudium perseuerat. Cùm hæc & similia loqueretur Apostolus, ecce tumultus luctuosus subito ortus est, in quo Regis filius mortuus plangebatur. Ad cuius funus stabant magi, qui cum non possent suscitare eum, conabantur Regi persuadere, hunc à diis raptum esse in collegium suum, vt sit vnus ex diis, cui oporteat & simulachrum fabricari & templum. Quæ cum audiisset Candacis Eunuchus, ingressus ad reginam, dixit illi: Istos quidem magos iubeto custodiri: tum verò rogo te, vt veniat ad nos Apo-

*Superstitio
incantatoris.*

stolus Dei Matthæus. Et si ipse cum nobis resuscitauerit, istos viuos incendi curabis, quia omnia mala per ipsos in Ciuitate nostra eueniunt. Tunc missi sunt per Candacem virum honoratum à latere Regis aliqui, qui rogantes Apostolum cum honore introduxerunt ad Regem. Ingresso autem Matthæo, prostravit se Euphenissâ Regina Æthiopum ad genua eius, & dixit: Agnosco te Apostolum à Deo missum pro salute hominum, & eius esse discipulum qui mortuos suscitabat, & omnes ægritudines ab hominibus suo Imperio pellebat. Nunc ergo veni, & inuoca nomen eius super defunctum filium meum: & credo quòd si hoc feceris, reuiuifcet. Dicit ei Apostolus: Atqui prædicationem Domini mei Iesu Christi, adhuc ex ore meo non audiuisti: & quomodo dicis, credo? Ideòque scias, filium tibi tuum reddi. Ingressusque expandit manus suas ad cælum, & dixit: Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob, qui ad restaurationem nostram, vnigenitum filium tuum de cælo ad terras misisti, qui nos ab errore conuerteret, & te nobis verum Deum demonstraret, memor esto dictorum Domini nostri Iesu Christi filij tui: Amen dico vobis, quia omnia que in nomine meo petieritis à Patre meo, dabit vobis. Vt cognoscât ergo gentes, quia præter te nõ est alius omnipotens, & vt vera sit hæc assertio oris mei, excitetur puer iste. Et adprehédens manum defuncti, ait

*Oratio regi-
ne ad Mat-
thæum.*

*Responsio
Apost. cum
admiratiõne.*

*Resurgit
mortuus.*

In nomine Domini mei Iesu Christi crucifixi, exurge Euphranon. Et festim exsurrexit puer. Ad hoc factum expauit cor regis, & statim iussit deferri ei coronas, & purpuram: Et præcones misit per ciuitatem, & diuersas prouincias Æthiopiæ, dicentes: Venite ad ciuitatem, & videte Deum in effigie hominis latentem. Cùmq; venisset omnis multitudo cum cereis & lapidibus, & cum thymiamate, ac diuerso sacrificiorum ritu, Matthæus Apostolus Domini hac voce omnes alloquitur: Ego Deus nō sum, sed seruus Domini mei I E S V Christi, filij Dei omnipotentis, qui me misit ad vos, vt relicto errore simulachrorum vestrorum, ad verum Deum conuertamini.

*Alludit ad
ornamēta co-
ronarū, qua
maximis vi-
ris ob max.
beneficia in
rempub. vel
populū colla-
ta, deferebā-
tur. de quib.
cōsule lib. 10
Operis nostro
de Romana
militia.*

Quod si me hominem similem vobis putatis Deum, quanto magis hunc Deum debetis credere, cuius me seruum esse confiteor, in cuiusque nomine ego mortuum hunc Regis filium excitauit? Et hunc omnes qui capaces tam euidentissimæ rationis estis, aurum & coronas aureas, & argentum ab oculis meis tollite, & iis diuenditis templum Domino extruite, atque ibi congregemini ad audiendum verbum Domini. Quo audito, intra triginta dies vndecim milia hominum congregata fabricantes Ecclesiam Sanctam consummauerunt. Et vocauit nomen templi Matthæus, Resurrectio, quoniam per resurrectionem occasio ædificationis extiterat. Sedit autem in Ecclesia illa

*Templis no-
mina primū
indita.*

Matthæus annis xxij. & constituit presbyteros ac Diaconos, & per ciuitates & castella ordinauit Episcopos, & multas construxit per loca diuersa Ecclesias. Et baptizatus est rex Æglippus & Regina Euphenissa, & filius eius qui suscitatus erat, Euphranon: & filia eius Ephigenia baptizata, & virgo Christi permansit. Interea magi timentes, fugerunt ad Persas. Caterum longum est narrare, quanti cæci illuminati, quanti paralytici curati, quot denique à dæmoniis liberati, & quot mortui suscitati ab Apostolo fuerint. Ad eò Christianissimus rex iste fuit, & gloriosissima eius coniunx, deuotus quoque omnis exercitus & populus Æthiopiæ. Esset autem longum recensere, quomodo omnia simulachra, omniæque templa destructa sunt: quæ omnia propter copiam rerum præteriens, quo ordine passionem Sanctam celebrauerit, retexam. Non multo post enim rex Æglippus senectute expleta, perrexit ad Dominum, & accepit Hyrtacus Rex adelphus imperium eius. Hic cùm vellet accipere Ephigeniam filiam defuncti Regis vxorem, iam Christo dedicatam, & quæ sacrum velamen acceperat de manu Apostoli, præposita iam virginum amplius quàm ducentarum, sperabat tum rex Hyrtacus, quod per Apostolum posset eius animum commouere. Quare cepit cum sancto Matthæo agere, dicens: Dimidium regni mei accipe, tantum vt Ephigeniam queam matrimonio meo copula-

*Episcopi per
castella ordi-
nati, Rex
Æglippus
baptizatus
cum familia.*

*Idola in Æ-
thiopia de-
struuntur.*

Mors Regis.

*Hyrtacus
regnat.
Ephigenia in
matrimoniu
expctitur.*

*Promissū
in suam sen-
tiam nititur
Apostolo. per-
trahere.*

re. Cui beatus Apostolus ait: Iuxta bonum propositum prædecessoris tui Regis, qui omni die sabbato conueniebat, ubi verbum domini prædicabam, iube illic & tu conuenire vniuersas virgines quæ cum Ephigenia sunt: & audies coram populo, quantas laudes & quanta bona de bono coniugio loquar, & quemadmodum satis Deo accepta sint sancta coniugia. Quo audito Hyrtacus gratulatus est, & iussit congregationi illic interesse etiam Ephigeniam, quasi audituram ex ore Apostoli, ut coniunx fieri Hyrtaci consentiret. Facto autem in congregatione magno silentio, aperiens os suum Apostolus dixit: Audite sermonem meum omnes filij Ecclesiæ, audite & intelligite omnia quæ audistis, ut maneat scripta in cordibus vestris. Deus vester nuptias benedixit, & ipse permisit amorem corporibus dominari in sensibus carnis, ad hoc ut vir diligat uxorem suam, & mulier diligat virum suum. Ecce autem vidimus frequenter euenisse, ut vxor virum suum exeretur vsque ad interitum, & venenum, & gladium, & repudium. Similiter & vir suæ coniugi molitur, cum sit carnis tanta charitas, ut stimulet mentis incensum. Porro, quid si non esset iste stimulus amoris in carne concessus? Ergo hic stimulus si cum amore Dei usum suum exhibeat, & amore filiorum vir mulierem accipiat, & mulier virum, bonus est, & non est con-

Sermo S.
Matthæi de
coniugio, &
virginū ve-
larum ce-
libatu.

tra præceptum Dei: ita tamen ut mulier alterum virum penitus nesciat, similiter & vir omnino alteram fœminam perhorrescat. Dei enim regula si custoditur à coniugibus, à sordè commixtionis eos mundat. Sordes autem sunt corporum, quæ à Deo lauantur per eleemosynas & opera misericordiæ: non crimina, quæ non lauantur, nisi per lacrymas pœnitendo. Coniugium ergo commixtionis pollutionem habet, crimen non habet. Denique diebus certis siue quadragesimæ, siue legitimorum ieiuniorum temporibus, tam ab edacitate carniū, quàm commixtione corporum, qui non abstinerit, non pollutionem solum, sed etiam simul crimen incurrit. Neque verò manducare crimen est, sed incongruè manducare peccatum est, & crimen. Denique si aliquis prius cibum carnalem accipiat, & postea ipso die, quo iam cibo naturali refectus est, cibum spirituales præsumat, ex utroque cibo reus criminis & inhonestatis & præsumptionis efficitur, non ideo quia manducauit, sed quia contra ordinem, & contra iustitiam, & cōtra regulam Dei, cibo carnali prius refectus est. Non ergo reum facit aliqua operatio hominū, sed irrationabilitas eius operis, suum damnat auctorem. Denique & homicidas sæpe vidimus statuas & imagines adorarè: homicidam utique, qui hominè pacis inimicum, aut barbarum, aut latronem occiderit, non ibi iam quia hoc homicidium bonum est,

Elegantissima
Apostoli
disputatio, de
malo & bono
vsu rerū vel
bonarum vel
malarum.

Cibus spiri-
tualis ante
corporalem
sumitur.

erit bonum homicidium hominis innocentis. Frequenter etiam & mendacium, cum per naturam suam malum sit, bonum fieri videtur ex causa. Nam si te ab inimico tuo volenti te percutere, possis aliqua ratione abscondere, & ille omnino quoniam deuenis querat, tum tu non solum negare, sed etiam periurare consueuisti. Ibi duo quidem mala sunt, mendacium & periurium: & vtraque tamen mala, bonum prouincere probantur in fructum. Deus autem non arctè nostri operis circumscripsit limites, quasi dicas, in iudicio eius timui mentiri, ideo hominem tradidi: aut si dicas, Timui perdere nummum, ideo damnatum immensi ponderis auri incurri. Non ergo sunt aliqua opera sic mala, semper ut per naturam mala sint, sed per intemperantiam nostram. Nam si præsumat sacramentorum mysteria sumere is, qui nondum est cælesti aqua perfusus, rem bonam conuertit in crimen, & inde reatum æternæ pœnæ incurrit, unde à reatu æternæ pœnæ potuerat liberari. Ita & nuptiarum bona, cum à Deo benedicuntur coniugia, à Deo sanctificantur, ac per Sacerdotum benedictiones à Deo specialiter consecrantur, videntur aliquibus aliquam habere diuinæ indignationis offensam. Hæc dicente sancto Matthæo, rex Hyrtacus clamoris laudibus cum suis comitibus perstrepebat: existimans eum hæc ideo dicere, ut animum Ephigeniæ ad eius coniugium inclinaret. Sed postquam diu-

*Vnus sacra-
mentorum.*

*Conclusio, an
omnes nuptie
sint bonæ, &
ad esse homo
ex necessitate
alligetur.*

tissimè clamatum est in eius laudem, sermonem Apostolus repetiit, factò silentio, & dixit: Vide te filioli & fratres, in quantum noster sermo proruperit, ut etiam homicidium bonum posse fieri probaremus. Cum hic occiditur, qui si non esset ipse solus occisus nocens, multos potuisset occidere innocentes: sicut est occisus Goliath, & sicut est occisus Sisara, sicut occisus est Aman, sicut est truncatus Holofernes, & sicut denique sunt occisi cum laude, qui vestris sedibus inimicabantur & regnis: sic ergo & matrimonia dum copulantur, boni operis honestate ornantur, si sanctè, & iustè, & integrè & irreprehensibiliter copulentur. Nam si hodie despõsitam regis, seruus regis vsurpare audeat, non solum offensam, sed etiã crimen tam grande incurrisse dignoscitur, ut meritò viuens tradatur flammatarum incendiis: non ideo quidem, quia duxerit uxorem, sed quia sponsam regis sui accepisset. Ita etiam tu, ô fili charissime rex Hyrtace, sciens Ephigeniam filiam regis defensoris tui, sponsam regis cælestis esse effectam & Sacro velamine consecratam, quomodo quæso poteris sponsam potentioris te tollere, & tuo eam matrimonio copulare? Ad hunc sermonem Hyrtacus rex, qui per singulas dictiones Apostoli laudator extiterat, ira accensus abscessit. Apostolus verò intrepidus & constans, eo magis etiam alacrior, reliquum sermonem profecutus est, dicens: Audite me qui

*Elegans om-
paratio d bo-
micio.*

*Dissuadet
coniugium.*

*Hyrtaci fu-
ror in beati
Matth.*

timetis Deum: Rex terrenus pauci tēporis dominationem habere cognoscitur, Rex autem cœlestis æternum imperium tenet. Et sicut inenarrabilia gaudia habere facit eos qui fidem suam ipsi custodiunt: ita inenarrabilibus tormentis illigat eos, qui à fide eius & sanctitate discedunt. Quod si timenda est ira regis offensusi, multo quidem magis cœlestis regis offensam metuenda erit. Nam ira hominis, siue supplicii, siue ignibus, siue ferro coerceat, in tormenta temporum definit: ira autem Dei æterna gehennæ peccantibus flammis accēdit. Vnde dominus & magister Iesus Christus præcius futurarum, dixit: Apud reges stabitis, qui cum flagellauerint aut occiderint vos, posthæc non habent quid facere. Et ideo dico vobis, non timeritis eos: illum autem time, qui postquam occiderit, potestatem habet perdere, & in gehennam mittere. Dico vobis, hunc time. Tunc Ephigenia prostravit se coram omni populo ad pedes Apostoli, & dixit: Obsecro te per ipsum, cuius Apostolus es, vt imponas super me & super has virgines, manus, vt per verbum tuum sint Domino consecratæ, vt possimus euadere minas illius, qui adhuc viuente patre meo & matre, multa minabatur, & multis minis terrebatur nos, multisque muneribus inuitabat. Si hoc viuentibus illis audebat, quid modò facturum putas, vbi regnum iam in manibus habet? Tum Apostolus, confidentiam habens in Dominum

*Verbi Christi
sua virtus.*

*Ephigenia
precatio pro
impositione
manuum.*

suum, & nihil penitus Hyrtacum metuebat: & imponens velamen super caput eius, & supra capita omnium virginum quæ cum ea erant, hanc benedictionem dixit: Deus plasmatior corporum, afflator animarum, qui nunquam spernis ætatem, non sexum reprobas, non vllâ conditionem gratia tua ducis indignam, sed omnium æqualis creator es & redēptor: tu has formulas tuas, quas ex omni numero gregis bonus pastor eligere, atque ad conferendam coronam perpetuæ virginittatis, castimoniam conseruare animæ dignatus es, tuæ protectionis scuto circuntege: vt quas ad omne opus virtutis & gloriæ magistrante sapientia præparasti, & vincentes carnis illecebras, & licita connubia recusantes, insolubilem filij tui Domini nostri Iesu Christi copulâ mereantur. His petimus Domine, arma suggeras, non carnalia, sed spiritus virtute potētia, vt te muniēte earū sensus & mēbra in earum corpore non possit dominari peccatum: atq; sub tua gratia viuere cupiētibus, nihil sibi defensor malorū, & inimicus bonorum, de his vasis iam tuo nomini consecratis præualeat vindicare. Omnem etiam genuinum calorem imber gratiæ tuæ cœlestis extingat, lumen verò perpetuæ castitatis accendat. Facies scandalis pudica non pateat, nec incautis occasione præbeat negligentia delinquendi, sitque in eis cauta virginittas, & ornata pariter, & armata fide integra, spe certa, & charitate sincera: vt præpa-

*Nota plenâ
emphasi præ-
cationem pro
virginitate
custodiendâ.*

*Arma
Christianorū*

*Benedictio
pro cōseruandâ
virginitate.*

ratis animis ad continentiam virtus tanta praestetur, quae superet diaboli vniuersa figmenta: atque contemendo praesentia, futura sectentur, ieiunia epulis carnalibus praferant, & lectiones sacras conuiuibus & potationibus anteponant. Vt orationibus pastae, & eruditionibus expleat, illuminatae vigiliis, opus gratiae virginalis exerceant. His virtutum armis has tuas famulas interius exteriisque communiens, praestata inoffensum cursum virginitatis, ut huc implere, per ipsum dominum nostrum Iesum Christum, redemptorem animarum nostrarum valeat: cum quo est deo patri honor & gloria, in spiritu sancto, & nunc & semper, & per immortalia saecula saeculorum. Cuique respondissent, Amen, & mysteria Domini celebrata, & missam suscepisset omnis ecclesia, retinuit se, ut iuxta altare, ubi corpus ab eo fuerat Christi confectum, illic martyrium apostolicum exultaret. Itaque non multo post, expansis manibus orationem, spiculator missus ab Hyrtaco, a tergo percussim, vnius gladii ictu feriens apostolum, martyrem Christi effecit. Quo audito, omnis populus ad palatium cum igne pergebat. Cui furati populo occurrerunt omnes presbyteri, & omnes diaconi ac clerici, simul cum discipulis sancti Apostoli: Nolite fratres (dicebant) contra preceptum domini agere. Nam & Petrus apostolus, arrepto gladio, amputauerat Malchi auriculam, qui Dominum tenebat cum turbis. Et ne videretur laesus, vicem rependere laesionis iussit, ipsam scilicet auriculam amputatam loco suo reponi. Quae ap-

Missae celebratio.

B. Matth. martyrium.

Ab exemplo feror populi solatur.

posita ab apostolo, solidata mox est. Et dixit Petro tum dominus, Nunquid, si vellem, non mihi exhiberet Pater meus plusquam XII. mille legiones angelorum? Celebremus ergo omnes cum gaudio martyrium apostoli, & quod Deus ordinare voluerit, expectemus. Interea Ephigenia, sacratissima virgo Christi, quidquid in auro & argento ac gemmis habere potuerat, hoc totum sacerdotibus contulit, & omni clero, dicens: Postquam dignam Apostolo Christi fabricaueritis Ecclesiam, quidquid superfuerit, pauperibus erogabitis; me autem oportet certamen habere cum Hyrtaco. Factum est autem post haec secundum verbum Ephigeniae, ut omnium nobilium uxores miserit rex Hyrtacus ad eam, sperans, quod aliqua ratione posset ad eius consensum peruenire. Quod cum penitus non posset, conuocauit magos, ut daemonum illam ministerio raperent. Qui cum & ipsi nulla hoc possent consequi ratione, fecit circumdari ignem praetorio, in quo cum virginibus Christi commanens, domino suo die noctumque famulabatur. Sed cum per circuitum ignis arderet, apparuit angelus domini, cum Mattheo Apostolo, & dixit: Ephigenia firma esto, & noli expauescere hos ignes. Ad illum enim, a quo tibi sunt suppositi, reuertentur. Igitur cum per gyrum praetorii sanctae Ephigeniae flammae perstreperent, excitauit deus veterum validissimum, & mutauit omne illud incendium a domo virginis suae, & ita consumpsit palatium Hyrtaci, ut non inde posuerit aliquid ex facultatibus liberari. Ipse au-

Ephigenia sua clero largitur.

Angelus confortat Ephigeniam.

Ultio divina.

tem Hyrtacus cum suo filio vnico vix euasit, sed melius fuerat incendio interiisse. Ceterum filiū eius vehementissimus mox demō impleuit, qui illū cursu rapidissimo ad Apostoli Matthæi sepulchrum adducēs à tergo manibus ab ipso diabolo colligatis, confiteri eū paterna crimina cōpellebat. Ipsum autē Hyrtacū elephātiæ vulnera à capite vsque ad vltima pedū vestigia ligauerunt. Quod cū medici curare nō possent, ipse in se gladiū ponens, illi incubuit, digno supplicio: vt qui à tergo Apostolū domini percusserat, ipse à recto seipsum stomacho perforaret. Quo facto, omnis populus insultans morti eius, apprehenderūt cum omni exercitu fratrem Ephigeniā, nomine Beor, qui per Ephigeniā germanā suā, de manu Matthæi fuerat gratiā domini cōsecutus. Is itaque anno ætatis suæ xxv. regnare in Æthiopia cœpit, & regnauit per annos xliij. Facti sunt autē omnes dies annorū vitæ eius, octoginta octo. Et se viuente, cōstituit vnum ex filiis suis ducem omnis exercitus, alterū verò regē. & vidit filios filiorum suorū, vsque in quartā generationem: & habuit pacem firmissimā cum Romanis & Persis. Omnes quoque prouinciæ Æthiopū Ecclesiis repletæ sunt Catholicis, vsque in hodiernum diem, per Ephigeniam. Et fiunt ibi mirabilia magna, ad confessionem beati Apostoli: qui primus Hebræo sermone cōscripsit Euāgelium domini nostri Iesu Christi, qui cum Patre & Spiritu Sancto viuuit & regnat, &c.

Prodigiōsa mors Regis.

Beor Ephigeniæ germanus succedit in regnum.

Religio Christiana viget in Æthiopia.

LIBER OCTAVVS CERTAMI- nis Apostolici, ab Abdia Babylonis Episcopo, & Apostolorum discipulo, lingua Hebraica scripti, & à Iulio Africano versi, De rebus per Indiam à beato Bartholomæo gestis.

INDIÆ tres esse ab historiographis *Triplex India.* asseruntur. Prima est India, quæ ad Æthiopiam vergit: secunda, quæ ad Medos: tertia, quæ finem facit. Nam ex vno latere tenebrarum regionem gerit, ex alio latere mare Oceanum. In Indiam ergo *B. Barthol.* ueniens Bartholomæus Apostolus, ingressus est *ex sorte Re-* templū Indiæ, in quo erat idolum Astaroth, & *gio contigit.* quasi peregrinus, ibidem manere cœpit. In hoc idolo dæmō talis erat, qui diceret se curare languētes, & cæcos quos ipse lædebat, illuminare. Erant enim sine Deo vero homines illi, & necesse erat vt à Deo falso ludificerentur. Deus autem falsus hac arte illudit eos, qui verum Deū non habēt. Facit eis dolores, infirmitates, dāna, *Gens idola-* pericula: & dat responsa, vt sacrificent sibi: & cū *tria dedita.* immissa remouet, tanquam ab eo sanentur, omnes existimāt. Hoc quippe videtur stultis, quòd sanct. Ille autem non sanādo subuenit, hoc est, à læsione cessando. Ita cum desinit lædere, curasse putatur. Vnde factum est, vt sancto Bartholomæo *Ledit demō-* isthic manente, nulla posset respōsa Astaroth dare, neque vllis ex his quos læserat subuenire. *cum sanasse putatur.* Cūque iam plenum esset languentibus

templum, & quotidie sacrificantibus nullū daret Astaroth respōsum, hi qui ex longinquis regionibus adducti iacebant, cū neque sacrificando, neque seip̄os more suo laniando proficerent, perrexerūt in aliam ciuitatem, vbi aliud dæmonium colebatur, cui nomen erat Beireth. Et illic sacrificantes, cœperunt inquirere, quare Deus eorū Astaroth amplius non daret responsa. Quibus respōdens Beireth, dixit: Quia Deus vester sic captiuus & religatus tenetur, vt neque suspirare, neque loqui audeat, ex illa hora qua illic Bartholomæus ingressus est. Et dicunt illi: Et quis est iste Bartholomæus? Respondit dæmon: Amicus Dei est omnipotentis, & ideo huc venit in istam prouinciam, vt numina quæ colunt Indi, euacuet. Tum illi: Dic nobis signa eius, vt possimus inuenire eum: quia inter multa milia hominum difficile est nobis cognoscere illum. Respondēs autem dæmon, dixit: Capillo nigro capitis est, & crispo. Caro illius candida, oculi grandes, nares æquales & directæ, aures coopertæ crine capitis: barba prolixa habens paucos canos: statura æqualis, quæ nec breuis, nec longa possit aduerti. Vestitus colore albo, clauato purpura. Induitur pallio albo, habente per singulos angulos singulas gemmas purpureas. Viginti sex anni sunt, ex quo nunquam sor didantur vestimenta eius. Similiter & sandalia eius amentis latis per viginti quinque annos nunquam veterascunt. Centies flexis genibus

*Interrogatio
Sacerdotum.*

*Descriptio
symmetria
corporis beati
Barthol.*

*Vestimento-
rum duratio.*

per diem, centies per noctem orat Deum. Vox eius quasi tuba vehemēs est. Ambulant cum co angeli Dei, qui non permittunt eū fatigari, non esurire. Semper eodem vultu, eodē animo perseuerat: omni hora hilaris & lætus permanet: omnia præuidet, omnia nouit, omnem linguam omnium gentium & loquitur & intelligit. Ecce & hoc quod vos interrogatis, & quod ego do responsū de eo, iam nouit. Angeli Dei famulantur illi, & ipsi nunciāt omnia. Et cum cœperitis eum querere, si vult ostēdet se vobis: si nō vult, nō poteritis eum videre. Rogo autem vos, vt dum eum inueneritis, rogetis eum, vt vel huc non veniat: vel hoc faciant mihi angeli qui cum eo sunt, quod fecerunt collegæ meo Astaroth. Igitur reuertentes illi, cœperunt circumire omnium peregrinorum hospitales, atque aspicere vultus & habitum singulorum, & per duos dies non inuenerunt. Factum est autem, vt quidam plenus dæmonio clamaret, & diceret: Apostole Bartholomeæ, incendūt me orationes tuæ. Tum Apostolus: Obmutescē (inquit) & exi ab eo. Et statim liberatus est homo ille, qui per multos annos fuerat fatigatus dæmonio. Polymius autem rex prouinciæ illius, cū haberet filiam lunicam, nūciatum est ei de casu dæmoniosi, & liberatione. & misit qui rogarent eum, dicentes: Filia mea malè vexatur, peto vt sicut liberaisti Pseustium, qui per multos annos passus est, ita & filiam meam sanes. Et surgēs Apostolus, per-

*Orationis
perseuerantia*

*Quod vinit
vinit Deo
B. Barthol.*

*Homo libe-
ratur à dæ-
mone.*

*Polymij re-
gis ad Apo-
stolum depre-
catio.*

rexit ad Regem. Ingressusque ad filiam, vt vidit eam cathenis strictam, propterea quòd omnes morsu atrectabat, & quos poterat tenere scindebat, & cœdebat, ad eò vt nullus auderet ad eam accedere, primum iussit eam solui. Et cum ministri manum immittere non auderent, dicit Apostolus: Iam ego teneo vinctum inimicum, qui in ipsa erat, & vos adhuc timetis eam? Ite & soluite eam, eleuate & reficite, & crastino mane adducite eam ad me. Euntes aures, fecerunt sicut iussit Apostolus, nec dæmon deinceps vexauit eam quidquam. Quod vbi intellexit Rex, oneravit Camelos auro & argèto, gemmis ac vestibus, & cœpit querere Apostolum: sed non inuenit eum amplius. Et reportata sunt omnia iterum ad palatium Regis. Factum est autem, cum trãsisset nox, & aurora futuri diei inciperet, apparuit regi Apostolus, ostio clauso, in cubiculo ipsius, dicens: Vt quid me quæstisti tota die, cum auro & argento, gemmis ac vestibus? Ista enim munera eis sunt necessaria, qui terrena quærunt. Ego verò nihil terrenum, nihil carnale desidero. Vnde scire te volo, quia filius Dei dignatus est per vterum virginis nasci cum homine, ita vt homo in virginis vulua conceptus, secum inter ipsa secreta virginis haberet Deum, qui fecit cœlum & terram, mare & omnia quæ in eis sunt. Hic simul cum homine natus, partu virginis, cœpit habere initium nascendi cum homine, cuius initium ante sæcula à Deo Patre est.

Regis filia curatur.

Respuit munera Apoſto.

Sine initio nunquam non fuit, & omnibus initium dedit siue visibilibus, siue inuisibilibus creaturis. Hæc autem virgo cum exeretetur omnè virum, & ipsa seruandæ virginitatis votum prima Deo omnipotenti vouit. Primam autè ideo dixit, quia ex quo homo factus est ab initio sæculi, nulla hoc votum Deo obtulit. Hæc ergo prima inter fœminas hoc cõstituit in corde suo, vt diceret: Domine, offero tibi virginitatem meam: cum hoc à nullo homine nec verbo didicisset, nec exemplo, ad imitationem videlicet inuitata, constituisset, vt virgo pro amore Dei specialiter permaneret. Huic subitò in suo cubiculo clausa, splendens, sicut sol, Gabriel angelus apparuit. Quæ cum terrore perculsa, hoc viso expauisset, ait ad illam angelus: Noli timere Maria, quia concipies. At illa timore deposita, constanter ait: Quomodo fiet hoc? quia virum non cognosco. Cui angelus respondit: Propter hoc Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi. Ideòq; quod ex te nascetur sanctum, filius Dei vocabitur. Hic ergo cum natus esset, passus est se tentari à diabolo illo, qui primum hominem vicerat suadendo, vt de arbore vetita à Deo manducare præsumeret. Ipsum ergo permisit ad se accedere: vt sicut dixerat Adæ, id est, primo homini, per mulierem, Manduca, & manducauit: qua de causa de paradiso proiectus fuit, & in hunc mundum exiliatus, vbi & genuit omne genus humanum.

Nouam virginis propositum.

Elegans & firma ad fidem Christi per-suasio.

Ita & isti dixit: Dic lapidibus vt panes fiant, & manduca vt non esuriam. Cui respondit: Non in pane tantū viuit homo, sed in omni verbo Dei. Hic ergo diabolus, quia per manducantem hominem vicerat, victoriam suam per ieiunantem & se continentem amisit. Par enim fuit, vt qui filium virginis vicerat, à filio virginis vinceretur. Tūc rex ei Polymius: Et quomodo (inquit) dixisti primam hanc esse virginem, ex qua natus est homo cum Deo? Apostolus respondit: Ago Deo gratias, quia sollicitè audis. Primus, inquam, homo Adam dictus est, qui de terra factus est. Terra autem illa de qua factus est, virgo fuit: quia nec sanguine humano polluta fuerat, nec ad sepulturam alicuius mortui à quoquam erat aperta. Par ergo erat, vt dixi, vt qui filium virginis vicerat, à filio virginis vinceretur. Et ideo, sicut qui victor extiterit tyranni, mittit comites suos, vt in omnibus locis, vbi tyrannus possidet, titulos regis sui victoris triumphatorios imponant: ita hic homo Christus Iesus, qui vicit, misit nos in omnes prouincias, vt expellamus ministros diaboli, qui per templa instantius habitant: & homines qui eos colunt, de potestate eius qui victus est, auferamus. Ideoq; argentum & aurum non accipimus, sed contempnimus, sicut ipse contempsit. Ibi enim cupimus esse diuites, vbi solum eius regnat imperium: vbi nec languor, nec morbus, nec tristitia, nec mors, locum aliquem habent. Sed vbi

Rex docibilis.

Vrget ab exemplo.

felicitas perpetua & beatitudo perennis est, & gaudium sine fine, & vbi denique deliciae sempiternæ manent. Inde est, quòd templum vestrū ingressus demonem qui de idolo dabat responsa, ab angelis eius qui me misit religatum obtineo. Quocirca si baptizatus fueris, & permiseris te illuminari, faciam te videre & cognoscere, quanto malo careas. Nam omnes illi qui iacent in templo agrotantes, audi qua arte curet eos demon, fallacis illudēs: sicut diabolus, qui primum hominem vicit, vt sæpe iam dixi, quia per ipsam victoriam pessimam potestatem habere videtur. Et in aliis quidem maiore, in aliis verò minore, in his scilicet qui minus peccāt. Ipse quippe diabolus facit arte sua homines ægrotare, & suadet eos credere idolis. Et vt in animabus eorum potestatem obtineat, cessat eos tunc lædere, cum dixerint lapidi, aut metallo: Tu es Deus meus. Sed quia dæmon, qui in statua latebat, iam à me victus tenetur, sacrificantibus & se adorantibus nullum potest dare responsum. Sed si vis probare ita esse, iubebo illi vt ingrediatur statuam suam, & faciam eum confiteri hoc ipsum, quòd sit religatus, & responsa amplius dare non possit. Dicit ei rex: Cras prima hora parati erunt Pontifices sacrificare illi, & ego illis ibi mox superueniam, vt videam hoc factum mirabile. Factum est autem altera die, prima hora diei, sacrificantibus cœpit clamare demon: Cessate miseri sacrificare mihi, ne

Ars seductoris diaboli.

peiora patiamini, quam ego, qui catenis igneis religatus sum ab Angelis Iesu Christi, quem Iudæi crucifixerunt, putantes eum in morte posse detineri: Ille autem ipsam mortem, quæ regina nostra est, captiuauit, & ipsum principem nostrum, maritum mortis, vinculis ignitis vinxit: & tertia die victor mortis & diaboli, resurrexit, & dedit signum crucis suæ apostolis suis, quos misit in vniuersas orbis partes, ex quibus & hic vnus est qui me vincitum tenet. Pero autem vos, vt rogetis eum pro me, vt dimittat me ire ad alteram prouinciam. Quæ vbi audiuit Bartholomæus: Confitere (inquit) immundissime, istos omnes qui hic agrotationes varias patiuntur, quis est qui eos læsit? Respondit dæmon: Princeps noster diabolus sic quomodo ligatus est, ipse nos mittit ad homines vt lædamus, primò quidem carnem eorū: quoniam animas hominum non possumus habere in potestate, nisi sacrificauerint. At vbi pro salute corporis sui nobis sacrificauerint, cessamus affligere illos ex eo, quia iam in animas eorum potestatem habere incipimus. Iam ergo per hoc quod ab eorum læsione cessamus, videmur curare eos, & tanquam dij colimur: cum pro certo simus dæmones, ministri eius quem in cruce positus Iesus virginis filius religauit. Ab illo autem die qua Apostolus eius huc venit Bartholomæus, ardentibus catenis structus consumor: & ideo loquor, quia hæc ille iussit, alioquin nõ

Istorum agrotationum autor diabolus.

Incepitur malus spiritus.

ausus fuissẽ loqui eo præsentẽ, atque ad eò ne ipse princeps quidem noster. Tum Apostolus conuersus ad dæmonem: Quare non saluas, inquit, hos omnes qui ad te cõuenerunt? Respondit dæmon: Nos quando corpora lædimus, nisi animam læserimus, corpora sine læsione perdurant. Tunc conuersus apostolus ad plebem: Ecce quem Deum colebatis, ecce quem vos curare putabatis. Audite nunc ex me verum Deum, creatorem vestrum, qui in cælis habitat. Non lapidibus vanis credatis. Sed si vultis vt orem pro vobis, & omnes hi sanitatem recipiant, deponite idolum hoc, & confringite. Et cum hoc feceritis, templum hoc Christi nomini dedicabo, & vos omnes in isto tẽplo Christi baptisinate consecrabo. Tunc iussu Regis omnes populi miserunt funes & trochleas, & simulachrum nõ poterant euertere. Apostolus autẽ dixit eis: Soluite vincula illius. cumq; exsoluissent omnia vincula, dixit ad dæmonem qui in eo erat: Si vis vt non te faciam in abyssum mitti, exi de isto simulachro, & confringe illud, & vade in desertum vbi nec avis volat, nec arator arat, nec vnquã vox hominis resõnauit. At ille statim egrediens, comminuit omnia genera idolorum. Nec solum maius idolum, sed vbicumque pro ornatu templi, sigilla erant posita minutauit, ita vt picturam omnem deleisset. Tunc omnes vna voce clamare cœperunt: Vnus Deus omnipotens, quem prædicat Apostolus eius Bartholomæus.

Fugatur diabolus verbo.

*Voce testatur
vnum Deum.* Quibus factis, expandens manus suas Aposto-
lus ad cœlum, dixit: Deus Abraham, Deus Isaac,
& Deus Iacob, qui ad redemptionem nostram
vnigenitum tuum filiũ, Deum nostrum & Do-
minum direxisti, vt nos omnes qui eramus ser-
ui peccati, suo sanguine redimeret, & tibi filios
faceret. *Via cogno-
scendi Deum
vnum.* Qui verus Deus ex hoc cognosceris,
quia semper idem es, & immutabilis perseue-
ras: vnus Deus pater ingenitus, & vnus filius e-
ius vnigenitus Dominus noster Iesus Christus,
& vnus Spiritus Sanctus, illuminator & ductor
nostrarum animarum, qui dedit nobis potesta-
tem, vt infirmos saluaremus, cæcos illuminare-
mus, leprosos mundaremus, paralyticos absol-
ueremus, dæmones fugaremus, & suscitaremus
mortuos. Et dixit nobis: Amen dico vobis, quæ-
cunque in nomine meo petieritis à patre meo,
dabit vobis. Peto ergo in eius nomine, vt omnis
hæc multitudo saluetur: vt cognoscant omnes,
quia tu es Deus vnus in cœlo, & in terra & ma-
ri, qui salutem recuperas per ipsum Dominum
nostrum Iesum Christum: per quem est tibi do-
mino patri honor & gloria, cum spiritu sancto,
per immortalia sæcula sæculorũ. Cũque om-
nes respondissent, Amen: apparuit angelus do-
mini splendidus sicuti sol, habens alas. & per
quatuor angulos tẽpli circumuolãs, digito suo
in quadratis saxi sculpsit signum crucis, & di-
xit: Hæc dicit Dominus, qui misit me: Sicut om-
nes vos ab infirmitate vestra mūdaminĩ, ita mū-

*Templi dedi-
catio mirabi-
lis.*

daui templum hoc ab omni forde, & habitato-
re eius quem iussit Apostolus Dei ire in locum
desertum ab hominibus. Præterea me iussit do-
minus, quẽ vidẽtes nolite expauescere, vt prius
ostendam vobis, vt quale signum ego sculpsi in
his saxi, tale vos digito vestro facite in fronti-
bus vestris, & omnia mala fugient à vobis. His
factis, ostendit ei Angelus Domini ingentem
Ægyptium, nigriorem fuligine, faciem acutam
habentem cum barba proluxa, & crines vsque
ad pedes, oculos igneos sicuti ferrum ignitum,
scintillas emicantes ex ore eius, & ex naribus
egrediebatur flamma sulphurea. Habebat & a-
las spineas, sicuti histrix, eratque vincens à ter-
go manibus, igneis catheris strictus. Et dixit ei
Angelus Domini: Quoniam audisti vocẽ Apo-
stoli, & omnia pollutionem genera de isto tem-
plo mundasti, secundũ promissum Apostoli sol-
uam te vt vadas vbi nulla cõuersatio hominum
est, vel esse potest, & ibi sis vsque ad diem iudi-
cij. Et cũ exoluisset eum, vlulatum teterrim-
um dirẽ vocis emittens, euolauit, & nusquam
comparauit: Euolauit & angelus domini viden-
tibus cũctis, ad cœlum. Tunc rex vna cum vxore
sua, & duobus filiis, & cum omni exercitu
suo, & cum omni populo qui saluatus erat, &
vicinarum vrbiũ quæ ad eius regnum perti-
nebant incolis credens, baptizatus est, & depo-
sito diademate capitis, & purpura, cœpit Apo-
stolum non deserere. Interea colligentes se vni-

*Eiicitur dæ-
mon ab An-
gelis Dei.*

*Baptizatur
populus.*

*Astyages
frater regis.*

uerforum templorum Pontifices, abierunt ad Astyages regem, fratrem eius maiorem, & dixerunt: Frater tuus discipulus factus est magi hominis, qui templa nostra sibi vendicat, & deos nostros confringit. Cùmque hæc flentes referrent: rex Astyages indignatus, misit mille viros armatos cum Pontificibus, vbi inuentus esset Apostolus, vinctum illum perducerent ad eum. Quod cùm fecissent, dixit ad eum Astyages. Tunc es qui euertisti fratrem meum? Cui Apostolus. Ego non euerti eum (inquit) sed conuerti. Dixit iterum rex: Tu es qui deos nostros fecisti comminui? Respondit Apostolus: Ego dedi potestatem demonibus, qui in eis erant, vt ipsi conuassarent idola vna, in quibus degebant, vt omnes homines relicto errore crederet omnipotenti Deo, qui in cælis habitat. Dicit ei rex: Sicut tu fecisti fratrem meum, vt relinqueret Deum suum, & Deum tuum crederet: ita faciam te relinquere Deum tuum, & Deo meo credere, & ipsi sacrificare. Dicit ei Apostolus: Ego Deum quem colebat frater tuus, religatum & vinctum ostendi, & ipsum feci vt frangeret simulachrum suum. Si potueris hoc facere Deo meo, tunc me ad sacrificandum impelles. Si autem tu nihil Deo meo facere potes, ego omnes Deos tuos comminuam, & tu credes deo meo. Hæc cum diceret, nunciatum est regi, quod Deus eius Vualdath cecidisset, & minutim dissilisset. Qua re indignatus rex scidit perpuream vestem, qua indutus erat, & fe-

*Durè Astyages
contra
Apostolum
loquitur.*

cit exinde fustibus cordi beatorum Bartholomæi. Cæsum autem iussit decollari. Interea qui hæc audierant, venerunt duodecim ciuitatem populi, qui per illum crediderant, vnâ cum rege Polymio: & abstulerunt cum hymnis, & cum omni gloria corpus eius. Factum est autem tricesimo die depositionis eius, arreptus dæmonio rex Astyages, venit ad templum eius, & omnes Pontifices pleni dæmonibus passi sunt, & confitentes Apostolatam eius, ibidem mortui sunt: & factus est timor & tremor super omnes incredulos. Et crediderunt vniuersi, atque baptizati sunt à presbyteris, quos ordinauerat Apostolus Bartholomæus. Factum est denique per reuelationem, vniuerso populo acclamante, vt ab Apostolo ordinaretur Episcopus ipse rex Polymius: qui cæpit ab eo tempore in nomine Apostoli signa multa facere, fuitque in Episcopatu annis viginti: & demum perfectis omnibus, ac bene compositis ac stabilitis, migravit ad Dominum, cui honor & gloria sit in sæcula sæculorum, Amen.

*Ceditur beatus Bartholomæus.**Martyrium
Apostoli.
Astyages
mors & Pen-
tificum.**Polymius Episcopus
ordinatur.
In nomine
Apostoli
per Deum
signa facit.*

certaminis, ab Abdia Babylonia Episcopo in
lingua Hebraica conscripti, & à Iulio

Africano versi, de rebus beati

Thomæ Apostoli per In-
diam gestis.

*B. Thomæ
ad Apost.
cooptatio.
Cur diſtus
eſt Didy-
mus.*

BEATVM Thomam cum reliquis di-
ſcipulis, ad officium Apostolatus ele-
ctum, ipsũque à Domino Didy-
mum, quod interpretatur geminus,
vocatũ, fides Euangelica narrat. Qui licet re-
ſurgente Domino, diffidere sit viſus, eo quòd
cum diſcipulis ſuis, qui Christum se vidisse af-
firmabant, eis se habiturum antè fidem nega-
rit, quàm manus ſuas in vulnera & plagarum
vestigia imposuiſſet: tamen reprehensus mox
à magistro, qui apparuerat illi, & confirmatus
in fide, accepto que Spiritus sancti dono, Thad-
dæum, vnum ex septuaginta diſcipulis, ad Ab-
garum regem Edessenæ ciuitatis tranſmiſit, vt
eum ab infirmitate curaret, iuxta verbum quod
ci à Domino scriptum erat. Quod Thaddæus
ambienter impleuit, ita vt veniens, imposito
regi crucis ſignaculo, ab omni eum languore
curaret. Dum hæc fierent, Thomas interea mo-
rabatur in Hieruſalem: vbi diuina communi-
one iuſſus eſt Indiam ingredi, vt ſcilicet po-
pulo qui iacebat in tenebris, lumen oſtenderet
veritatis. Porrò legiſſe me memini quendam

*Thaddæi ad
Abgarum
reſponſio.
Vide Euseb.
lib. 1. Hiſto.
Eccleſiaſtic.
cap. 11. In-
dian ſeruitus
eſt B. Tho-
mas.*

librum, in quo iter eius in Indiam, & res ibi *Hiſtoria ge-
ſtæ explanantur: qui quòd ab aliquibus ob- ſtorum Apo-
ſtoli vnde
ſumpta ſit.*
verbositate non recipitur, ſuperuacaneis o-
miſſis, ea memorabo quæ fide certa conſtant,
ac legentibus grata ſint, & Eccleſiam roborare
poſſint. Igitur cum ſæpe à Domino commone-
retur, vt diximus, beatus Thomas, vt partes ci- *A Egre pe-
grinatione
ſuſcepit.*
terioris Indiæ ingrederetur: & ille quaſi Ionas,
à facie Domini fugiens ire differret, nec imple-
ret quæ ſibi diuinitus præcipiebantur, apparuit
ei Dominus in viſu noctis, dicens: Ne timeas
Thoma descendere in Indiam: Ego enim vado *Chriſtus ad-
dit animũ
timido.*
tecum, & non derelinquam te, ſed glorificabo
te iſthic, implebiſque certamen bonum, con-
feſſus me coram hominibus terræ illius: & ex-
inde aſſumam te cum gloria, & ſtatuam te cum
fratribus tuis in regno meo. Nam ſcito, quia
oportet te ibi multa pati propter me, vt co-
gnoſcant omnes te docente, quia ego ſum Do-
minus. Hæc cum audiſſet beatus Apoſtolus,
dixit: Quæſo Domine, ne dirigas illuc ſeruum
tuum. Regio enim illa longinqua & grauis eſt,
& incolæ ſunt loci illius iniqui, & ignorantes
veritatem. Accidit autem, vt his diebus, Hiero-
ſolymis eſſet negociator quidam Indus, Ab-
ban nomine, vt per Syriam peritum quen-
dam in architectura compararet, à Gundafero
rege miſſus. Huic per diem Dominus in ſpe-
cie humana apparens, ait: Quid hic tu, ô ho- *Abbâ Indus.*
mo, de tanto terræ ſpacio adueniſti? Et ille: A *Appariti-
o Domini.*

Domino (inquit) meo, Rege Indiæ, missus sum; requirens artificem structorem, qui ei palatia possit ædificare. Cui Dominus ait: Est mihi seruus talis, quem si volueris, comparabis. Et statim adduxit negociatorem ad hospitium Thomæ, & ostendens eum, inquit: Hic est seruus meus artifex, de quo locutus sum. Nunc autem de precio cum eo conuenite. Quod cum acceperit, duc eum quò volueris. Quod cum negociator fecisset, apprehensum sanctū Thomam deduxit ad nauem suam. Et ascendentes mense tertio, in Indiam citeriorem euecti sunt: obstupuitque negociator causam velocitatis, eo quòd iter illud, quod alias trium annorum spacio vix expediebatur, nunc in tribus mensibus esset impletum. Exeuntes autem de nauī, ingressi sunt primam Indiæ ciuitatem, & audiebant sonos musicos, & urbem totam lætitia magna plaudere. interrogantēque vnum de populo, quid hoc esset: dictum est illis: Rex (inquit) noster vnicam filiam hodie copulat matrimonio, ideo gaudium est huic ciuitati: & te, vt credo, dij exhibuere, vt his epulis interesses. Hæc illis colloquentibus, subito totam ciuitatem vox præconia replet, dicens: Audite habitatores omnes, diuites, mediocresque, peregrini & pauperes: accedite ad palatium regis, & epulemini, gaudete & estote iucundi. Si quis verò ab hac se communi lætitia subtraxerit, reum se nouerit Maiestatis. Hæc

Ductus beatus Thomas ad Indos architecti nomine.

Celeritas miraculorum.

Filia Regis nuptui traditur.

cùm audiisset negociator, ait Thomæ Apostolo: Eamus & nos, ne culpabiles inueniamur coram rege. Tunc ingressi palatium, iussi sunt discumbere thoro. Thomas autem Apostolus discubuit in medio, intendentibus omnibus in eum, & scientibus quòd peregrinus esset. Aderat verò his nuptiis & puella ex Hebræis, concinens calmos: quæ cum audisset beatum Thomam, orantē & benedicientem Deum intellexit de sua esse regione, & intēdebat in eum iugiter, nec desisteat ab admiratione vultus eius. Sed & ille intelligēs Hebræā esse, libentissimè aspiciebat eam. Hæc videns pincerna conuiuij, zelo ductus dedit alapam Apostolo, dicens: Vt quid tu sic intendis in mulierem? At ille eleuatis in cælum manibus, ait: Indulgeat tibi Dominus in futuro iudicio, fili. In hoc vero sæculo, protinus repræsentet dexterē illi, quæ me verberauit iniuste. Erat autem iam imminens nox, epulantibusq; illis subito defecit aqua ministeriis nuptialibus. Quare euntibus multis ad hauriendum, & tardentibus, ipse quoque pincerna cucurrit. Et accedente eo ad fontē, adfuit leo magnus qui adprehensum puerum confregit, & in frustra discepit. Cuius dexteram adprehensam, canis qui aderat, deuolit ad domum, & portabat per conuiuia epulantium. Requiritibus autem illis, quis deesset ex famulis: cognoscunt pincernam interemptum esse ad fontē, atque eius dextram, cum leo reliquum corpus deuorasset,

Amor patrie animorum vinculum.

Nota mirabilem historiam.

Caditur Apostolus.

Vtlio diuina

*Reuelatione
Hebræa cognoſcitur
Apoſtolus
ſeruus Dei.*

*Regis ſubita
mutatio &
oratio ad
Apoſtol.*

à cane fuiſſe correptam, conuiuioque delatam. Hæc audiens puella Hebræa, contractis calamis procidit ad pedes Apoſtoli, clamans voce magna, & dicens: Verè hic eſt ſeruus Dei viui, quia omnia quæ locutus eſt, velociter ſunt impleta. Cùm verò & hæc auდიſſet Rex, proſtratus eſt & ipſe ante pedes eius, dicens: Rogo vir Dei: vt depreceris Deum tuum pro vnica filia mea, quam hodie viro tradidi, ac peto vt eas illuc, atque benedicas puerum ſcilicet & puellam. Illo verò recufante, rex vi compulſit Apoſtolum, ad thalamum vſque procedere. Tunc beatus Apoſtolus, expanſis manibus orauit ſuper eos dicens: Deprecor Domine, vt effundas benedictionem tuam ſuper hos adoleſcentes, & inſpirare digneris cordi eorum, quæ eos agere oporteat. Atq; ita conſummata oratione egreſſus eſt oſtium, omnibúſque foras egredientibus, puer reuertebatur ad thalamum. Et ecce apparuit ei Dominus in ſimilitudine Thomæ Apoſtoli, ſedens ſuper lectum eius. Puer verò timens ait ad eum: Nonne tu modo egreſſus eſ? Et quomodo huc iterum ingreſſus eſ? Cui ille: Non ſum (inquit) ego Thomas, ſed frater eius: Ipſe enim vos mihi commendauit, vt cuſtodiam vos ab omni malo. Et ideo audite conſilium meum. Relinquitte omnem ſolicitudinem ſæculi, & credite in Deum viuum, quem prædicat frater meus Thomas. Eſtote caſtè viuentes, & proiicite à vobis omnem curam huius

vitaꝝ

vitaꝝ mortalis, vt effectus per ſanctitatem mentis & corporis templum Dei, illam vitam perpetuam, quæ nullo fine clauditur, adquiratis. Et hæc dicens, ac benedicens eis, reſeſſit à cubiculo. Mane autem factò, veniens rex viſitare eos, inuenit puerum ſedentem, & puellam iuxta eum, nihil habentem verecundiæ, vt ordo exigit nuptialis. & ait ad eos rex: Quæ vos cauſa ita ſedere facit? Cui puer: Gratias agimus Domino noſtro Ieſu Chriſto, qui nos ad ſuam noticiam vocare dignatus eſt, vt relictis tenebris, ſequamur lumen veritatis eius. Sed & puella ait rex: Cur tu nihil verecundiæ ferens ob honorem nuptiarum, impudenter oculos erigis? Et illa: Hæc (inquit) nuptiæ tranſitoria: ſunt: at ego deſponſata ſum à rege cælorum, cuius thalamus immenſis monilibus ſplendet, cuius nuptiæ caſtæ ſunt, ad cuius meſam epulæ non deficient, in cuius domo lætitia perennis, iucunditas ſempiterna, & gaudia perpetua perfeuerant: cuius vultus eſt omnibus in eum credentibus deſiderabilis, de cuius veſtimentis diuerſorum aromatum ſuauitates efflagrant: in cuius hortis lilia perenniter nitent, roſæ rubêt, viola & croci perpetua florum viriditate rubeſcunt. Hæc illa dicente, rex ſcidit veſtimenta ſua, dicens: Perquire magum illum, quem ego ſponte introduxi in domum meam, vt amitterem filios meos. Ecce enim maleficiati ab eo, Chriſtianos ſe nunc dicunt. Igitur indignatus

*A coniugio
ad caſtita-
tis
perpetua ſta-
tu vocantur.*

*Signum ve-
terum furoris
indicium.*

misit ministros, qui requirerent Apostolum. Sed non inuenerunt eum. iam enim cum negociatore ad vltiores Indiae partes processerat. Adolescentes autem predicabant ab eo tem-

Regis populiq; ad Christi conuersio.

pore verbum Domini iugiter, vt ita omnis populus per eos conuerteretur ad Dominum. Sed & ipse rex, qui erat pater puellae, compunctus corde, credidit in Dominum Iesum Christum. Et audiens beatum Apostolum in vltiori India commorari, abiit cum omnibus qui crederant, & peruenit ad eum, procidensque ad pedes eius, rogauit vt eos omnes baptismatis gratia consecraret. Hac audiens Apostolus, gauisus est, & gratias egit Domino: transactoque septem dierum ieiunio, baptizauit eos in nomine Trinitatis. Ipse quoque rex rogauit sibi caput tondi, & diaconus ordinatus est, & adhaerebat incessanter Apostolicae doctrinae.

Baptizatur omnes cum gratiarum actione.

Interea dum haec fiunt, negociator accessit ad regem, & nunciavit ei, inuenisse se virum qualem ei praeeperat: Quem rex, repletus gaudio, iussit adduci in conspectum suum, & ait: Quod est opus tuum, vel quod artificium nosti? Seruus sum (ait Apostolus) artificis architecti. In lignis autem & cemento valde cognitus sum, & in omnibus quae iuste praecipuntur. Tum rex: Talem dudum requirebam, qui haec artificia nosset. Et egressus e civitate, ostendit ei locum, & ait: Si verus es artifex, in huius loci planicie palatium mihi construes. Quod vbi

Legationis Apostol. ad regem Indiae expositio.

feceris, probabo quod in caeteris operibus sis perfectus. Cui ait Apostolus: Opportunus est locus, in quo palatium aedificetur, quod in perpetuum Rex debeat inhabitare: quia planitie extensus, tum aqua iucundus, & aere salubris habetur. tum data mensura aedificij, relictoque multo pondere auri, perfectus est Rex in aliam ciuitatem, deprecans Apostolum, vt velociter aedificaret domum illam. Beatus vero

Allegorico sensu prudenter incantat regem Apost.

In pauperes pecun. a regis distributa ab Apostolo.

Thomas accepta pecunia, pergebat in circuitu ciuitates obambulans, & Euangelizans verbum Dei, aurum regum indigentibus distribuere, sanabatque omnes infirmitates populi per regionem illam. Paulo post cum aliquot dies transissent, misit pueros ad Apostolum, qui opus aedificij contemplarentur, & si quo adhuc indigeret. Qui cum ad Apostolum venissent, & quae iussi fuerant a Rege expediuissent, respondit Apostolus: Palatium, quod fieri Rex praecipit, iam aedificatum est, ad cuius tectum aliqua adhuc necessaria sunt, quae Rex transmittat. Haec vt ab Apostolo audiuerant, nunciauerunt pueri regi. & misit rex iterato pecuniam Thomae, deprecans, vt velociter aedificium cooperiretur. Denique post multum temporis, existimans rex opus completum esse, venit ad ciuitatem illam: & interrogans amicos suos, cupiebat videre Palatium, quod Thomas aedificauerat. At illi dixerunt, nihil aedificij noui in hac vrbe operatus est: sed vadit per populos,

erogans aurum tuum, nouúmque Deum patriã, qui nunquam auditus est, prædicat, & post hanc vitam nescio quam æternam promittit, asserens homines in perpetuo viuere, qui crediderint in nomine Dei sui: dæmonia eiicit, sanat infirmos, mortuos suscitât, & nihil mercedis accipit. Vnde manifestum est, magum illum esse, & seductiones vanissimas exercere.

Quæ cum audisset rex, indignatus iussit eum adduci, & ait: Ostende edificium quod operatus es, alioquin morieris. At ille: Edificium (inquit) quod præcepisti fieri Rex, iam expletum est. Sed nunc non videbis illud: videbis autem in sæculo futuro, & habitabis in eo fœliciter. Tum rex furore succensus: Ad illudendum (inquit) nobis, vt audio, huc venisti. & statim iussit eum mitti in carcerem, cum Abban negociatore. Audiens autem hæc frater Regis, quòd scilicet vastata fuisset pecunia publica, & nihil appareret ex ea, indignatus, & damno condolens fraterno febre accensus, conuertit caput in lectulum, & vocans regem, ait: Ecce dies obitus mei aduenerunt, & nunc commendans domum meam tibi, noueris me spiritum exalare. Sed rogo, vt Magum illum, cuius nequitia hæc patior, protinus iubeas decollari, & hæc dicens, obmutuit. Et iacebat clausis oculis, neque cibum capiens, neque vllum proferens verbum. Tertia verò die apertis oculis, vocauit iterum fratrem suum, dicens: Spei meæ

certa est confidentia, vt si quid à te petiero, præstare non abnuas. Nunc autem rogo vt transferas in ditionem meam palatium, quod tibi homo peregrinus ædificauit. Illo autem admirante, eo quòd palatium Thomas nullum ædificasset, cœpit ei exponere, & dicebat ductum se fuisse à duobus viris, & ostensum palatium. Et adiciebat, quæ amplitudo ei esset, quæ fenestræ, qui splendor, quod lectum, dicentibus sibi viris à quibus ducebatur: Hæc est domus quam ædificauit fratri tuo Thomas Apostolus Christi. His auditis, rex ait fratri suo: Si tibi hoc ædificium placet, da ei pecuniam, & simile construat tibi. Ego autem non relinquam domum meam, quam multo labore quæsiui. Et cursu velocissimo abiens ad carcerem, dimisit Apostolum: deprecans ex eo, vt indulgeret ei iniuriam quam fuerat passus: & flagitabat signaculum beatæ crucis accipere, & credere Deo illius. Beatus verò Apostolus indicens ei ieiunium per septem dies, prædicauit verbum Domini. Et die septima baptizauit regem & fratrem eius, in nomine Patris & Filij & Spiritus Sancti. Sed & populum multum post hos, & cum his baptizabat. Tunc quoque ipse Rex cum fratre suo ascendens de lauacro, vidit iuuenem in veste alba, tenentem lampadem magnam, & dicentem: Pax vobis, & statim recessit ab oculis eorum. Posterius exeunte Apostolo de ciuitate, ecce occurrit ei mulier

Admonitus palatium à fratre precio vult emere.

Eripitur Apostolus à custodia carceris.

Rex baptizatur cum fratre & populo.

Palatium spirituale ab eodem extructum.

Illusum rex se putans furore accenditur

Frater regis ex damno publico egreditur.

Spiritum immundum habens. Et cum vidisset Apostolum, collisit eam Spiritus in terram, & ait: *Quid nobis & tibi Apostole Dei summi? venisti ante tempus, extrudere nos à sedibus nostris.* Ad quem conuersus mox beatus Thomas, ait: *In nomine Christi Domini mei impero tibi, vt ex eas ab ea, & nihil noceas corpori illius.* Et statim dæmonium cum egrederetur, dicebat: *Ecce eiicis me hodie ab hac muliere, nobilio-rem autem inuenturus sum in quam ingrediar.* Et confestim eiecto dæmone, mulier sana facta procedit ad pedes Apostoli, signum salutis efflagitans. Ille autem abiit ad fontem qui erat proximus, & sanctificauit illum, & baptizauit mulierem cum multis aliis. Deinde benedicto pane, communicabat eum omnibus, dicens: *Gratia Domini vobiscum.* Accipientibus autem multis de hac gratia, venit quidam adolescens: *Cùmque extendisset manum, vt acciperet & ipse benedictionem, attracta est dextera eius, nec poterat eam amplius ad os adducere.* Quod cum vidisset Apostolus, ait: *Ecce omnes qui accipiunt ab hoc pane, sanitati redduntur.* Dic tu ô iuuenis, quid sceleris commisisti, vt hæc tibi eueniant? At ille tremens, ait: *Nudiustertius cum prædicares, audiui te dicentem, quòd omnes adulteri non haberent partem in regno Dei tui.* Cùmque domum rediissem, vidi vxorem meam mæchari cum viro altero, & statim apprehensam fugillauit eam, quæ iacet

Dæmon à muliere deiicitur.

Benedicti panis virtus.

iam domi mortua. Quæ vt audiuit Apostolus, iussit exhiberi sibi aquam in hydria, & abluens manus adolescentis sanauit eum, dicens: *Ostende mihi vbi recumbit mortua vxor tua.* Et videns eam Apostolus, prostratus in oratione, ait: *Domine Iesu Christe, qui ore benigno polliceri dignatus es, vt omnia quæcunque peterem à te, benigna pietate largireris.* Suscita ergo nunc hanc mortuam, vt ista viuente, multi credentes suscitentur ad vitam perpetuam. Et adprehensa manu mulieris, suscitauit eam. At illa videns Apostolum, procidit ad pedes eius, gratias Deo agens. Quod videntes multi credere cœperunt, & baptizabantur ab Apostolo, offerentes ei munera, quæ statim indigentibus erogabantur. Hac fama procedente per ciuitates, conueniebat populus indies maior, exhibens infirmos, & ponens per plateas, vnde sanctus erat transiturus Apostolus. Quos cum ille videbat, cunctos in nomine Domini nostri Iesu Christi, imponens signum beate crucis persanabat. Audiens autem hæc quidem princeps Mædei regis, venit ad eum, dicens: *In veritate comperi, te verum medicum esse: Qui cum languores omnium cures, nihil mercedis tamen accipis.* Et nunc sunt mihi vxor & filia, quæ cum de nuptiis venirent, à dæmonio correptæ, grauiter cruciantur. Rogo igitur, vt accedas, & benedicas eis. Confido enim quòd possis saluare illas, in nomine Dei tui.

Mortua mulier resurget.

Regis Mædei principis ad Apost. verba.

Tum beatus Apostolus condolens homini, ait: Si credideris, sanabitur filia & coniunx tua. Cui ille: Si (inquit) non credidissent, non utique venissem ad te. His auditis, vocauit Apostolus Diaconum suum, illum qui rex fuerat ciuitatis primæ Indiæ, vbi Apostolus ad nuptias erat inuitatus, & ait ad eum: Vade, & conuoca omnes credentes ad me. Qui cum venissent, ait ille: Ecce ego à vobis abscedo. Vos autem stete fortes in fide, & custodite quæ à me accepistis. Diligite Dominum Iesum Christum, per quem renati estis in baptismo. Diaconum vero istum relinquo vobis, neque vltterius videbitis faciem meam. Et extendens manus suas, benedixit eos, dicens: Custodi quæso Domine gregem tuum, quem per me congregare dignatus es, vt nullus retrorsum ruat, nullus post diabolũ reuertatur: sed omnes tua virtute protecti, vitam æternam consequi mereantur, & tecum regnent in perpetuo, cui est cum æterno patre & Spiritu sancto honor & gloria in sæcula sæculorum. Et cum respondissent omnes, Amen: Beatus Apostolus exosculans singulos, & valesfaciens, ascendit in currum cum principe Mefsei Regis, & profectus est cum eo. Populus autem flebat valde post eum, & tristabatur de absentia eius. Igitur appropinquante Apostolo ad domum illius cum quo gradiebatur, spiritus malus conturbauit mulieres, & vexabantur vehementer. Cùmque venisset A-

*Disecessurus
Diaconum à
se institutum
relinquit.*

*Osculum pa-
cis.*

*Sequitur A-
postolo prin-
cipem Mef-
sei regis.*

postolus, dicebat Spiritus immūds: Quid nos persequeris Thoma, Apostoli Dei viui? Iam enim nos de alia India eieceras, nec est locus in quem fugiamus à facie tua. Tunc intellexit Apostolus, hoc esse dæmoniũ quod eiecerat prius à muliere in India secunda, & ait illi: In nomine Iesu Christi, filij Dei viui, quæ prædico, egredimini, & abite in terram desertam, & nolite vltra vexare homines. Et statim exierunt dæmonia de mulieribus. Quæ cadentes, factæ sunt sicut mortuæ. Adprehensis autem manibus earum, leuauit eas, & benedicto pane, dedit eis cibum. Et prædicabat beatus Thomas per totam Indiam, euangelizans Dominum Iesum Christum: nec solum sermonibus, sed operibus etiam, fidem barbaricis pectoribus inferebat. Itaque ille ante paulisper incredulus, qui dixerat, Nisi videro fixuras clauorum, non credam: credentes Deo populos innumeros congregabat. Et puto per prouidentiam Domini ideo eum diligentius de resurrectione quæsisse, quia duris ac feris Gentibus seminaturus erat verbum Domini, vt instructior redderetur, quod hæsitantes fide vel ratione firmarer. Inuenit igitur in India viros pariter ac fœminas, qui verbum suscipere Dei, quorum quotidie multos sanabat infirmos. Audiens autem hæc signa quæ faciebat sanctus Apostolus, mulier quædam Mygdonia nomine, vxor Charisij, propinqui regis Mefsei, veniebat ad eum: cùmque

*Dæmonico-
rum sanatio.*

*Numerus
credentium
crescit.*

Accessus ad præ turba accedere non posset, & pueri eius cæ-
B. Thomam debant populum, & repellebant multos: videns
prohibetur. Apostolus, prohibuit fieri. Et dato spacio, ac-
 cessit mulier, & procidit ad pedes eius, & ait:
 Miserere nobis Apostole Dei viui, quia sumus
 sicut bestiarum, quæ sensum non habent. Hæc au-
 diens Thomas, respondit: Audi filia, noli confi-
 dere in diuitiis quas possides, sed potius distri-
 bue omnia pauperibus, vt fugiens hanc vitam
 transitoriam, perpetuam adipiscaris. Relinque
 idola muta & surda, & cognosce viuente Deū.
 Et cum ei de fide vsque ad vesperum intimasset,
 accepto signaculo crucis, reuerfa est mulier in
 domum suam. Et ingressa cubiculum, flebat val-
 de, deprecans Dominum, vt inueniret veniam
 pro delictis suis. eratque continuò tristis, donec
 veniens vir eius, causam tristitiæ rogaret. Cui
 famuli dixerunt: In cubiculo commoratur do-
 mina nostra. Ingressus igitur vir ad illam: Cur
 (inquit) tristis es, & cur conturbatur cor tuum?
 Scio autem quia accessisti hominem magum,
 & audiisti ab eo verba inania, quæ nihil pro-
 ficiunt. Relinque ergo cogitationes vanas, &
 surge, vt epulemur simul. Cui illa ait: Indulge
 quæso mihi hac nocte, quia neque cibum neq;
 potū acceptura sum, sed nec in strato tuo quie-
 scam. At ille recedens ab ea, epulatus est cum a-
 micis suis. Mane autē factō rediit ad eam, & in-
 quit: Mygdonia audi somnium meum. Putabā
 me cum rege Mesdeo discumbere, & veniens a-

Mygdonia
penitentia.

Seminis con-
jugis Myg-
donia.

quila rapuit ex disco duas aues optimas, ac abiit: & rursus rapuit alias duas, portabatque eas ad nidū suū. Quæ cum rex videret, emissō iaculo trāsfixit illā, sed nihil ei nocuit. Hæc audiens mulier, dixit: Optimū est hoc verbum, & illud quod vidisti. Interea abeunte viro ad Palatium, mulier iterum accessit beatū Thomā, & inuenit eum docentem turbas, procidensque ad pedes eius, ait: Prædicationem tuam audiui, & omnia verba quæ aure suscepi, corde retineo impolluto, & stās audiebat verbum vsque ad vesperam. Adueniēte autem nocte, regressā est in domum suam, & nihil cibi accepit, neque dormiuit cum viro suo. Quare Charisius vir eius mane factō, dolēs quòd ab eo separaretur vxor, indutus vestimēta vilia, accessit regem. Quem cum deturpatū vidisset rex, ait illi: Quæ extat causa, vt hæc te vilitas circundet? At ille: Quia perdidī (inquit) vxorem meam per hominem magū quem Sapor introduxit in regionem istam, vt perdat eam. Et statim rex iussit Saporem vocari. Eūtes autem pueri, inuenerunt eū sedentē iuxta Apostolum, & audientem verbum Dei, & Mygdoniam ad pedes eorum. Cui pueri: Ecce (aiunt) rex in caput tuū iratus est, & tu verbis inanibus vacas? Veni, quia vocat te. At ille surgens, rogauit Apostolū vt orationem funderet pro eo. Ad quem cōuersus Apostolus, ait: Noli timere, sed spera in Dominum, quia ipse erit adiutor noster, & non timebimus noceri ab yllo mortali.

Charisius re-
gem aduersus
Apostol. sol-
licitas.

Et ingressus est Sapor ad regem. Ad quem rex: Quis est (inquit) magus ille, quem accerxisti in domum tuam, qui cōturbat regionem & populum nostrum? Sapor respondit: Nosti enim prime rex afflictionem meā quam de vxore & vnica filia habueram, quæ à dæmonio vexabantur, & ab eo sanatæ sunt. Sed & multi infirmi nunc per manus eius sanantur: & omnia quæcunque petierit à Deo suo, præstat ei. Quibus auditis, Mésdeus rex iussit adduci ad se apostolum: Sed quia pueri non poterant præ turba ad eum accedere, Charisius cum furore rupit per turbam, & ait: Surge malefice, & veni in præsentiam regis: nihil enim valet magica tua. Et misso hunc in collū eius, tradebat eum ad regē, dicens: Veniat Christus, & eruat te de manibus meis. Ita igitur tractus, cum venisset in cōspectum regis, ait illi rex: Quod est genus tuum, vel quæ patria, vel in cuius nomine hæc signa facis? Tum beatus Apostolus respōdit: Deus meus, deus tuus est, creator cæli & terræ, & omnia quæ in eis sunt. Qui solus coli debet, nō idola surda & muta. His auditis rex iratus valde, iussit eum extensum torqueri, & cæsum recludi carcere. Cūque recluderetur, gratias agebat Deo, quod dignus esset talia pro nomine eius pati. Charisius autē reuersus ad domū suā, dicebat: Nūc copulabitur mihi vxor mea, eo quòd abstulerim magū de medio populi huius. Et veniēs inuenit eam de tōso capite decūbere solo, & ait: Dulcissima coniunx,

*Saporis san-
cti respōsto.*

*Tractus mi-
serabilis.*

*Cruciatum
Apostoli.*

quæ mētem infania cœpit, vt hæc feceris? Nunquid potētior erit me hic magus? Nonne vides quòd me omnis India venerat, & quod volo, hoc facio cū rege? Sed & pecunia magna est mihi. Cui illa: Omnia (inquit) hæc terrena sunt, & in terram reuertuntur. Is autem beatus erit, qui se vitæ perpetuæ copulauerit. Hæc audiēs Charisius, quicuit in lecto suo. Migdonia autem accipiens aurum, dedit custodibus: & ingressa in carcerem, osculabatur pedes Apostoli, audiens verbum domini. Et reuersa ad domum suā, dum vir eius apud Regem esset, prostrata humo in cubiculo, deprecabatur Deum cum lachrymis, dicens: Propitiare Domine insipientiæ meæ, vt reuertar ad salutem perpetuam. Quod videns nutrix illius, ait ad eam: Quæ est peruersitas in corde tuo, vt relicto viro, per quem magnificè honoraris, ieiuniis ac vigiliis te affligas, seducta verbis magi vnus? Cui illa ait. Non est hoc peruersitas, sed integra ratio, vt cognoscat homo autorem suū, & mereatur adipisci vitam perpetuam. Vtinam & tu crederes Christum, & particeps fieres agonibus nostris. At illa: Si (inquit) rationē cognouero, sequar te. Tum Migdonia: Dij, quos vsque nūc colui, nihil sunt, sed est verus Deus Iesus Christus, per quem facta sunt secula: qui vt hominem, quem prius plasmauerat, redimeret, homo factus, mortuus & sepultus est: descendit ad inferna, & eripuit eos qui tenebantur à morte pessima. Exinde rediens, docuit nos

*De spe deci-
dit Charis-
sius.*

*Mulieris san-
cti exhorta-
tio.*

resurgere, & sic ascendit ad cœlos, sedet ad dextram dei patris omnipotētis, tribuens nunc credentibus in se, dona cœlestia. Cuius temporis finem non accipiunt, cuius lætitia nunquam perit, cuius denique lux nunquam occidit. Ipse verò cum patre & Spiritu Sancto regnat, & nunc, & in cuncta sæcula sæculorum. Hæc audiens Nardua nutrix eius, cōfestim credidit in dominum. Et ambulantes simul ad carcerem, data pecunia introierunt, & audiebant verbum Dei ab Apostolo: qui gauisus erat valde, super fide Mygdoniæ, quod iam per illam & alij conuerterentur ad Dominum. Cūque baptismum flagitaret, dixit Apostolus Mygdoniæ: Vade ad domū tuam, & præpara quæ sunt necessaria, & ego vadam ad baptizandum vos. Abscūtibus ergo mulieribus, beatus Apostolus subsecutus est ad domum Mygdoniæ, & baptizauit eam cum nutrice sua, & aliis mutis. Et reuersus est in carcerē, & clausa est ianua. Charisio autem grauer do lente de conuerſione vxoris, misit rex cōiugem suā cum filio Zuzani, quæ consolaretur cognatam Mygdoniam, & reuocaret illam ab hac via, & vt viro suo copularetur. Quæ cū esset ingressā domum Mygdoniæ, ait ad illam: Vt quid soror charissima erras post hominem magum, qui nouum Deum patriæ nostræ prædicat? Recede ab hac praua cogitatione, & esto iucunda in domo tua, cum viro cui te parentes tradidere: Et noli relinquere deos patrios, ne irascantur tibi. Ad

hæc illa respondit: Erraui vsque nunc sequens idola vana, quæ sunt sine gressu, sine eloquio, & sine vllō effectu, ignorans verbum Dei qui fecit cœlum & terrā, & omnia quæ sunt in eis. Sed & metalla, ligna & lapides, ex quibus isti vel funduntur, vel sculpūtur, eius verbo creata sunt, cuius & nos creatura sumus. Non est ergo æquū, soror dilectissima, vt relinquentes talem artificem, creaturam potius adorem, quæ nobis ad seruiendum data est. Hæc dum Mygdonia dixisset, tum & Luzanis filius regis ait: Ecquis hæc omnia creauit, nisi dij nostri? Nam Iupiter cœlum tenet, Iuno aëra regit, Neptunus mare gubernat, Pluto inferna iudicat, Phœbus diem, Berecynthia noctem illuminat. Cui Mygdonia subridens, ait: Omnes isti quos commemoras, fili dilectissime, inferno damnati sunt, quia non cognouerunt Deum viuum. Nam si recurras ad veteres fabulas, inuenies hos & luxuriis deditos, & talia mala perpetrasse, qualia hodie iudices in iniquis hominibus persequuntur & puniunt. Mortui autem sunt, & non viuunt. Deus autē noster manet in sæcula sempiterna. Et qui crediderit in eum, transfertur ab hac temporaria morte in vitam æternam. Cūq; hæc & his similia eis Mygdonia diceret, compuncta corde vxor regis, ait filio suo: Rectè soror nostra reliquit virum suum, & diuitias terrenas, vt vitam capiat sempiternam. Vtinā & nos videmus hominē istum, qui faceret nos cognoscere

Nardua nutrix credit in Dominum.

Baptizatur multi.

Solicitationes in cassum.

Confessio errorum.

Dij gentium danati sunt.

veritatem. At illa gaudens, abiit ad Apostolum, & narrauit ei omnia quæ acta fuerant. Ille verò gaudebat & ipse prædicans sine fine verbū Domini, & imposita manu benedixit eos, & præcepit eos abscedere. Sed non abiit ultra vxor regis ad virum suum, nec filius eius renunciauit patri de his quæ præceperat. Cùmque hæc omnia renunciata fuissent Mesdeo regi, quòd scilicet vxor eius & filius conuersi essent ad Apostolum, iratus valde, præcepit adduci vxorem suam, & filium. Quibus cum persuadere non posset vt crederent ab hac via, iussit vxorem in obscuro loco recludi, filium verò cum beato Apostolo in carcere conligari. Sed & Charisius vxorem suam cum nutrice Narchia similiter reclusit in cellula tenebrosa. Et statim rex iussit Thomam adduci, manibus à tergo ligatis, & dixit ei: Quis est iste Deus tuus, qui coniuges nostras per te à nobis separat? Dicit ei Thomas: Tu cum sis rex, nunquid vis habere inquinata seruitia? Si ergo tu cum sis homo, mundos seruos habere studes, atque mundas ancillas: quanto magis credere debes, amare Deum castissima & mundissima seruitia? Si ergo hoc Deū in seruis suis & ancillis suis amare prædico, quod tu in seruis tuis & ancillis tuis diligis, vt quid culpor? Tum Rex: Ego (inquit) permisi vxorem meam, vt cognatam suam Mygdoniam de præcipitio liberaret, & ipsam tu præcipitio immisisti. Respondit Apostolus: Præcipitium non est,

Vxoris regis, filique excellentis conuersio.

Temerariū regis imperium.

B. Thomæ in vinculis responsio.

Vbi præcipitium.

nisi

nisi recedere à castitate, & ire in libidinē. Nam qui à libidine se tollit, & ad castitatem accedit, hic à præcipitio remeant ad salutem & egreditur de tenebris ad lucē. Dicit ei Mesdeus rex: Quomodo separasti animos earum à consortio coniugij nostri, his quoque atibus age, & eodem consilio, vt redeant, vt sint coniuges nostræ, vt antè fuerunt. Respondit Apostolus: Errat iussio regis. Et rex: In quo errat iussio mea? Dicit Apostolus: Fabricaui turrā excelsam. Et dicis mihi, vt ego qui sum fabricator, ipse destruam summitatem? Fodi terram profundam, & eduxi fontē de abyssō, & dicis mihi, vt ego illam obruam? Ego potius dicā illis verba Domini mei: Quia qui diligit patrem aut matrem, aut filios, aut vxorem, plus quàm Deum, Deo dignus non est. Tu enim rex temporalis es, & si volūtas tua non fiat, temporaliter punis. Deus autem Rex æternus est, & si voluntas eius cōtemptra fuerit, æternaliter punit. Equidem tu rex posteaquam occideris corpus, animam occidere non potes. Deus autem verus, potest animā & corpus mittere in æternum ignem. Hæc audiens Charisius, qui coram rege stabat: Hunc magum si tardius occideris, nos ipsos in præcipitium mittet. Tunc ira repletus rex, iussit lances ferreas igniri, & præcepit excalciari Apostolum, vt nudis pedibus superstans, hoc dolore deficeret. Verùm antequam hoc supplicium Apostolo ad-

Parendum Deo, quàm hominibus.

Miraculum eius factum.

ces. Et ait Apostolus ad regē: Hoc non propter me fecit Dominus, sed propter te, vt vel sic credas. Mihi autem Dominus hanc patientiā dare potest, vt vel sine aqua ignem tuum non timeā. Tum cōuersus ad regem Charisius: Iube etiam eum in fornacem thermarum mitti. Quod cū fieri rex iussisset, thermæ vltra calefieri non potuerunt, sed nec paruum quidem teporem habebant: ipsēque Apostolus altero die est egressus incolumis. Et Charisius iterum ad regem: Fac (inquit) illum sacrificare deo Soli, & iram incurret Dei sui, qui illum liberat ab his quę inferuntur ei. Cūque argueret, vt ingressus templum simulachro Solis sacrificium inferret, ridens in faciem regis, dixit Thomas: Dic mihi rex, quis est melior inter te & imaginem tuam? Non dubito, quin præstantior tu sis, quàm pictura tua. Et quomodo vos dimittitis deum vestrum, & excolitis picturam eius? Erat autem statua Solis facta ex auro, habens quadrigam equorum auream, habens effūsis, quasi rapido cursu ageretur ad cælos. Et dum cōpelleret vt adoraret statuam, dixit Apostolus ad regem: Erras, si putas, ô rex, quòd sicut dixit Charisius, deus meus irascatur mihi, cum ego Deum tuum adorauero. Hoc magis volo te nosse, quod is Deo tuo irascetur, & euertet eum mox vt adorauero eum. Tum rex: Inuictissimum Solē, Deus tuus, quem Iudæi occiderunt, euertere ne potest? Respondit Apostolus: Vis ergo probari, si hoc po-

*Creatura
sunt picture
creatoris.*

test fieri? Et Charisius: Excusationes (ait) sibi inuenit, vt non adoret Solem, neque sacrificet ei. Dicit ei iterū apostolus: Primò ego adoro eum, & si eū non euertet deus meus, tū sacrificabo ei. *Modus vtrius in sacrificando.* Et cū consensisset rex & Charisius introduxerunt eum in tēplum, ducētes choreas eo ritu quo solebant. Erant autem virgines cum lyris cantantes, alij cū tibiis, alij cum tympanis, alij cum vtrillis & thuribulis. Et cū introiissent, ait Apostolus ad simulachrum: Tibi loquor dæmon, qui in isto simulachro habitas, & qui das responsa stultis & deceptis hominibus, qui simulachrum vident: Adiuro te in nomine Domini mei Iesu Christi, quē Iudæi crucifixerunt, vt ex eas, & stes ante me, vt videant te: & quod imperauero tibi, hoc facias. *Adiuratus dæmon cogitur stare ante Apostolum.* Egressus autē dæmō, stetit ante eum, ita vt solus Apostolus videret eum. Et dixit ei: Ego corde colo Dominum meum Iesum Christum. mox autem vt posuero genua mea in terra, & dixero tibi, vt confringes idolum, rogabo Dominum meum, vt mittat angelum suum, qui te releget, & damnet in abyssum. Et respondit ei dæmō. Rogabo te Apostole Dei, ne me in abyssum releges. Sed permitte me, & omnes istos interficiā. Tum apostolus: Impero tibi in nomine Iesu Christi domini mei, ne lēdatur vllus hominum, nisi hoc solū simulachrum. Mox vt genua flexero, cōminue illud. Loquebatur autē Apostolus cū dæmonio sermone Hebraico, & nullus sciebat quid vel cui loqueretur, cōuersusque ad

Quo sermone sit vsus.

regem dixit: Cogita tecum Rex, tu istum inuictissimum dicis, & meum deum dicis hominem à Iudæis occisum: ac per hoc, si fortior sit deus tuus, & cum inuocatione nominis dei mei confringere non possim, ego non solum adorabo dæmonem qui in eo latitat, sed etiam sacrificabo illi. Si vero minutatim fuerit attenuatus ille vincetus deus tuus, par erit è conuerso, ut relinquas errorem, & teneas veritatem. Et rex: Adhuc ausus es (inquit) ex pari confabulari mihi? Si pergas, faciam tundi arterias tuas, si non adoraueris, & sacrificaueris Soli. Respondit Apostolus: Ecce adoro, sed non simulachrum. Ecce adoro, sed non metallum. Ecce adoro, sed non idolum. Adoro autem mecum Dominum Iesum Christum: in cuius nomine impero tibi dæmō, qui hic in ipso latet, ut nullum hominem ledēs, metallum & simulachrum commineas: statimque quasi cera iuxta ignem posita, liquefactum idolum resolutum est. Quo facto, omnes sacerdotes cōsternati vularunt, & rex fugit cū Charisio. Pontifex autem cēdebat Apostolum, & facta est feditio magna in populo: sed maior pars populi cum Apostolo erat. Quare motus Mēdeus rex Indiæ, Apostolum Thomam, & filium suum Zuzanem, & plures alios trussit in carcerē. Non desinebat tamen etiam in carcere Apostolus confirmare credēs, dicens: Credite in Deū, quem prædico: credite in Iesum, quem Euangelizo, qui adiutor est seruulorū suorū, resector

Adoratio vera non pertinet ad idoli.

Seditio exorta cōtra Apo.

est laboratium: in quo exultat anima mea, quia tempus impleui, & gestio ipsum quem desideravi videre. Cuius pulchritudo prouocat me, ut dicam quis sit: sed magnitudo eius sensus superat, & intellectum supergreditur, ut id quod cupio de eo dicere, cōprehendere & explicare nequeā. Sed tu domine, qui animā inopem replere consueuisti, imple ea quæ mihi desunt, & esto mecū, donec ipse ad te veniam, & te videam. Hæc ubi audiuit Zuzanes, aduertens quod Thomas diceret tempus impletum suum, ut de hoc recessurus sæculo videretur, cupiens ab eo priusquam migraret à corpore, Manazaræ vxori suæ impetrare medicinam (erat enim debilis mulier, soluta membris) petiuit ut permitteret ei ire: & persuaso custode, fidēque facta quod essent reuersuri, cum Apostolo ex carcere abire constituit in domum suam. ubi & diaconatus ministerium ut sibi crederetur, rogauit, & ut benedictionem Leuiticam acciperet. Quoniam se quoque Deo seruire velle memorauit, & hoc iam dudum animo deuouisse, sed à Patre coactum vxorem duxisse, quam accepisset vicesimum annum agens: trienniōque ea potitum, filios ex ea nullos suscepisse, nec aliam mulierem præter vxorem nouisse: iandudum præterea à concubitu vxoris abstinuisse, eo quod & illa studebat castitati, & optaret audire sermonem Thomæ, sed propter debilitatem adesse non posset. Quam si vellet Apostolus sanare, se impetra-

Sollicita Zuzana pro vxore deprecatur.

Annuit de supplicatione Apostol.

turum, vt exeundi facultatem haberent. Cui respondit Thomas: Si credis, videbis mirabilia Dei, & quemadmodum seruos proprios curret. Dum hæc loquuntur, Treptia nomine, quæ erat vxor regis, & Mygdonia Charisij matrona, qui & ipse amicus erat Regis, & Narchia nutrix, trecentis sexaginta argenteis datis, à custode introductæ sunt ad Apostolum. Atque illic repperunt Siforatum, militiæ regis ducem, & Zuzanem, & Siforem vxorem, & filiam eius, & alios verbis Euangelicis intentos. Ipse igitur tres fœminæ cum adstitissent ante conspectum Thomæ, interrogauit eas Apostolus, quo permittente ingressæ forent, vel quis eis aperuisset carcerem: & qualiter egressæ fuissent de loco in quo clausæ fuerant. Cui respondit Treptia: Nonne tu es qui aperuisti nobis ianuam, & dixisti: Exite, & ite in carcerem, vt suscipiamus eos fratres qui illic sunt, & Dominus in nobis demonstrauit gloriam suam? Cùm autem appropinquarem ad ianuam, subito non apparuisti nobis, sed huc ingressum te sonitu ianue cognouimus. Nos verò postea mercede custodæ infleximus, vt ad te ingrederemur, si fortè impetrare possimus, quod impendit petimus, vt paulisper aliquò concedas, quò regis possit iracundia mitigari. Tunc interrogauit Thomas Treptiam, quemadmodum à viro suo esset inclusa vel quid causæ obortū esset, aut quo motus, nec propriè pepercisset vxori: Cui respōdit Treptia:

*Auro viam
in carcerem
ad videndum
Apostolum
patescunt.*

*Admiratio-
nis causa.*

Tu à me requiris, quemadmodum clausa sim, cum me nunquam deserueris, sed vna tantum abfueris hora? Vnde miror, te nescire quomodo clausa sim. Sed si vis audire, accipe. Misit ad me Mefdeus rex, & iussit me introduci ad se, & ait mihi: Nondum plenam circa te magus ille adeptus est potestatem. Nam quod in oleo pane & aqua magica consumet, audiui. Ergo cum magicis operibus venire non potuerit, nihil horum circa te fecit. Quare obtèpera præceptis meis: alioqui & ipsa clauderis. Itaque non adquiescente, sed dicente me, vt quod vellet, faceret: potestatem enim habere cum corporis mei, animam verò meâ cum eo perire non paterer: in obscuro loco me iussit includi, Charisio quoq; accusante vxorem suam Mygdoniâ, cum eius nutrice Narchia, iussit includi. Sed tu iam nos produxisti, vt ad te veniremus: & ideo præstò sumus, vt à te benedictionis gratiâ consequamur. Quæ cura Dei pro suis.

cum dixisset Treptia, agnouit protinus Apostolus beneficia eius, qui se plerūq; humana specie figuraret, vt consolaretur mœrentes, afflictorū arūnas releuaret. Et ideo ipse gratias agere cœpit domino Iesu, eo quòd confirmauerit infirmos, nutantēsq; stabilierit, & sperare faceret cunctos diffidentes. Dum hæc captiui in carcere colloquuntur, superuenerunt custodes, dicentes, vt lucernas extinguerent, ne quis eos simul esse, ac pariter colloqui, proderet regi. Extinctis igitur lucernis, collocauerunt se custodes,

*Nota mira-
culum.*

Sed Thomas Apostolus, postquam omnes circumfusos tenebris aspexit, lumen petere cœpit à Domino. Illumina nos Domine (inquit) quia tenebrarum filij in tenebrosis nos sedere fecerunt locis. Sed tu Domine, illuminare sancto lumine tuo dignare seruos tuos, eo lumine quod nullus eripiat, & nullus extinguat. Et statim refulsit dies, & omnis ille custodiae locus. Tum & cæteri, quos alias ob causas receperant

Ex hoc apparet, qui historiam hanc prius scripsit, & vnde Abdias sumpsit, interfuisse rebus à B. Thomas gestis.

claustra carceris, vigilabant. Neque enim serui Dei dormire tum poterant, quos sic Christus excitabat, neque patiebatur nos somno demergi, qui dicit: Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illucescet tibi Christus. Cum igitur inter se nonnulla sermone vario contulissent, ait Thomas ad Zuzanen: Vade, prepara nobis omnia, quæ in ministerio sunt paranda. Interrogante autem Zuzane, quomodo exire posset fores carceris, aut quis aperiret, cum essent clausa omnia, & custodes somno dissoluti: respondit Thomas: Crede Christo, & vade, & inuenies apertas ianuas. Secuti sunt igitur eum cæteri. Et cū iam medium spacium itineris confecissent, occurrit ei vxor eius Manazara, cum iret ad carcerem, & recognoscens virum, ait: Zuzane vir. Qui cum cognouisset eam, cœpit quærere quoniam iret, noctis præsertim tempore: aut quomodo potuisset exurgere, quæ minimè antè surgebat. Quæ respondit: Puer iste Domini, ponens manum, sanā me fecit. Somnio verò monita sum,

Nota admiranda miracula à sancto Thomæ edita

vt ad peregrinum istum venirem, qui tenetur in carcere. Eò igitur festino, vt iuxta somnij visionem, plenam possim accipere sanitatem. Interrogauit Zuzanis, quis ille puer esset, qui fuisset cum ea? Respondit, Manazara. ipse non vides eum, dextra manu tenentem me, & sustinētem? Dum hæc fierent, interuenit loquentibus Thomas, sed etiam Seforus dux militiæ, & vxor eius ac filia, denique & Treptia atque Mygdonia, & Narchia, qui ad Zuzanis domum pariter commebant. Cū vidisset autem Apostolum Manazara, adorauit eum, dicens: Venisti medicus, qui me sanes ab ægritudine. Vidi te hac quoque nocte, ac quidem tradentē mihi puerum istum, vt me ad te perduceret in carcerem. Et cum expectare venientem debueris, præstanti tamen bonitate ipse me diutius laborare non es passus, sed veniebas ad me. & simul hæc dicēs, conuersa puerum quærebat: qui se oculis repente subtraxit, nec erat videri facilis, qui ante videbatur. Anxia igitur sustentatore amisso, cœpit dicere: Non possum sola ambulare, non apparet amplius puer, quem mihi tradidisti. Cui Apostolus: Ecce iam tecum Christus ambulauit. Ipse tibi erit viator & præuius. Itaque currens mulier præibat cæteros, repente domum festinans. quò postquā ab Apostolo & cæteris ventum est, subito domus multo splenduit lumine. & Thomas cœpit orare, & dicere: Tu Domine, qui es adiutor infirmorum, spes & confidentia

Christus via vita.

Nota benedictionem Apost.

inopum, refugium & requies laborantium, lugentium consolatio, fluctuantium portus, resurrectio mortuorum, redemptio peccatorum, & qui deniq; propter nos subiisti corporis passionem: tu domicilia mortis, & ipsa inferna penetraſti, vt nos à mortis veſtigiis liberemur. Te principes mortis veniſſe mirati ſunt, neque poterunt tenere remeantem: imò etiam exutos ſe vetuſtate poſſeſſionis, & te cum trophæo reuertentem gemuerunt. Honorificamus igitur meritò te Domine Ieſu, de paterna illa & perfecta veniſſe ſubſtantia, vt viſcera tuæ miſericordiæ videremus in nobis. Quique ſeruorum tuorum es miniſter, poſſeſſionis tuæ locupletator, pauper, ſed non indigens: diues, ſed non ſtulticiens pauperem: qui ieiuuſti quadraginta diebus, vt perpetua benedictionis repleres alimonia animas eſurientium: tu eſto, rogo, cum ſeruis tuis Zuzane, & Manazara, ac Treptia, vt in tuum gregem eos digneris inducere, & adnumerare ſanctis tuis, & in hac errorum regione iuuare, ne errare poſſint. Tu eſto medicus in hac poſſeſſione languentibus, eſto requies in laboribus, firmamentum in lubricis. Eſto denique adiutor corporum, vita animarum, vt ſint templa miſericordiæ tuæ, & Spiritus ſanctus inhabitet in eis. Hac completa benedictione, ſumpſit ſacramentum, & gratias egit Domino, dicens: Sit nobis hoc ſacramentum tuum Domine Ieſu ad vitam, ſit ad remiſſionē

Magis ſollertus eſt A-poſto. pro ſuis quam pro ſe.

peccatorum. Siquidem pro nobis paſſio tua celebrata eſt. Tu pro nobis ſel illud bibiſti, vt omnis in nobis aduerſarij amaritudo moreretur. Pro nobis tu quoque bibiſti acetum, vt noſtra laſſitudo confortaretur. Pro nobis conſputatus es, vt immortalis nos rore perfunderes: percuſſus es à calamo fragili, vt fragilitatem noſtram vitæ perpetuæ æternitatique firmares. Coronatus es ſpinis, vt virenti ſemper in te credentes, charitatis tuæ laurea coronares. Inuolutus præterea fuiſti ſindone, vt nos quodam virtutis tuæ inuolucro veſtires. In ſepulchro poni voluiſti nouo, vt nobis nouam gratiam, noua ſæcula reformares. Hæc ubi finiuit, Euchariftiam diuiſit his quos ſuprà memorauimus, & ait: Fiat nobis hæc Euchariftia ad vitam, & viſcera miſericordiæ, & gratiam ſalutis, ſanitatēque animarum noſtrarum. Reſpondentibus autem illis, Amen: audita eſt vox, dicens etiam, Amen. Quam ubi audierunt vocem, ſtatim ſuper facies ſuas ceciderunt. Et iterū vox ſonuit, dicens: Nolite timere, ſed tantummodo credite. Ex eo tempore redire cœperunt, Thomas ad cuſtodia ſuæ clauſtrum: ſed & Treptia & Mygdonia & Marchia reuerſæ ſunt ad carcerem ſuum. Quibus, antequam egrederentur, locutus eſt Apoſtolus, dicens: Accipite ſermonem meum vltimum, non enim ero diutius in hac carne. arceſſor ad Dominum Ieſum, ad illum qui me redemit, ad illum qui ſe ad vltimum humiliavit, vt ab

Chriſto illata ſupplicia enumerat, vt nos ad talia imitet.

Nota. Sub una ſpecie communicant Laici miniſtrante Apoſto.

Græuis eſt ꝑena ceſſationis Apoſt. oratio.

ultimo omnes eleuaret: in quem sperare didici. Si enim ad sacri munus officij meis indignū vocauit, quāto magis si in veritate seruiui, possum sperare mercedem? Bonus enim & iustus est, & nouit dominus mercedem soluere pro meritis singulorum. Diues numerū, largus gratiarum, haud quaquā parcus beneficiorum. Quid in me quoque infirmum supra meritū meum, multa cōferre dignatus est. Cuius miracula eō prouocare vos debent, vt lauderis auctorem. Neque enim ego mea virtute hęc faciebam, sed in nomine Domini mei Iesu impetrabam, non impe-
rabam. Non enim Christus, sed seruulus Christi sum: nec ego sum arbiter, sed minister eius qui me misit. Et ideo peracto cursu, admoneo vos, ne cum videritis datam in me esse hominis potestatem, supplicijque me deditum cum videbitis, ideo fides vestra minuat. Ego enim voluntatem Domini mei impleo, & æquum est me velle quod Dominus iubet. Nam si pro nobis ille mortem suscepit, quanto magis nos, erga Domini voluntatem, corporis huius mortem timere nō debemus? Cum præsertim mors ista non sit interitus, sed solutio corporis. Ideoque non rogo, vt mortem differam. Creditis enim, quod possē differre, si velim: sed rogo magis, vt citius absoluar, & proficiscens videam illum decorum & misericordem, qui pro operibus & laboribus, quibus defudauī, nimis liberalis Dominus, præmium representabit. Hęc

*Humilitas
B. Thome.*

*A maiori ad
minus diffu-
tat.*

cū dixisset, receperunt se omnes ad tenebro-
sam domum. Et dixit Thomas in carcere consti-
tutus: Domine Iesu, qui pro nobis plurimū per-
tulisti, claudantur ianue ista, sicut clausa fue-
runt, & signacula iisdem foribus reformentur. Relictis igitur aliis, perrexit Apostolus vt se in-
cluderet. Fœminæ autem non poterant à lacry-
mis temperare, quæ sciebant, quod Meledeus non abstineret ab eius nece. Interea cū venisset Apostolus, inuenit custodes concertantes inter se, & dicentes: Heu quomodo incidimus in istum magum? Ecce aperuit ianuas carceris artibus magicis, & omnes voluit secum educere. Vnde ne magicis carminibus elabatur, & cæteri cum eo, renunciemus Regi, simul de vxore eius ac filio. Audiebat hęc Thomas, & quiescebat. Illi autem abierunt prima luce ad regem, petentes vt tolleretur magus ille, & alibi clauderetur, eo quod clausum omne magica potestate referaret. Secundò nunciabant, apertas fuisse ianuas carceris, idque surgentibus manifestatū sibi. Introisse etiam regis vxorem, cum aliis, quæ non recederent ab eo. Quibus auditis rex, signacula mox, quæ imposuerat ianue, requisit, & eodē reperit modo quo fuerant antè. Vnde commotus, ad custodes ait, falli eos qui introisse in carcerem Triptiā & Mygdoniam dicerent cum signacula remota nō essent. At ille se vera intimalle significabant. Meledeus autem sedēs in secretario, sisti sibi insum Apo-

*Nota mira-
culum.*

*Vera chari-
tatis signa.*

*Artibus ma-
gicis tribuit
quod diuini-
tus fiebat.*

stolū rogauit, seruūne an liber esset. Cui Thomas, Seruus sum, ait vnus & solius, supra quem non habes potestatem. Quæsiuit iterum Meldeus, cur eò venisset? Respondit denuo Apostolus, vt plures saluaret: & hæc sibi debitum esse, vt per Manus Meldeci hinc emigraret. Tum rex, qui esset Dominus eius, rogauit, quod illi nomen, & cuius regionis? Ad quæ Thomas: Meus Dominus (inquit) Deus est tuus, Dominus cæli & terræ. Huius tu nomen audire nō potes: sed id quod datum est in hoc sæculo, est Iesus Christus. Minanti autem regi, quod ei non pareret, cum maleficium eius aboleretur, vt tota India mundaretur, respondit Thomas: Hæc maleficia mecum abibūt: sed hoc scito, quia nec quid deerunt. Ex eo igitur cogitabat rex, qualiter Thomam occideret. Verebatur enim populum, quia plurimi etiam eminentiorum eius opera admirabantur, & credebant in Iesum. Astutē ergo sibi rex agendum ratus, cum Thoma ciuitatem armatis septus est egressus, populo existimante quod ideo egrederetur vt Thomas ei aliqua suorum operum demonstraret. Intendebant igitur in eum qui putabant quod aliquid ab eo rex vellet discere, & ille regem docere. Sed egressus rex mediam ferè partem miliarij, tradidit eum quatuor militibus, adiuncto vno præstantiore viro, iubens vt ducētes eum in montē proximū, ibi gladio percuterent. Rex verò mox rediit in ciuitatem, vbi hoc militibus imperasset.

Quod intelligens plebs, sequebatur, Thomam eripere volens. At milites apprehenderant Apostolum, duo ad dextram, & duo ad sinistram tenentes. Ille quoque eminentior manum eius tenens, pariter incedebat. Dicebat autem Apostolus, magna & diuina mysteria in ipso exitu reuelari: Siquidē propterea se duci à quatuor militibus, dicebat, qui ex quatuor conuissent elementis, ea se quatuor habere principia generationis. Dominum autem Iesum ab vno esse percussum, quia vnum patrem sciret generatorem suum. Qui vbi venit ad locum passionis, cohortatus ceteros, fidem seruare domino Iesu, pietatēque colere: rogauit etiam Zuzanā, vt pretio custodibus dato, orandi tēpus sibi impetraret. Cuius data copia, cœpit gratias agere, quod & in sæculo gubernatus esset à Christo, & ab eodem vocaretur. Illum esse in periculis præsulē, illum in mœtore consolatorem, illum in laboribus adiutorē, illum præuium sibi huius fuisse itineris, quod in hoc sæculo cucurrisset. Tu (inquit) Domine, adnunciasti mihi, me tuum esse: propter quod nec vxorē accepi, vt tibi totus vacarem, ne templi tui gratiā vel coniugalis copulæ vsus minueret, vel cōsuetudo decerperet. Diuitiarum quoq; sæculariū cupidum animū, cœlesti prouisione ac munitione reuocasti, docens in pecuniis dispendia esse, non cōmoda. & ideo cōpulisti, vt hic, paupertate cōtētus, indeficientem spiritualium diuitiarū quærerem veritatem,

*Ducitur ad
martyrium
B. Thomas.*

*Exhortatio
ad toleranda
supplicia pro
Christo.*

*Grauiſſima
S. Thomæ
ante passi-
onem oratio.*

*Aperta Apo-
stoli cōfessio.*

*Dolo quod
virtute non
potest atten-
tat rex mor-
tem Apostol.*

& thesauros in Christo absconditos inuestigarem: tuis que contentus copiis, alias non desiderarem. Factus sum igitur pauper, indigens, peregrinus ac seruus, in vinculis, in ieiuniis, fame ac siti, in laboribus, in periculis, vt cōfidentia non periret, spes non confunderetur. Respice igitur in me Domine, quia pecuniā tuam non abscondi, sed supra mensam posui, & in nummulariis diuisi. Ad mēsam tuam vocatus veni, nec ab hac reuifendi necessitate excusauī, nec iuga bouum, aut ducendæ vxoris necessitatem conuiuio tuo prætuli. Ad nuptias sum vocatus, & albam vestē indui: & expectans Dominum à nuptiis reuertentem, olei non sum oblitus: tota nocte domū meam custodiui, à latronibus expoliatus non sum: calceamenta pedibus circumdedit, ne diffinirentur vestigia obseruari, primam & secundā & tertiam custodiam, vt vultum tuū viderem, & splendorem tuum discussa nocte perspicere. Mortuum meum non viuificauī, nec deficientem repleui, sed magis quem dedisti mihi vincētū castigauī: Et captiuum meū occidi, vt quem acceperam liberum non alligarē. Opprobriū suscepi in terra, vt in cœlo remunerationē loerarem. Si igitur detuli fidele seruitiū, adesto Domine Iesu, ne præsentiant me latrones, ne aduersus me retia sua mittant. Circundet famulam tuā gloria tua, vt tanta amictū gratia, aduersaria potestates impedire non audeāt. Nunquid illis obediui, cum mihi intercludere vellent transitum?

Suis

Suis enim occurrunt, & eos prodire ultra non sinunt. Adesto igitur Domine: vt cum pace & gratia transeam. In veritate dirigas seruum tuū, ad sedē tuam. Dirigas iter meū, & diabolus in me non intendant. Excæcētur oculi eius lumine tuo. Cōticescat os eius qui nihil in me dignum suis operibus inuenit, quod loquatur. Hac precatuſ, ait militibus: Venite, consummate præceptum eius qui vos misit. Aduenerūt igitur quatuor milites, & lanceis trāſuerberare eum: atq; cecidit beatus Apostolus, & mortuus est. Quē cum lacrymis sepelierunt fratres in sepulchro regio, in quo reges priores sepulti sunt: preciosis & plurimis amictum odoribus atque indumentis. Apparuit autē confestim Sifori & Zuzani, qui recusabant in urbem ire, & tota die ad sepulchrum sedebant, atque illis dixit: Quid sedetis custodiētes me? Non hic sum. ascēdi enim, & recepi omnia quæ speraui. Surgentes itaque discedite hinc, breui enim tēpore & vos mecū colligam. Cum hæc fierēt circa Apostolum, interea Treptia regina & Mygdonia deductæ à Mesdeo & Charisio affligebātur, sed tamen voluntati eorū non acquiescebant. Quibus se Apostolus demonstrauit, dicens: Nolite errare, quia dominus Iesus citō vobis adiumentum dabit. Iraque Mesdeus & Charisius cum animos vxorū suarū expugnare non possent, dimiserūt eas propriæ voluntati. Fiebat autem congregatio fratrum in multa exultatione atque letitia.

*Quiescens
obdormit in
Domino.*

*Sepultura
S. Apost.*

*Apparet
consolans
bonos.
Terret im-
pios.*

*Ad Euange-
lium allusio.*

Erātq; presbyter Siforus, & Zuzanes diaconus, suntq; ordinati jam tum à sancto Apostolo, cū in montem moriturus ascendisset. Atque hi potiebantur frequentibus adiumentis Domini, & fidei incrementa quotidie procedebāt. Quibus addidit Dominus hanc gratiam, vt cum Meldei filius correptus esset à dæmonio, nec quisquam qui eum sanaret, posset inueniri, successit huiusmodi Meldeo sentētia, vt diceret: Vado, & aperio sepulchrum, & tollens ossa de corpore Apostoli, suspendā filio meo, & curabitur. Ascendebat igitur secundum cogitationes Meldeus ad montē, & reuelauit ei se Thomas, dicens: In viuentes non credidisti, & in mortuos credis: Sed ne timeas, miserebitur & tui dominus Iesus, & exhibebit tibi viscera misericordiæ suæ, propter bonitatem suam. Verūm vbi ascendit Meldeus: referato sepulchro, ossa inuenire nō potuit quia iam pridem reliquias sanctas, quidā de fratribus rapuerāt, & in vrbe Edessa sepelierāt. Ea tamen quæcunque rex in sepulchro reperit, humi, vel stercoris, supra quæ iacuerāt reliquiæ Apostoli, auferens Meldeus, & alligans filio suo, ait: credo tibi Christe nunc, quia recessit à me ille qui hominum turbat affectus, ne ad te visendū summa properatione contendam. Itaque vbi suspendit illa puero, statim sanatus est ex illa hora: & factum est gaudiū magnū inter fratres, super conuersione regis, ad regē cœlestē Christū Iesum: cui honor & gloria, in perpetua sæcula, Amen.

*Reliquiarū
Sanctorum
virtus.*

*De reliquiis
Sanctorum.*

*Miracula ex
reliquiis san-
ctorum exi-
tata.*

*LIBER DECIMVS CERTAMINIS
Apostolici, ab Abdia Babylonie Episcopo Hebraicè conscripti, & à Iulio Africano Historico versi in linguam Latinam, De rebus à beato Philippo Apostolo feliciter gestis.*

PHILIPPVS Petri & Andreae con-
terraneus, ex vico Galileæ Bethsaida
originem duxit: vocatusque mox
post Petrum, demū ad Apostolatus
honorem peruenit. Qui vt socium haberet con-
uersionis, Nathanaelem quendam familiarem
ad Christum duxit, quem Christus mox se ag-
nouisse testatus est, sub ficu antequam à Phi-
lippo illi esset adductus. Quod admiratus Na-
thanael, qui nunquam antea viderat Christum,
haud illibenter deinde illi adhæsit, in parte so-
cietatis semper cum Philippo manens. Quo-
rum hic pridie quàm pateretur, cum in cœna
audiret, neminem ad Patrem nisi per eum ven-
turum: Magistrum rogare cœpit, vt sibi ac con-
discipulis patrem ostenderet: quod quidē amo-
re ille sempiternæ vitæ tum dixerat. At Chri-
stus obiurgans Philippum, quod tanto tempo-
re cū ipso esset, & tamen eū rectè adhuc non co-
gnosceret. Et hæc omnia ante Christi passionē
à Philippo gesta esse, Euangelica nobis fides o-
stendit. Post ascensionem verò Saluatoris, Bea-
tus Philippus per annos viginti, instanter præ-
dicauit Gentibus per Scythiam Euangelium.

*B. Philipp
origo.*

Tēpus Apost.

*Charitas
Apostoli.*

Ioan. 14.

*Scythia obti-
git forte B.
Philippo.*

*Sanantur in
firmi voce
Aposto.*

*Predicatio
B. Philly.*

*Idola cōfrin-
guntur.*

*Presbyteri et
Diaconi or-
dinantur.*

*Sucessorem
relinquit a se
ordinatum
Episco. Hierapolim re-
uertitur.*

*Heresis He-
bionitarum
extinguitur.
Filiarum
Apost. gesta.*

ruit. Vnde factum est, vt vniuersi Philippū Apostolum qui persequebantur, pœnitentiam agerent, Deūque hunc æstimantes adorarent: ipse autem per vnum annum iugiter doceret eos, quomodo mundo periclitanti aduētus Domini subuenisset, quomodo natus ex virgine, quomodo passus, quomodo sepultus die tertia resurrexerit: quomodo post resurrectionem, eadē quæ ante passionem suā, docuerat: quomodo videntibus Apostolis ascendisset in cœlos: quomodo denique misisset Spiritum sanctum, quem promiserat: qui veniens quasi ignis, sedisset super Apostolos duodecim, & omniū linguas ac fermocinationes mētibus Apostolorum suorū inseruisset. Ex quorū ipse numero huc missus, scire vos facio idola vana esse, & cultorib⁹ suis inimica. Hæc & his similia dicente Apostolo, crediderūt vniuersi populi. Et eliso Martis simulo, multa milia hominum baptizata sunt. Ipse verò Apostolus ordinatis presbyteris & diaconibus, ordinato etiam Episcopo, & Ecclesiis multis constructis, per reuelationē in Asiam reuersus est, & in ciuitate Hierapoli exinde commorabatur. Vbi hæresim malignam Hebionitarum extinxit, qui dicebant, nō verum hominem natum, ex virgine Dei filium assumpsisse. Erant autem isthæc duæ filix Apostoli, virgines sacratissime, per quas deum multitudinem virginum lucratus est. Ipse autem Philippus ante septem dies migrationis suæ vocauit ad se omnes pres-

*Filius sacer-
dotis percus-
sus à serpente*

*Cōsiliū
Apostoli.*

*Coniuratur
demon.*

*Mortui re-
surgunt.*

Vbi cum tentus esset à Gentibus, & ductus ad statuam Martis, & compelleretur ad sacrificandum, exiit de subtus basim, in qua statua Martis stabat, draco ingens, & percussit filium sacerdotis, qui ministrabat ignem Sacrificij. Percussit etiam duos Tribunos, qui præerant Proninciæ, cuius officiales tenebāt in vinculo Apostolum. Porrò de flatu draconis omnes morbidi redditi, vehemēter ægrotare cœperunt. Quod videns Apostolus dixit illis: Audite cōsiliū meum, & recuperabitis sanitatē. sed & hi qui exinde erant mortui, resuscitabuntur omnes: draco quoque qui noxius vobis erat, in dei nomine fugabitur. Dicūt ei ægroti: Quid faciamus? Quibus respondit Apostolus: Deicite hūc Martem, & confringite, & in loco in quo fixus videtur stare, crucē Domini mei Iesu Christi affigite, & hanc adorare. Tunc illi qui cruciabantur, cœperunt clamare: Recuperetur in nobis virtus, & deiciemus Martē: Facto itaque silētio, apostolus dixit: Præcipio tibi draco in nomine Domini Iesu Christi, exi de loco isto, & vade & morare in loco deserto, vbi nō est accessus hominum, & nulla utilitas humanis cōmodis ministratur, ita vt vadēs nemini noceas. Tū draco ille sæuissimus exiens cœpit abire festinanter, & vltra nusquam comparuit. Philippus autem Pōtificis filiū, qui ignē ministrabat, & duos Tribunos qui mortui fuerant, suscitauit, omnēque turbam quæ morbis erat affecta, de draconis flatu, sanitati resti-

byteros & diaconos, sed & vicinarum vrbiū
Episcopos, & dixit eis: Hos septem dies mihi
Dominus in ista vita concessit: quare memores
estote doctrinæ Domini nostri Iesu Christi, &
state aduersus minas inimici viriliter. Dominus
autem compleat promissa sua, & corroboret
Ecclesiam suam. Hæc & his similia prædicans
Apostolus Domini Philippus, annorum octua-
ginta septem: perrexit ad Dominum, & in ea
ciuitate Hierapoli positum est sanctum corpus
eius. In cuius tumulo post aliquantos annos,
duæ sacræ virgines, filia eius, dextra læuâque
sepultæ sunt. Vbi præstatur beneficia Dei, oran-
te Apostolo, omnibus qui credunt vnum Deum
Patrem inuisibilem, incomprehensibilem, &
immensum quem vidit hominum nullus, neque
videre potest: & in vnum eius vnigenitum Do-
minum nostrum Iesum Christum, qui crucifi-
xus est pro sæculi delictis: & in vnum postre-
mò Spiritum sanctum paracletum, illuminato-
rem animarum nostrarum, & nunc & semper,
per infinita sæcula sæculorum, Amen.

*Finis postremi libri certaminis Apostolici,
Authore Abdia Babylonie Episcopo,
ipsorum Apostolorum discipulo
& Iulio Africano.
interprete.*

*Confirmat
credentes.*

*Mors Beati
Philippi.*

*Sepultus est
Hierapoli.*

*Injuxta sepul-
chrum patris
stant filia
dextra læuâ-
que.*

VITA SANCTI MATTHIÆ
APOSTOLI, VERSA EX
Hebraeo, incerto Authore.

PROLOGVS.



Vm multo studio ac solitudine fla-
grarem, quomodo gesta beati Mat-
thiæ Apostoli, quæ apud nullum ha-
bentur Ecclesiasticorum interpretū,
inuenirem, quidam presbyter nomine Theo-
doricus, fluctuantem ac tristem me videns, cau-
sasque à me tristitiæ requisuit, & accepit. Vnde
summa exultatione perfusus, quia hoc in me
studium inuenerat, dixit, quòd si eorundem ge-
storum interpret esse cuperem, cum quodam
Iudæo familiari suo se acturum, vt mihi librū,
quem ipsi Damnatorum intitulant, quòd in eo
contra legem agentium damnatio contineatur,
Matthiæ scilicet, & Iacobi vtriusque, & Step-
hani, idem Iudæus præsentaret. Didiceram autem
eo ipso tempore à quodam Iudæo literas He-
braicas. Venit ergo Iudæus, libellum deferens:
cuius cum ego titulum legerem, Sic Hasrim,
hoc est Cantica canticorum scriptum inueni:
tanta indignatione commotus sum, vt vix ab eo
manus cōtinuerim. Nā illo innato sibi in Chri-
stianos odio decipere me gestiebat. Et tu, in-
quam, leno spurcissime, clericumne fallere ten-
tas, qui Hebraicarum, Græcarum & Latinarum
litterarum, historiarumq; plenā habet sciētiam.

*Occasio scri-
bendi qualis.*

Nihil est certè in omni vestra bibliotheca, siue Græca, siue Hebraica, quod nesciam. Quod quidem falso, sed ex industria dixi. Timore igitur correptus, maximè ne ei apud Principem, cum quo bene poteram, ea potestate nocerem, iureiurando promisit, se mihi satisfacturum: quod & fecit. Lecto nanque titulo libri, quem postmodum detulit, Haymatay, hoc est, Vita Matthiæ, scriptum deprehendi. Venitque opinatus omnia me intelligere, quæ infra scripta erant, licet inuitus, omnem tamen ex ordine gestorum mihi veritatem aperuit, accepto à nobis precio solidorū viginti trium. Posthæc dominus meus Archiepiscopus, anno sequente, ab alio Iudæo in periculo rerum suarum constituto, ita se habere deprehendit, excepto quòd cum ad nomen suum dixit alluisse versiculo Psalmi. Postremò cuidam incluse, pro hoc ipso triduanum agente ieiunium, à Domino idem reuelatum est. Legatur igitur absque omni scrupulo hæsitationis, quod tam certis argumentis verum esse probatum est: quia omne dubium Spiritus sanctus aboleuit. Quomodo autem de Iudæa Treuerim venerit, sicut in historia Treueriana, & in monumentis Syluestri Papæ Romani legi, miracula quoque eius subsequenter edisseram.

Historia veritatem desit precio.

REVERENDISSIMO Domino suo, Ecclesiæ sancti Eucharj, Treueris, Abbatu verè dignissimo, humilis Leuita, omnium fratrum illi commissorum ultimus, debita subiectionis deuotum obsequium. Cum verbo simul & opere præpalleas, pater beatissime, plurimos à leuitate seculari retractos theoreticæ claustræ societati, ex quibus in specialius illud tuæ sollicitudinis studium impendisti. Attestantur is tua instantia, quotidiana admonitio, correptio, quam licet ex iuuenili leuitate non satis libenter excipiam, ex qua tamen pietate prodeat, cum mentem à vanitate recolligo, non ignoro. Illud quoque præterire non debeo, quòd me lectioni instare iugiter præcipis & hortaris, ne scilicet ociosum inimicus inueniat, ne murmurando mentem occupet, ne detractio in lingua deseruiat, ne manus operi quòd ad rem non attinet, insistat. Præcipit igitur beatitudo tua, vt vitam beati Matthiæ Apostoli, ad cuius ossa dignè præsides, ab Hebraico volumine, qui Damnatorum insinulatur, quòd in eo contra legem agentium iudicia contineantur, exceptam, latius exponerem, secundum indagatam auisio, vel potius extortam omnem rei veritatem. Quòd ego, licet audacia meritiò denotet, feci tamen vt potuit. Proinde licebit, alij latius, tum eloquentius explanare, stilumque rusticum lima urbana decentius expolire. Dominus te incolumem nobis custodiat, pater charissime, Amen.

Cuius impulsus scriperit.

Quale studium debeat esse præsum.

HISTORIA SANCTI
GESTA SANCTI MAT-
THIAE APOSTOLI.



IGITUR gloriosissimus Aposto-
 lus Domini nostri Iesu Christi,
 Matthias, de tribu Iuda, ciuitate
 Bethlehem, illustri profapia oriū-
 dus fuit. Parētes autem illius cum
 multis diuitiis & nobilitate generis insignes, tū
 venerandi apud Deum & homines morum ve-
 nūstatae pollebāt. Vnde verē illis diuinitus con-
 cessum fuisse creditur, vt religiosi parentes, re-
 ligiosiore ex se filium procrearet. Natum ita-
 que puerum Matthiam, quod in nostra lingua
 Dei paruus, siue donatus, sonat, nuncupauerūt:
 quem tum ab annis puerilibus diuinæ legis in-
 stitutionibus statim manciparunt. Ad pedes
 namque Simonis, summi & incomparabilis vi-
 ri, atque tunc temporis in lege Mosaica doctis-
 simi, prima legis elementa perceperat. Diuina
 siquidem cooperante gratia, omnem in breui
 legis & Prophetarum scientiam comprehendit.
 Studebat iam in ætate tenera, maiorum imita-
 ri exempla, diuinæ legi iugiter incumbere, la-
 sciuiæ sensum non impendere, sed annos pue-
 riles morum vincere maturitate. Proinde ado-
 lescens factus, crebris disputationibus exami-
 natus, non solum condiscipulis, sed ipsi magi-
 stro suo mirabilis habebatur. Quippe qui li-

*Patria B.
 Matth.
 Parentes A-
 post. Deo, ho
 minibusque
 grati.*

*Matth. ety-
 mologia.*

*Preceptor
 Apost.*

*Studiosi dedi-
 tus à pueri-
 tia.*

cet eruditissimus esset, nullatenus tamen extol-
 lebatur, sed iuxta sui nominis etymologiam,
 verē se paruum & humilem exhibere niteba-
 tur: illud semper memorans, Quanto maior es,
 tanto magis humilia te in omnibus. & illud vi-
 ri sapientis. Superbum sequitur ignominia, hu-
 milem autem gloria. Erat igitur Beatus Mat-
 thias corpore mundissimus, animo purus, in
 soluendis sacrae scripturae quaestionibus acu-
 tissimus, in consilio prouidus, in sermocina-
 tione nudus penitus & expeditus. Informaba-
 tur sensim animo ad virtutem, vt esset ad intel-
 ligentiam habilis, ad misericordiam facilis, in
 prosperis non elatus, in aduersis constans & in-
 trepidus. Satagebat vt quod sensu perceperat,
 opere completeret, & oris doctrinā manus asser-
 tione comprobaret. O beatum virum, qui sub
 vbera positus opera lucis exercebat: qui Legi
 subditus, virum gratia praeferebat. O beatorum
 virum, cuius laus non solum in Ecclesia sancto-
 rum: sed quod mirificum magis est, in synagoga
 resonabat impiorum. Nam qualis quantusque
 aestimandus est fuisse, quem boni totius æmu-
 li, iidemque damnatores eius, non desinunt lau-
 dibus extollere? Vt igitur lucerna de medio le-
 gis ad candelabrum transfertur Ecclesiae, voca-
 tione Christi dignus habitus, Christum paupe-
 rem pauper ipse secutus, in fortem & numerum
 septuaginta duorum discipulorum ab ipso Do-
 mino designatus est. Completo deinde dispen-

*Modestia S.
 viri.*

Laus Apost.

*In numerum
 discipulorum
 à Christo
 electus est.*

Act. 1. *Judas proditor-*
 fationis Dominicæ ministerio, incarnatione videlicet, passione, resurrectione, & ascensione in cælos, surgens Petrus in medio fratrum, dixit: (erat autem turba hominum ferè cētum viginti viri) Fratres, oportet impleri scripturā, quam prædixit Spiritus Sanctus per os David, de Iuda, qui fuit dux eorum qui comprehenderunt Iesum, qui numeratus erat in nobis, & sortitus est sortem ministerij huius. Et hic quidem possedit agrum de mercede iniquitatis, & suspensus crepuit medius, & diffusa sunt omnia viscera eius. Et notum factum est omnibus habitantibus Hierusalem, ita vt appellaretur ager ille Acheldemach lingua eorum, hoc est, ager sanguinis. Scriptum est enim in libro Psalmorum:

Fiat commoratio eius deserta, cuius non sit qui inhabitet in ea, & Episcopatum eius accipiat alter. Oportet ergo ex his viris qui nobiscum sunt, congregati in omni tempore, quo intrauit & exiuit inter nos Dominus Iesus, incipiens à baptisinate Ioannis vsque in diem qua assumptus est a nobis, testem resurrectionis eius nobiscum fieri vnum ex istis. Et statuerunt duos: Ioseph, qui vocabatur Barsabas, qui cognominatus est Iustus, & Matthiam. Et orantes dixerunt: Domine, qui corda omnium nosti, ostende quem elegeris ex his duobus, vnum accipere locum ministerij huius & Apostolatus, de quo præuaricatus est Iudas, vt abiret in locum suum. Et dederunt sortes, & cecidit fors

super Matthiam, & annumeratus est cum vndecim Apostolis. Dum ergo complerentur dies Pentecostes, accepta in linguis igneis gratia Spiritus Sancti, dispersi erant Apostoli toto orbe terrarum. Tunc beatus Matthias ex decreto eiusdem Spiritus Sancti, Iudæam in sortem prædicationis accepit. In qua, quemadmodum diuina gratia quosdam mancipans, amulorum in se liuorem accenderit, sermo sequens declarabit. Anno igitur post passionem Domini tricesimo tertio, plus minus, Anano iuniore, qui & Akauua, pontificatum adeptus, credens se opportunum tempus inuenisse idem pontifex, aduersus discipulos Domini, Festo præside mortuo, & Albino adhuc in itinere cōstituto, consilium iudicum fecit: & quosdam deducens ad se, inter quos & fratrem Iesu Iacobum, tradidit puniendos. Qua tempestate beatissimus Apostolus Domini Matthias, verbum vitæ æternæ per circuitum Iudæis nunciabat, multosque filiorum Israël ad Deum signis ac prodigiis conuertebat. Cæcos namque illuminabat, leprosos mundabat, dæmones ex obsessis corporibus in Christi nomine effugabat, claudis gressum, surdis auditum, mortuis quoque vitam restituebat. Instruebat quod erat vitæ, quod morum, quod religionis: Moysen quidem sanctum prædicans, legem nihilominus omni cultu dignissimam, sed quæ sub Palea literæ maxima in se Christi & Ecclesiæ Sacramenta contine-

B. Matth. ex spiritu diligitur ad Apsto.

Incipit afflictio discipulorum Iesu.

B. Matth. nihilominus annunciat Evangelium vitæ.

Miracula eius.

Duo proponuntur ad electionem.

bar. Christum denique ab ipso Moyse signis & ænigmatibus præfiguratum, verbis propheti-
cis annunciatum, in redemptionem generis hu-
mani missum à Deo patre, per virginem mundo
innotuisse, diuinæ legis comprobatur testimo-
nio. Plurimâque edisserens & interpretans il-
lis, omnia signis potētissimis adprobabat. Dum
ergo in hunc modum circuiret vicos & castel-
la, benefaciens & annuncians regnum Dei, de-
uenit in ciuitatem Galileæ nomine Galim, quæ
Latinè Giscala dicitur. Et introiens in Synago-
gam, cœpit ex scriptura Legis Euangelizare
Christum Iesum. Illi autem nitentur contrà
ire sermonibus eius, blasphemis & detestatio-
nibus maledicentes nomini Sancto. Cùmque
instantius ipse de Iesu sermonem faceret, illi
zelo repleti, duxerunt eum vincientes, & nun-
ciauerunt Principi Sacerdotum, & senioribus,
dicentes: Condemnati illius Iesu, qui se filium
Dei dicebat, discipulum cōprehendimus, quem
subuertentem populum per synagogas & com-
pita deprehendimus. Quid factò opus sit, con-
sulite. Nos cum multis quæstionibus legis exa-
minauimus, & inuenimus hominem contra le-
gem agentem quidem, sed in ipsa lege peritissi-
mum, qui & gloriatur Simonem se habuisse ma-
gistrum. Nobilis est, genere illustris, & acceptus
in plebe: quamobrem decreuimus in illū nihil
absque auctoritatis vestræ imperio præsumere.
Quidam autem ex synagoga principes dixerūt:

*Pseudopro-
pheta resi-
stunt Aposto.*

*Composita
simulatio.*

Lex nostra, fratres, vt nostis, hominem non ni-
si ex sua confessione, seu testium veracium as-
sertione condemnat: sicut scriptum est, In ore
duorum vel trium testium stabit omne verbū, *Accusatio
summa.*
& absque testibus nemo punietur. At illi dixe-
runt: Inuenimus per synagogas eum auerten-
tem populum, per totam Galilæam conuenti-
cula facientem, circumferentem doctrinam Ie-
su Nazareni, iudicio principum crucifixi. De-
nique non est vicus aut ciuitas, in qua nouam
sectam non inuenerit homo perditissimus, qui
in Moysen, locumque sanctum & legem blas-
phemia non timuerit. Huius rei testes sumus.
Pontifex Ananus dixit: Nomen illius edicite.
Responderunt: Matthias, natus de Bethlehem
Iuda. Pontifex dixit: Quoniam quidem non ex-
pedit nobis, & generi nostro, sermonem de Ie-
su propagari, adducatur, vt si qua temerariè per
ignorantiam protulit, per pœnitentiam diluat:
sin alias, pœnam præuaricationis incurrat. Ab-
euntes igitur cum ministris, pontificibus, & a-
liis principibus magistratum, adduxerūt bea-
tum virum in concilium. Quem intuitus Pon-
tifex, ait: Scit omne concilium hoc, & orbis vni-
uersus, in quantum respublica nostra peruene-
rit opprobrium, non quidem culpis nostris exi-
gentibus, sed paucorum qui ex nobis exierunt
peruersitate, præsidumque Romanorum aua-
ritia, vel vt correctius dicam, seueritate. Fue-
runt enim non nominandi quidam rerum no-

*Rhetoricis
loribus in-
structa ora-
tio, Pontifi-
cis Anani
aduersus B.
Matthiam.*

uarum cupidi, sectas adducentes, per quos quot milia Iudæorum peruerſa ſint, quot à Romanis principibus interempta, vos melius noſtis. Nec enim talia vos aut ex ipſa ſui magnitudine latere potuerunt, & ex ipſa vicinitate, ſeu potius viſione terruerūt. Veruntamen eorum cum ſuis auctoribus vanitas, non ſine magno noſtri generis opprobrio penitus interiit. Nec inuentus eſt qui populum ex ipſorum ſuperſtitione, vel hæreſi poſt illos irretierit. Fuerunt enim Iudas Galilæus, Theodas magnus, quos poſt ipſorum interiitum nemo recolit, nemo venerari vel imitari contendit. Maximus horum hæreſiarches Ieſus Nazarenus ſurrexit, qui ſe Deū & Dei filium prædicans, legis obſeruaciones nihili pendit, multorūque oculos & animos ſignis ſuis & præſtigijs illicitis conuertit. Suſcepit tamen & in ſe decreta legis, quæ contempſit, realiter hæc approbans, quæ verbaliter interdixit. Sed quorſum iſta? Scimus, à Domino Moyſi ſancto legem datam, à patriarchis verbis & effectibus approbatam, à prophetis nihilominus obſeruata, quibus & Deus miracula dedit facere, qualia Ieſus patrare non potuit. Quis enim neſciat, Moyſen cū Domino, quaſi hominē cum homine, collocutū? Quis neſciat, Heliam igneo curru ad ſidera tranſuectū? Quis ignoret, cadauer Helifei mortuum ſepulchro iniectum ſuſcitaffe? Quis ambigat, cæteros Dei ſanctos miracula plurima & prodigia perpetraffe

Iudas & Theodas ꝑſens dochriſtiani.

Blaſphemia Phariſæorū in Chriſtum.

Authoritatem Chriſti diminuit ex circumſtantia.

traſſe: quorum tamen nullus hanc dignitatem diuini nominis uſurpauerit, nullus legē uiuendi nouam adinuenerit. Denique ſancti prophætæ abiecto habitu, voce humili, quantum datur intelligi, non ſponte, ſed torrente ſpiritu locuti ſunt. Hic autem ad oſtentionem agens omnia, paſſim verba vana iactauit. In tantum enim eius proceſſit inſania, vt & principes ſacerdotum eius laceraret contumelijs, ſcribas & phariſæos hypocritas appellaret. Quis horum prophetarum id præſumpſit? Sed iſte præſumptionis ſuæ dignum finem inuenit. Atque vtiſſimam memoria eius cum ipſo periſſet, nec ſuperceſſet qui errorem doctrinæ ipſius, ſemel emortuum, reſuſcitaret. Sed præter vōtum accidit. Ecce vt templum ſanctum, ciuitas ſancta, Leges patriæ Romano Præſidi & Romanis Legibus expoſita ſint. Non eſt qui condoleat, non eſt qui miſereatur, nemo eſt qui iudicet, nemo qui reputet. Trahimur ad iudicium, & ſuſtinemus: ſeducimur, & aſſentimur: in direptionem ſumus, & tacemus. Iſti præcipuè Galilæi in manus Romanorum nos tradunt, dum ſanguinem Ieſu, quaſi innocentis hominis, in nos & in genus noſtrum effundere non erubeſcunt. Expedi itaque nobis, vt pauci pereant, ne Romani totum locum deleant, & gentē. E duobus enim malis ſi neutrum vitari poterit, minus & tolerabilius eligendum eſt. Proſpicere tamē & errantibus, & ſalutis offerre remediū, magis eſt ſen-

Odi magnitudo declaratur.

In odium trahuntur diſcipuli Chriſti.

rentiæ, quàm de voluntario ipsorum interitu vel perditione gratulari. Neque enim nos in periculis positi, cuiusquam desideramus periculum: sed quod nostro potius competit officio, lapsos reformare, errantes corrigere, perilitantibus adesse, summopere studemus. Perpendat igitur & hic animi nostri māsuetudinem: tēpus habet, habet inducias, quo interstitio possit animum religioni reuocare. Habet potestatem pro se quæ expediunt allegare, verbitūque excusatoriis obiecta refellere: Tunc repletus Matthias Spiritu Sancto, extensis in cælum manibus, dixit: De obiectis, viri fratres, quæ vos crimina dicitis, non oportet me multa dicere: quoniam quidem Christianum esse non est criminis, sed gloriæ. Nam ipse dicit per Prophetam, dicens: Vocabo seruos meos in nouissimis diebus nomine alio. Pontifex Ananus dixit: Quomodo? non est criminis, Legem sanctam pro nihilo ducere? Deum inhonorare, famulisque superstitionis & inanibus vacare? Matthias respondit: Si verbis meis patienter auditum præbeatis, docebo qualiter hoc quod prædicamus, famulosum non sit, sed ab initio legis testimoniis approbatum. Deum Patrum nostrorū, Abraham patrem nostrum eduxit de Vr Chaldæorum, repromittens ei terram Chanaan se daturū, cum neque filios neque filias haberet, & Sara vxor eius sterilis esset: de qua tamen scriptum est, Credit Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiā.

*Christianorū
nomen glori-
osum.*

*Prædicatio
Aposto. per
successionem
gloriam Dei
querit.*

Et locutus est Dominus ad Abraham, dicens: Iuxta condictum reuertar ad te, & habebit Sara filium. Per repromissionē ergo natus est Abraham patri nostro filius, quē appellauit Isaac. Ex illo autem Iacob, qui primogenita quidem fratris surripiens, electus à Domino, in quo repromissio fructificaret, sicut Scriptura dicit: Iacob dilexi, Esau autem odio habui. Cūque zelaretur Esau Iacob, vt eum occideret, abiit Iacob in Mesopotamiā ad Laban, & seruiuit ei sub mercede, vsquequo loqueretur ei Dominus, dicens: Reuerte in terram natiuitatis tuæ, erōque tecum, & eruā te, & liberabo, dicit Dominus. Cū ergo abiisset cum multa familia & peculio, & venisset in Phanuel, descendit vir & luctabatur cum eo vsque mane. Dixitque ad eum: Dimitte me, aurora est. Qui respondit ei: Non dimittam te, ni benedixeris mihi. Et benedixit ei, dixitque: Non vocaberis vltra Iacob, sed Israel erit nomen tuum. Sciscitāte autem illo nomen viri, ait: Cur quæris nomen meū? quod est mirabile. Et abiit Iacob, & cum illo quos genuerat in terra aliena duodecim patriarchæ: quibus præmisit Dominus in Ægyptum, firmamētum & Saluatorem, qui adesset eis, & semini eorum, in tempore afflictionis suæ. Facta deinceps fame in terra Chanaan, descendit Israel in Ægyptum, in animabus septuaginta, & habitauerunt patres nostri in oppidis Gessen, & multiplicati sunt nimis. Cum ergo affligerentur ab Ægyptiis, surrexit

*Mutatio no-
minis Iacob.*

*Transmigra-
tionis causa.*

Mosis apparitio in Rubo.
 Moyses, vir potens & eruditus, qui fugiens Pharaonem persequentem, deuenit in Madian. Vbi dum pasceret oues foci sui, sacerdotis Madiã, in deserto, apparuit ei Dominus in igne flamme rubi. Appropinquante autem illo, vt videret visionem mirabilẽ, dixit ad eum Dominus: Solue calceamẽtum de pedibus tuis. Quid autem, fratres (scientibus enim legem loquor) signum repudij fuit? Quod intelligens idem vir sanctus, ait: Obsecro Domine, mitte quem missurus es: significans videlicet, quod iisdem postea scribit filiis Israel, dicens: Prophetam vobis suscitabit Dominus de fratribus vestris, tanquam me ipsum, hunc audietis, iuxta omnia quæ locutus fuerit vobis. Et iratus Dominus in Moysen, ait: Ecce Aaron frater tuus venit in occursum tuũ, ostendens nondum consummatam plenitudinem temporis, in quo vetus ille nuncius adisset, qui populum suum non de manu significatiui Pharaonis, sed de potestate intellectualis & significati, qui est diabolus, liberaret. Significatiua enim cætera omnia quæ gesta sunt fuisse Phasẽ vestrum indicio est, quod à patribus ad literam celebratum, maxima in se mysteria continere, manifestis & evidentibus de causis patet. Quid enim esus agni carniũ proderat ad conscientiam? Quare renes accingitis? Quare baculos in manibus, calceamenta in pedibus habetis? Hæc omnia, fratres, licet scientiam legis habere videamini, sicut scriptum est: Si non cre-

Legatio, ad Pharaonem suscepta pro liberatione Israelis.

dideritis, non intelligetis. Quomodo enim sanguis agninus in vtroque poste, & in superliminari alpersus, ab exterminatore vos eriperet, nisi crucem Iesu, qui dicitur Christus, figuraret? De ipso nanque Elaias dicit: Sicut ovis ad occisionem duceretur. & inter cætera, Et inter iniquos reputatus est. Vt ergo nomen Iesu Pontifex audiuit, furore repletus, ait: Hæc itaque ad destructionem legis prosequeris? An ignoras scriptum: Si quis propheta vel somniator in Israel surrexerit, vt auertat vos à lege Domini vestri, morte moriatur homo ille. Matthias respondit: Propheta ille, de quo nobis sermo, non solum propheta, sed & Dominus est prophetarũ, & Deus, Dei filius: cuius diuinitas manifestis iudiciis declaratur. Hæc igitur ratione ductus, in ipsum credidi, sperans quod in confessione nominis eius perseuerabo. Pontifex dixit: Quid si dantur induciæ, vis ne pœnitere? Matthias respondit: Absit à me, vt à veritate quam semel inueni, non per pœnitentiam, sed per apostasiam digrediar. Iesum Nazarenum, quem vos quidem negastis, verum Dei filium, per omnia patri consubstantialem, & coæternum, atque coæqualem, corde confiteor, ore prædico: Christi seruus sum, aliud esse non potero. Tunc Pontifex obturans aures suas, & stridens dentibus, in eum clamauit, & ait: Blasphemauit. Et subiunxit: Audiatur legem. Et lecta est, iuxta quod attingebat: Homo qui maledixerit Deo suo, por-

Prophetia de passione Mesia.

Christi prophetarum auctoritas.

Signa furoris.

rabit peccatum suum: & qui blasphemauerit nomen Domini, morte moriatur. Lapidibus obruet eum omnis multitudo. Non parceret illi oculus vester, & auferetis malum ex vobis. Cum igitur vir sanctus nec blandimentis euerit, nec minis aut terroribus concuti posset, protulit in eum sententiam. Os enim, inquit, tuum contra te locutum est, sanguis tuus contra caput tuum. Proinde ductus est ad poenam. Cum ergo venisset ad locum Bethlaskila, id est, domum lapidatorum, silentium indixit, & ait: Scriptum namque est, cum videro faciem Domini Dei Sabaoth, nunquid non viuet anima mea? (vel ut alij peritiorum Iudæo, secundum Hebraicam veritatem magis placuit.) Quando veniam, & apparebo ante faciem Domini? Ait enim, quia prima & vltima litera nominis, quæ sunt Mem & Iod, simul iunctæ, resonent: quin & ipse per has literas alluserit ad nomen suum, versiculo Psalmi. Et subiunxit vir sanctus: Hypocritæ, bene prophetauit de vobis Dauid: Mortificabant animas iusti, & sanguinem innocentem condemnabant. Et Ezechiel ait: Mortificabant animas quæ non moriuntur. Testes igitur duo numero, secundum legis mandatum, posuerunt manus eius super eum, & in tumultu lapidum deiecerunt eum, ac primi lapides miserunt. Matthias autem petiit illos duos lapides conspeli sibi, in testimonium illis. Et lapidatus ab illis, securi quoque Romano more percutitur, vt quasi præfidi Ro-

Suspensio Apostoli ad Dominum.

Consuetudo lapidandi veterum.

Martyrium Apostoli.

manæ maiestatis in hoc aliquid deferretur. Tunc extensis ad cælum manibus, reddidit spiritum, die vj. Kalendarum Martiarum. Et accedentes viti ex discipulis eius, sepelierunt eum: *Sepulchra B. Matth.* quorum nomina sunt hæc: Lachis, Kaph, Himna, Heimhda, Samuel, Simon, Naamen, Ioseph, Ismael, Simeon, Ioannes. *Apostatio discipuli.* Quique Ioannes gratia Dei destitutus apostatauit, cæteris permanentibus in fide Domini nostri Iesu Christi, cui est honor & gloria cum æterno patre & Sancto Spiritu, per omnia sæcula sæculorum, Amen.

HISTORIA DIVI MARCI EVANGELISTÆ, ex vetustissimo codice descripta, incerto auctore.

PER IDEM tempus, quo dispersi erant Apostoli in toto orbe terrarum, contigit beatissimum Marcum ad Ægypti regionem diuina voluntate pertingere, vnde eum Euangelistam sancti Canonum Catholicorum & Apostolicorum decreuerunt. *Dispersio Apostolorum. B. Marcus in Ægyptum abiit.* Propter quod primus in tota Ægypti regione, in Lybia, Marmarica, & Ammonica, & Pentapoli predicauerat Euangelium, & aduentum Domini nostri Iesu Christi. Erant enim cuncti qui in his terris habitabant incircumcisi, & idolis seruientes, & delubra & simulachra domestica fabricabant, exercitationes quin etiam nefandissimas habebant: ac malefica, omnisque contraria vir-

Euangelium Apostoli quomodo probatum.

tus apud eos vigebar, quam Dominus noster IESVS Christus aduentu suo disperdidit, atque destruxit. Cum ergo venerabilis Euangelista Marcus Cyrenen, quæ est apud Pentapolim, peruenisset, erant enim illic secundum genus eiusdem religionis indigenæ, his Apostolus faciens exordium diuini sermonis, infirmos sanabat, leprosos mundabat, spiritus mutos nequissimos per gratiam Christi solo sermone curabat: plurimi per eum in Dominum nostrum Iesum Christum crediderunt, & destruentes idola sua, lucosque succidentes baptizati sunt in nomine Patris & Filij & Spiritus Sancti. Dein etiam reuelatur ei per Spiritum sanctum, vt ad fanum Alexandria pergeret, & sereret ibi bonum semen diuini sermonis. Igitur beatissimus Euangelista Marcus, velut athleta fortis, simul ad certamen prompta mente gradiebatur. Itaque fratribus ait: Dominus meus locutus est mihi, vt Alexandriam proficiscar. Qui profecuti sunt eum vsque ad nauim: & manducantes panem cum eo, dimiserunt eum dicentes: Dominus IESVS Christus prosperum faciat iter tuum. Venerabilis ergo Marcus Alexandria die secundo peruenit. Egressusque de nauicula, venit ad locum quemdam. Et mox vt ingressus est ciuitatem, calceamentum eius disruptum est. Et Beatus Apostolus intelligens illud, ait: Verè iter meum expeditum est. Quendam autem conspiciens qui fuere vetera solitus

Christus aduentu suo Idola & templa destruxit.

Pentapoli prædicatione incipit.

Alexandriam petit diuino spiritu.

Calceamenti disruptio.

est, ipsi calceamentum tradidit corrigiandum. Qui cum faceret, sinistram manum suam fortiter vulnerauit & exclamauit, Vnus Dominus. Beatus autem Marcus audiens, quod dixerat, Vnus Dominus ait: intra semetipsum gaudens, Prosperum fecit Dominus iter meum. Et expuens in terram, vnxit manum viri, dicens: In nomine Iesu Christi filij Dei. Et confestim sanata est manus eius. Sutor autem veterum, considerans tantam viri potentiam, & efficaciam verbi eius, vitæque continentiam, dixit ei: Obsecro te homo Dei, vt venias, & declines in domum serui tui, & comedas panem: quia fecisti hodie misericordiam mecum. Beatus autem Marcus lætus effectus, ait: Dominus det tibi panem vitæ de cælo. Homo itaque coëgit Apostolum, & introduxit eum in domum suam, gaudens. Ingressusque sanctus Marcus, ait: Benedictio Domini hic omnibus sit: oremus fratres. & orauerunt simul. Cùmque gratularentur, ait homo: Interrogo te, vnde es, vel vnde sermo iste fortis in te? Respondit ei beatus Marcus: Ego seruus sum Domini Iesu Christi, Filij Dei viui. Dixit autem homo ille: Vellem videre eum Respondit B. Marcus: Ego tibi eum demonstro. Et cœpit initiũ facere Euangelij Iesu Christi, & ostendere ei quæ à Prophetis de eo fuerat prædicta. Dixit autè homo ille: Ego scripturas quas tu dicis, nunquam profus audiui: sed Iliada & Odyseam, quibus Ægyptiorũ filij pro sa-

Miracula illic exccitata.

Vana hominum exercitatio si militis confensum.
 pietia studiis imbuuntur. Tunc cœpit B. Marcus euāgelizare ei Dominum Iesum Christum, declarans quod sapientia mundi huius stultitia sit apud Dominū. Credidit autem homo ille in Dominum, docēte B. Marco, & signa atque prodigia faciēte. Et baptizatus est ipse, totaque domus eius, & magna multitudo loci illius. Vocabatur autem ille Anizanus. Cūque plurimi facti essent credentes in Domino, audiētes viri ciuitatis, quod Galilæus quidam ibi venerit, qui eorum sacrificia destrueret, & prohiberet carimonias eorum, quarebant interficere eum, ponentes ei multas insidias. Beatus autem Marcus agnoscens eorum consilia, Anizanū ibidem ordinauit Episcopum, & tres presbyteros: id est, Melium, Sabinum, & Cerdonem: & septem diaconos, & alios vndecim ad Ecclesiasticum ministerium pertinentes. Et Pētapolim pergīt, commemoraturque ibi dein duobus annis, confortans fratres, qui illic antē crediderant. Et ordinans Episcopos per regiones illas, & clericos, iterum Alexandriam venit, & reperit fratres multiplicatos in gratia & fide domini, Ecclesiamque constructam ab eis in loco qui vocatur Buculus, id est Bubulci, iuxta mare sub rupibus. Et lætatus est iustus valde, positusque genibus domino laudē dedit. Cum autem iam impleretur tempus eius, & Christiani multiplicarentur, irridentes simulachra, subannātēque Gentiles: cognouerunt ibibem profani aduenisse sanctum, & reple-

Anizanus vocatur ad fidē predicatorem Apосто.

Anizanus ordinatur ibidem Episcopus. Tres presbyteri & septem diaconi creatur.

De læticia profectu fidei

ti sunt liuore propter miracula quæ eum facere compererant. Infirmos enim sanabat, predicabat surdis, cæcis visum condonabat. Et quærebant eum adprehendere, nec poterant inuenire: fremebantque dentibus suis in spectaculis idolorum suorum, & infestis comestationibus suis clamabant, Magna vis huius magi. Factum est autem, vt beatissima festiuitas nostra Paschalis, id est, Dominicus dies sanctus occurreret vicesimo die mensis Pharmuthi, quod est octauo Kalendarum Maiarum: quo tempore eorū Serapiaca agebatur celebritas. Hac igitur opportunitate adunati. insidiatore protnus dirigunt: qui reppererunt eum orationis oblationem diuinæ Maieſtati sacratissimam celebrantem. Tollentes verò eum, miserunt funē in collo eius, & trahentes, dicebant: Trahamus Bubulum ad loca buculi. Sanctus autē Marcus cum traheretur, gratias referebat Saluatori Christo, dicens: Gratias tibi ago Domine mi Iesu Christe, quia dignus habitus sum hæc pro nomine tuo pati. crantque carnes eius defluentes in terra, & saxa inficiebantur sanguine eius. Cūque vespera facta esset, miserunt eum in carcerem, vsque dum pertractarent, quali eum morte disperderent. Circa mediam verò noctem clausis ostiis, & custodibus ante fores dormientibus, ecce terræ motus factus est magnus. Angelus autem Domini descēdit de cælo, qui tetigit eum, dicens: Famule Dei Marce, & princeps

Dies Dominicus deputatur insidiis.

Fune in collo iniecto trahitur ad templum.

propagatorum sanctissimorum per Ægyptum decretorum, ecce nomē tuum in libro vitæ cælestis adscriptum est, & memoriale tuum non derelinquetur in sæculum: socius enim factus es superne virtutis. nam in cælis spiritum tuum colligent: in te requies non peribit. Hunc enim finem beatissimus Marcus inspiciens, manus ad cælum extendens, dixit: Gratias tibi ago Domine Iesu Christe, quia non me dereliquisti. sed connumerasti cum sanctis tuis. Obsecro domine Iesu Christe, suscipe in pace animam meam, & ne me patiaris à gratia tua separari. Hæc cum dixisset, venit ad eum dominus Iesus Christus in habitu quo fuerat cum discipulis suis, & qua forma antequam pateretur, & ait ei: Pax tibi Marce Euangelista. Et ille respondit: Domine mi Iesu Christe. & abiit. Mane autē factō, convenit multitudo civitatis, & eiicientes eum de custodia, miserunt iterum funem in collo eius, & trahebant eum, dicentes: Trahite bubalum ad loca buculi. Sanctus autem Marcus cum traheretur: gratias agebat domino Iesu Christo, dicens: In manus tuas commēdo spiritum meū. & hoc dicens beatissimus Marcus, tradidit spiritum. Immanis autem multitudo Gentilium ignem succēdentes, in loco qui vocatur ad angelos, voluerunt reliquias sanctas comburere. Tunc providentia Dei Salvatoris Domini Iesu Christi, valida tempestas exorta est, & procella venti facta est vehemens: sol quoque subtraxit

suos radios, & tonitrua fuerunt gravia: imberque plurimus à mane vsque ad vesperum, ita ut habitacula multorū corruerent, & plurimi morerentur. Metuentes itaque custodes, dimiserūt sanctum corpus, & fugerunt. Alij verò deridentes, dixerunt: Beatissimus Serapis noster in sua hodie festiuitate, hunc virum voluit inuisere. Tunc religiosi viri venientes, iusti corpus colerunt, & detulerunt, vbi orationes sollicitē erant Domino sine cessatione celebrantes. Fuit autem forma B. Marci huiusmodi: Longo naso, subducto supercilio, pulcher oculis, recaluaster, prolixa barba, velox habitudinis optimæ, ætatis mediæ, cano asperus, affectione continuus, gratia Dei plenus. Factis igitur orationibus sepelierunt eum, sicut civitatis consuetudo poscebat: & posuerunt eum in loco lapidis excisi, cum gloria, venerantes memoriam eius cum sobrietate, & precibus, gratulantes quòd primus viuum & preciosissimum meruit Alexandriae thronum. Repositus est autem in parte Orientali, dormiuitque beatissimus Euangelista, primus Domini nostri Iesu Christi martyr apud Alexandriam Ægypti, die quæ est apud Romanos septima Kalendarum Maiarum, iuxta Hebræos autem octauodecimo, imperante Caio: regnante Domino nostro Iesu Christo: cui est honor & gloria in sæcula sæculorum, Amen.

*Miracula
B. Marci
subsecuta.*

*Sepultura
sancti viri.*

*Describitur
corporis signa
& symmetria.*

Loci consuetudo obseruatur in sepultura.

*Insultatio
carnificum.*

*Obdormit in
Iesu A.
propheta.*

HISTOR. SANCTI
 HISTORIA ET VITA
 sancti Clementis, Romani Episcopi,
 incerto auctore.

Clemens Pō-
 tificex tertius,
 B. Petri di-
 scipulus.



ERTIVS Romanę Ecclesię præ-
 fuit Episcopus Clemens: qui di-
 sciplinam Apostoli Petri secutus,
 ita morum ornamento pollebat,
 vt Iudæis & Gentibus, & omni-
 bus Christianis populi complaceret. Diligebāt
 enim eum Gentiles, quoniam non execrando,
 sed rationem reddendo ex eorum libris & cæ-
 remoniis ostendebat, vbi nati, & vnde nati es-
 sent hi, quos Deos putarent & colerent: & quid
 egissent, vel qualiter defecissent, euentissimis
 documentis astruebat. Ipsos verò Gentiles pos-
 se indulgentiam à Deo consequi, si ab eorum
 cultura recederent, edocebat. Iudæorum verò
 hoc ordine gratia utebatur, quòd patres eorum
 amicos Dei assereret, legemq; eorum sanctam
 & sacratissimam memoraret. Primùmq; locum
 istos apud Deum habituros, instruebat, si legis
 suę sacramenta seruarent, in eo quòd promif-
 sum Abrahę non negarent in Christo fuisse cõ-
 pletum: id est, quòd in semine Abrahę Deus
 hereditãdas promiserat omnes Gentes: & quòd
 dixerat ad Dauid, De fructu ventris tui ponam
 super sedem meam: & quod per Esaiam con-
 firmauerat, quòd virgo in vtero conciperet fi-
 lium, & vocaretur nomen eius Emmanuel, à

Cur amabi-
 lis omnibus.

Doctrina B.
 Clementis.

Christianis verò ideo quam maximè diligeba-
 tur, quoniam singularum regionum inopes no-
 minatiu habebat scriptos: & hos quos baptif-
 matis sanctificatione illuminauerat, non sine-
 bat publicæ fieri mendicitati subiectos. Quo-
 tidiana itaque prædicatione mediocres ac diui-
 tes admonebat, ne paterentur baptizatos pau-
 peres à Iudæis, aut à gētilibus stipem publicam
 accipere, & vitam baptismatis consecratione
 mundatam donis Gentilium inquinari. His &
 plurimis huiuscemodi prædicationum floribus
 pollens, tam Deo quàm omnibus hominibus
 rationabilibus complacebat. Irrationabilibus
 verò placere nemo potest, qui Deo placere
 probatur. Et ideo non timuerunt sancti iniu-
 rias hominum, irrationabilem, quorum ratio
 hæc erat, vt displicerent infidelibus, & non ti-
 merent. Sic factum est, vt nec Aurelianum, nec
 Sisinnium, amicos Neruę imperatoris, expa-
 uesceret Clemens, cum & Domicillam virgi-
 nem, neptem Domiciani Principis, sponsam
 Aureliani, credentem Christo, sacro velamine
 ad integritatis perseuerantiam consecraret: &
 Theodoram Sisinnij coniugem conuersam à si-
 mulachris, Deo castitatis propositum profiteri
 persuasisset. Quam vir suus in zelo ducens, Ec-
 clesiam intrantem occultè profecutus est, stu-
 dens videre & audire quid esset, pro qua re
 vxor eius ad Ecclesiam festinaret. At vbi à Cle-
 mente Episcopo oratio fuisset & collecta dicta,

Baptizati
 prohibentur
 petere stipem
 à gentilibus
 & Iudæis.

B. Clementis
 consecrandis
 Domicellis
 ardens stu-
 dium.

*Sisinnius su-
bita cecitate
afficitur.*

& à populo dictum esset, Amé: statim Sisinnius cæcus & surdus effectus, nihil videre poterat, nec audire. Tunc dixit Sisinnius ad seruos suos: Tollite me citò inter manus vestras, & eiicite me foras, quoniam oculi mei cæci facti sunt, & aures meæ ita effectæ sunt surdæ, vt penitus nihil videre vel audire præualeam: pueri autem eius gytabát cum eo intus per totam Ecclesiam, inter populos virorum ac mulierum orantium, & ianuas vnde ingressi fuerát, inuenire non poterant. Sic factum est, vt dum gyrando in errorem conuerterentur ad dominam suam Theodoram, vbi orabat Dominum, cum domino suo peruenirent. Quæ cum videret seruos suos ducent Dominum suum excæcatum, & gyrum vanum laborantes, primùm quidem declinavit aspectum eorum, putans eum apertis oculis se aspicere: & misit vnum ex pueris, qui cum ipsa erant, vt sciret quid sibi vellent cum suo Domino ita circumeuntcs. Qui respondétes dixerunt ei: Dominus noster dum vult videre quod non licet, & audire secretum, excæcatus est, & surdus effectus est. Nobis quoque hoc imperauit, vt eum exportaremus foras. Sed non conceditur nobis, vt illum hinc aliquatenus profereamus. Cúmque nunciatum fuisset hoc Theodoræ à puero, prostrauit se in orationem, & cum lacrymis cæpit postulare à Domino, vt inde vir suus cum pueris qui eum ducebát, exire posset. & conuersa ad pueros qui eum ducebant,

dixit

*Cecitatis
causa reddi-
tur.*

dixit eis: Ite modo, & dantes manuum domino vestro, perducite eum ad domum. ego enim orationem meam, quam cæpi, non desinam, donec explicem: sed offerens ostiam meam Domino, expletis mysteriis prosequar vos. Cúmque abiissent pueri, dantes ei manum, & egressi essent, perduxerunt dominum suum ad domum: & reuersi sunt ad dominam suam, cæcum nunciantes virum eius effectum, & surdum. Theodora autem amplius Deo preces lacrymâsque effundebat, vt illi diuina misericordia subueniret. Post mysteria autem facta, prostrauit se ad pedes beati Clementis Theodora, dicens: Virum suum curas agentem secretorum Domini nostri Iesu Christi, cæcitatem incurrisse oculorum amborum, & virarumque aurium auditum perdidisse. Tunc beatus Clemens victus fletu & oratione, eos qui aderant simul, secum Deo preces fundere exhortatur, quatenus viro eius Dominus & auditum reddere dignaretur, & visum. Confidens itaque Clemens post orationem perrexit cum muliere Theodora ad virum eius, & inuenit eum apertis oculis nihil videntem, & neque sermonem aut sonitum audientem. Cúmque vlulatu vniuersi perstreperent, & hoc Sisinnius non audiret, dixit ad Deum Clemens: Domine Iesu Christe, qui clauis regni cælorum dedisti Apostolo tuo Petro, magistro meo, & dixisti ei: Quæ aperueris aperta sunt, & quæ claueris clausa sunt

*Theodora ad
Deum depre-
catio pro vi-
ro suo.*

*Eiusdem ad
Clemens ora-
tio.*

tu præcipe, vt aperiantur huius hominis aures & oculi. quoniam tu dixisti: Quæcunque petieritis credentes, consequemini: & tua hæc promissio fidelis permaneat in sæcula sæculorum.

At vbi respondentes dixerunt, Amen: aperti sunt oculi Sisinnij, simul & aures eius. & videns Clementem iuxta conjugem suam stantem, amens effectus, cogitare cœpit, quidnam hoc esset? & æstimans se magicis illudum artibus, cœpit dicere seruis suis, vt teneret Clementem Episcopum. Dicebat enim: Ille, vt ingrederetur ad vxorem meam, artibus mihi magicis cæcitatem induxit. His autem quibus iusserat vt ligarent Clementem, videbatur quod ipsum constringerent & traherent: illi autem columnas trahentes ligabant & trahebant, nunc quidem deintus foras, nunc verò deforas intus. Hoc quoque ipsi Sisinnio videbatur, quod sanctum Clementem vincitum traherent. cui sanctus Clemens ait: Duritia cordis tui in saxum conuersa est: & quia saxa deos esse æstimas, saxa trahere meruisti. At ille quasi vincito insultans, dicebat: Ego te faciam ad omnium maleficiorum tuorum experimentum interfici. Tunc beatus Clemens dans orationem, & benedicens vxorem eius, abscessit: hoc illi in mādatis tradens, ne ab oratione omnino cessaret, donec visitationem Dominus viro eius dignaretur ostēdere. Oranti autem Theodoræ, & flenti, ecce subito ad vesperum apparuit quidam vir canicie veneran-

Oculorum, auriumque eius apertio. Malum pro bono redditur.

Pro B. Clemente columnas trahunt malefici.

us, dicens: Per te sanus erit Sisinnius, vt impleatur hoc quod dicit frater meus Paulus Apostolus, Sanctificatur vir infidelis per mulierem fidelem. & cum hæc dixisset, ab aspectu eius abscessit. Vnde non dubium extitit, ibi beatum Petrum Apostolum apparuisse.

Vir fidelis per fideliem mulierem sanctificatur

Denique statim vocauit ad se Sisinnius Theodora, & dixit ei: Obsecro te vt roges Deum tuum, ne irascatur mihi. Zelo enim tui ductus, abij post te ad Ecclesiam: & dum volui videre quæ agebantur, & audire quæ dicebantur, amisi auditum pariter & visum. Nunc ergo quia Clementis fecit præsentia, vt & auditum recuperarem, & visum, roga eum vt veniat ad me, & faciat me veritatem agnoscere. Nam & mihi & pueris meis pro certo hoc videbatur, quod Clementem ligarent cum clericis suis, & ipsum traherent. Ipsi autem saxa & columnas ligantes traxisse noscuntur. Tunc Theodora perrexit ad Episcopum Clementem, & narrauit ei omnia quæ viderat, & quæ fuerant ei à suo viro narrata. Veniens autem Clemens ad Sisinnium, cum honore susceptus est. A quo audiens vniuersa quæ ad ædificationem eius conuenerant, docuit eum omnia quæ ad fidē catholicam pertinere probantur: & credidit ei Sisinnius, & in fide coroboratus est, & cœpit genibus Clementis aduolui, dicens: Gratias ago vero Deo omnipotēti, qui me idcirco cœcauit, vt videam: deo auditū abstulit, vt veritatem hanc audiam,

Conuersio Sisinnij.

quam ignoranter irridebā: & hoc putabam falsum esse quod verum est: hoc existimabam verum esse, quod falsum est: tenebras putabam lucem, & lucem tenebras aestimabam. Sed purgatus est sensus meus à sordibus idolorum. Verè nūc cognoui dæmones decipere homines: & qui non credunt Christum Deum, ipsis dominantur saxa sūrda & muta, sicut & mihi hætenus dominata sunt. Hæc & his similia multa dicēte Sifinnio, gaudium magnum factū est. Credidit enim Sifinnius cum omni domo sua, & dato nomine proximo Paschate futuro baptizatus est. Computati sunt autem de domo eius simul viri cum mulieribus, & infantibus promiscui sexus, numero quadringenti viginti & tres. Per hunc autem Sifinnium multi nobiles, multi illustres, & amici regis Neruæ, conuersi sunt ad Christum. Tunc Comes sacrarum Publius Tarquinius, videns innumerabilem multitudinem Christo credere, inuidia Christi ductus, vocauit ad se patronos regionum, & data eis pecunia, monuit vt seditionem excitarent nomini Christiano. Illo igitur tēpore administrante Mamertino præfecturam vrbānam, facta est seditio populi Romani de nomine Clemētis Episcopi, & inter se inuicem confundeantur, dicentes: Quid enim mali fecit? quid boni nobis non exercuit? Quicumque ab eo æger visitari potuit, nōne saluus factus est? Quicumque ad eum tristis aduenit, gaudens abscessit. Nulli vnquam nocuit, cum

*Aperta pe-
nitentis con-
fessio.*

*Comitis sa-
crarum lue-
tens. Et li-
ber Præse-
cturarum
meminit.*

*Virtus B.
hominis de-
claratur.*

omnibus profuerit. Alij verò spiritu diaboli inflati, dicebant: Magicis artibus ista faciens, deorum nostrorum culturam euacuauit. Iouem dicit Deum non esse: Hærculem conseruatorem nostrum, dicit esse immundum spiritum: Venerem deam sanctam, meretricem fuisse commemorat: deam Mineruam blasphemar: & Dianam ac Mercurium, simul & Saturnū & Martem accusat: nomina etiam vniuersa blasphemar. Tunc Mamercinus vrbis Romæ præfectus, populi seditionem non ferens, iussit ad se adduci Clementem Episcopum vrbis Romæ, qui cum eum secretò vidisset, cœpit ei dicere: Nobili te stirpe progenitum omnis Romana multitudo testatur: sed errorem te passum in eo referunt, quòd nescio quem Christum colere te dicant, & contra omnia templa diuina te suscipere arguant.

Vnde deponenda est à te hæc superstitio superflua, & dij sunt à te colendi, eximius vt euadas. Clemens dixit: Optarem per prudentiam culminis tui, ad rationem accedere: & te mihi non de tumultu imperitorū, sed de ratione præscribere. Nam si canes in nos multi latrauerint, & moribus attrētauerint, nunquid nobis hoc possunt auferre, quòd nos homines sumus rationales, & illi sint irrationabiles canes? Seditio autem semper ab imperitis exorta, ostendit se nihil certum habere, nec verum. Vnde silentij est flagitanda occasio, in qua pro salute homo irrationabilis disputare secum incipiat, at-

*Coniuratio
Mamertini
Præfecti.*

*Opportuna
B. Clemētis
responsio.*

que tractare, vt deum verum inueniat, cui fidem suam iusta ratione committat. Hæc & alia multa rationabiliter dicente Clemente Episcopo, furere contra ipsum cœpit vrbs præfectus, qui ipsam seditionem excitauerat. Et missa relatione ad Neruam pariter & Traianū, dixit Clementem hunc ad seditionem vociferationem populi Romani impeti, cum nihil in eo iure possit eorum accusatio inuenire. Ad quæ Imperator Traianus rescripsit, debere Clementem Episcopum aut sacrificare, aut trās Pontum mare, in eremo quod adiacet ciuitati Cersona, subire exilium. Quod cum fuisset allegatū, cœpit cum Clemente episcopo agere Mamertinus vrbs præfectus, ne vellet spontaneum subire exilium, sed vt securus viueret, diis libamina exhibere. Sed Beatus Clemens Episcopus nitebatur etiā ipsius iudicis animum ad fidem Christi perducere, cum se ostenderet appetere potius exilium, quàm timere. Tantam denique dominus gratiam Beato Clementi Episcopo attribuit, vt fieret præfectus, ac diceret: Deus tuus, quem tu purè colis, ipse te adiuuet in hac relegatione exilij. Et delegauit præfectus beato Clemēti nauem omnibus necessariis onustam, & sic dimisit eū. Repleta est autem nauis tam de clero, quàm de populo. Secuti que sunt Episcopū religiosi multi viri. Cū autem peruenissent ad locum exilij, inueniunt ibi ad secunda saxa amplius quàm duo milia Christianorū, diuturna relegatione dam-

*Præcepta
Traianum in
dicium.*

*Præfecti
lacrimum in
relegatione
B. Clementis*

*Exilij illius
quale fuerit.*

natos. Qui videntes sanctum Clementem Romanum Episcopum, omnes vna voce in fletum & gemitum proruperunt. Quos cum cognouisset Clemens, pro Dei nomine relegatos, dixit: Non meo merito ad vos me Dominus misit, sed ad hoc, ad vestram coronam adduxit, vt particeps factus passionis vestræ, etiam consolationis particeps efficiar. Et cum multa eis consolationis & patientiæ verba intimasset, didicit ab eis, quòd de sexto miliario aquam sibi humeris apportarent. Tunc sanctus Clemens dixit: Oremus Dominum Iesum Christum, vt confessoribus suis fontis in isto loco venas aperiat: & qui percussit petram in deserto Sinai, & fluxerunt aquæ in satietatem, ipse nobis laticem affluentem impertiat, vt de eius beneficio gratulemur. Cūque oratione completa hinc inde circumspiceret, vidit agnum stantem, qui pede dextro erecto quasi locum sancto Clementi ostenderet. Quod sanctus Clemens intelligens, Dominum Iesum Christum esse, quem solus ipse respiceret, & præter ipsum alius non videret, perrexit ad locum, & dixit: In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, in isto loco percutite. Sed cum omnes per gyrum rastris effoderent, & non ipsum locum, in quo agnus stabat, contingerent, accepto breui sarculo sanctus Clemens, leui ictu locū sub pede agni percutiens, fontem affluentibus venis ornatū aperuit, qui suo impetu euomens fluuium fecit.

*Frequens
Christianorum
pana
exilij.*

*Inges aquarum
penuria.*

*Agnus dextro pede
aque viue locum
ostendit.*

*Exultatio
Christiano-
rum.*

*Mirabilis
numerus eo-
rundem &
Templorum.*

*Aufidians à
Traiano mit-
titur ad B.
Clementem.*

*In mare præ-
cipitatur.*

Tunc vniuersis gaudentibus, beatus Clemens glorificans Deum, dixit: Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei. Ad istam autem famam conflavit omnis prouincia, & venientes vniuersi ad doctrinam sancti Clementis, conuertebantur ad Dominum Iesum Christum: ita vt in die illa quingentæ animæ, & eo amplius baptizati in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti, perfecti in fide Christi abscederent. Per totam autem prouinciam intra vnum annum à credentibus septuaginta & quinque Ecclesiæ fundatæ, & omnia templa destructa, omniâque idola fracta sunt. Post annos autem tres, Paganis insistentibus, tam ambitiosa relatio cucurrit ad Imperatorem Traianum, vt dicerent, ibi per Clementem Episcopum innumerabilem Christianorum populum accreuisse. Et missus est dux Aufidians, qui multos Christianorum diuersis pœnis occideret. Et dum videret Aufidians omnes gaudentes ad passionem accedere, cessit multitudini, & solum Clementem Episcopum cogebat ad sacrificandum. & cum videret illum sic fixum in Domino, vt penitus mutari nõ posset, dixit ad suos: Producat ad mare, & ligetur ei ad collum anchora, & præcipitetur in medio mari, vt non possint isti populi Christiani hunc pro Deo colere. Quod cum factum esset, omnis multitudo Christianorum cœpit ad litus stare. Tunc dixerunt Cornelius & Febus, discipuli eius: Omnes vnanimiter oremus, vt ostendat

nobis Dominus martyris sui excubias. Orantibus autem populis, secessit mare in sinum suum, per tria ferè miliaria, Et ingressi populi per siccum, inuenerunt in modum templi marmorei habitaculum à Deo paratum: & ibi in arca *Corpus repe-
ritur in arca
saxea.* saxea corpus sancti Clementis positum, ita vt anchora, cum qua missus fuerat, iuxta eum esset posita. Reuelatum est autem discipulis eius, vt non inde tollerent corpus eius. Quibus etiam hoc intimatum est, quòd omni anno die passionis eius recedat mare per septem dies, & sic aduenientibus iter præbeat. quod ad laudem nominis sui facit Dominus fieri, vsque in hodiernum diem. Hoc autem vbi factum est, omnes gentes per gyrum crediderunt Christo. Ibi fuit multa diuina beneficia, orationibus eius. Nam & cæci illuminantur ibi, omni anno natalis eius: dæmones effugantur, & omnes saluantur infirmi, qui illuc potuerint peruenire: & est ibi pax Dei, & laus Domini cum gaudio, & benedicatur Christus filius Dei viui: qui cum patre viuat & regnat in unitate Spiritus sancti Deus, in sæcula sæculorum, Amen.

*Nota mira-
culum an-
nuium.*

HISTORIA SANCTI
 HISTORIA SANCTI CYPRIANI
 martyris & Episcopi, ex vetustissimo
 Codice descripta.

Valerianus
 & Galienus
 Cōsules crea-
 ti.

Paterni pro-
 cōsulis ad B.
 Cyprianum
 eae mandato
 verba.

Confessio B.
 Cypriani ve-
 re Cathol.

Constantia
 S. Cypriani.

Exilium de-
 cernitur ad
 Curubitanā
 urbem.

IMPERATORE Valeriano quartū,
 & Galieno tertium consulibus, ter-
 tio Kalendarum Septembrium, Car-
 thagine in secretario Paternus pro-
 consul Cypriano episcopo dixit: Sacratissimi
 Imperatores Valerianus & Galienus, literas ad
 me dare dignati sunt, quibus præceperunt eos,
 qui Romanam religionem colunt, debere Ro-
 manas cæremonias recognoscere. Exquisiui ergo
 de nomine tuo: quid mihi respōdes: Cypria-
 nus Episcopus dixit: Christianus sum, & Episco-
 pus. Nullos alios deos noui, nisi vnum & verū
 Deum, qui fecit cælum & terram, mare, & quæ
 in eis sunt omnia. Huic Deo nos Christiani de-
 seruimus, hūc deprecamur diebus atque nocti-
 bus, pro nobis & pro omnibus hominibus, &
 pro incolumitate ipsorū Imperatorū. Paternus
 procōsul dixit: In hac ergo volūrate perseueras?
 Cyprianus episcopus respōdit: Bona voluntas,
 quæ Deum nouit, mutari non potest. Paternus
 proconsul dixit: Poteris ergo secundū præceptū
 Valeriani & Galieni, exul ad urbē Curubitanā
 proficisci. Cyprianus Episcopus dixit: Profici-
 scor. Paternus proconsul dixit: non solū de epi-
 scopis, verumetiā de presbyteris mihi scribere
 dignati sunt. Volo ergo scire à te, qui sint pres-

byteri, qui in hac ciuitate consistunt. Cyprianus
 Episcopus respōdit: Legibus vestris bene atque
 vtiliter censuistis, delatores nos non esse. Itaque
 deferri à me non possunt, in ciuitatibus autem
 suis inuenientur. Et cum disciplina prohibeat, *Charitas il-*
 vt quis se vtrò non offerat, & tuæ quoque cen- *lis in Chri-*
 sura hoc displiceat: nec offerre se ipsi possunt, *stianos.*
 sed à te exquisiti inuenientur. Paternus procon-
 sul dixit: A me inuenientur. Et adiecit: Præce-
 runt etiam, ne in aliquibus locis conciliabula
 fiant, nec cæmeteria ingrediātur. Si quis itaque
 hoc tam salubre præceptum non obserauerit,
 capite plectetur. Cyprianus episcopus dixit: Præ-
 cepisti. Cùmque Cyprianus sanctus martyr, ele-
 ctus Deo, de ciuitate Curubitana, in qua exilio
 præcepto Aspasij Paterni Proconsulis relega-
 tus fuerat, regrederetur, in hortis suis manebat.
 Inde quotidie sperabat venire ad se, sicut
 illi ostensum fuerat. Et cùm illic demoraretur,
 repentē Idibus Septēbris Tusco & Basso consu-
 libus, venerunt ad eū principes duo: vnus ex of-
 ficio Galerij Maximi proconsulis, qui & in cur-
 riculū eum leuauerūt: & ambo se in medio po-
 suerunt, & in Sexti perduxerunt. Galerius qui-
 dem Maximus proconsul, bonæ valetudinis re-
 cuperanda gratia secesserat. Et ita idem Gale-
 rius Maximus proconsul in aliam diem Cypria-
 num sibi reseruari præcepit. Ex eo tēpore bea-
 tus Cyprianus apud principē, & apud stratorem
 eiusdem officij Galerij Maximi procōsulis fuit.

Et cū esset in vico qui dicitur Saturni inter Venera & salutaria mansit ille vniuersus populus fratrum. Et cū hoc sanctus Cyprianus cōpetisset, custodire praecepit, quoniam omnes in vico ante ianuam hospitij principis manserant. Et ita altero die, octauo decimo Kalendarū Octobriū manē, multa turba cōuenit ad Sexti, secūdū praeceptum Galerij Maximi proconsulis. Et ita idem Galerius Maximus Proconsul eadē die Cyprianum sibi offerri praecepit, in atrio Sautio sedenti. Cūq; oblatu fuisset, Galerius Maximus proconsul Cypriano Episcopo dixit: Tu es Talsius Cyprianus? Cyprianus Episcopus respōdit: Ego sum. Galerius Maximus proconsul dixit: Iusserūt te sacratissimi Imperatores ceremoniari. Cyprianus episcopus dixit: Nō facio. Galerius Maximus ait: Cōsule tibi. Cyprianus Episcopus respondit: Fac quod tibi praeceptum est. in re tam iniusta nulla est consultatio. Galerius Maximus locutus cum consilio, dixit: Diu sacrilega mente vixisti, & nefarie tibi conspirationis homines adgregasti, & inimicum te diis Romanis & sacris legibus constituisti, nec te pij & sacratissimi Principes Valerianus & Galienus, & Valerianus nobissimus Cæsar, ad sectam ceremoniarum suarū reuocare potuerunt. Et ideo cum sis nequissimorum criminum auctor, & signifer deprehensus, eris ipse documēto, cum his quos scelere tuo tecum adgregasti, tecum sanguine tuo saucientur * disciplina. Et decretum ex ta-

*Damnatur
innocentia.*

*Veget cyran-
morum 715.*

bella recitatum est. In Cyprianum enim gladio aduerti placuit. Cyprianus episcopus dixit: Deo gratias ago. Post hāc vero sententiam turba fratrum dicebat: Et nos cum ipso decollemur. Propter hoc tumultus fratrum exortus est, & multa turba eum profecuta est. Et ita idem Cyprianus in agro Sexti perductus est, & ibi se lacerna birra expoliavit, & genu in terrā flexit, & in orationem se domino prostravit. Et cum se dalmatica expoliasset, & diaconibus tradidisset, ad lineam stetit, & cœpit spiculatorem sustinere.

Cum venisset autem spiculator, iussit suis, vt eidem spiculatori aureos xxv. darent: linteamina verò & manualia fratribus ante eum mitterebantur. Postea verò h. Cyprianus manu sua oculos sibi textit. Qui cum lacinas manuales ligare sibi non potuisset, Iulianus presbyter, & Iulianus subdiaconus ei ligauerunt. Et ita B. Cyprianus Episcopus passus est. Eiūsq; corpus propter Gentilium curiositatem in proximo positū est. Per noctem autem corpus eius inde sublatum est ad carceos & sculam Cæsaream, vbi Macrobij candidatiq; sunt, in via Mappaliensi, iuxta piscinas, cum voto & triumpho magno. Post paucos autem dies Galerius Maximus Proconsul discessit. Passus est autem beatissimus Cyprianus Martyr die xvij. Kalend. Octobrium sub Valeriano & Galieno Imperatoribus: re-gnante verò Domino nostro in sæcula sæculorum, Amen.

*Fratrum vo-
luntas vna
ad martyriū.*

*Prompta B.
Cypriani ad
mortem pro
Christo vo-
luntas.*

*Carnifici vi-
ginti aureos
tradi iubet.*

*Mors B. Cy-
priani cum
animositate.*

*Tempus pas-
sionis eius.*

HISTO. SANCTI
HISTORIA SANCTI APOLLINARIS
martyris, ex peruetusto
codice descripta.

Aduentus S.
Petri in vr-
bem Rom.



N DIEBUS Claudij Cæsaris, veniente Petro Apostolo Iesu Christi Nazareni, ab Antiochia in urbem Romam, multi cum eò Christiani, ministrantes ei, Romam venerunt. Qui statim ad synagogam Hebræorum descendens, dedit eis noticiam, dicens, quòd Hebræus esset, & à Iudæa propter fratrum charitatem aduenisset. Cùm verò per multos dies sermocinaretur Iudæis, introducebat eis de nomine Iesu, quòd verus Dei esset filius, qui saluum fecisset omne genus hominum, indicans quâtas operationes & virtutes in Israël fecisset, secundum propheticas voces. Multis verò ex Iudæis agentes pœnitentiam pro ignorantia sua, credebant in Iesum, prædicante Petro. Non solum autem Iudæi, sed etiam Romani suscipientes verbum gauisi sunt, quòd visitatione visitasset deus genus hominum, mittens filium suum renouare mundum. Et credentes in Iesum baptizabantur. Post multum verò tempus ait Beatus Petrus Apostolus Apollinari discipulo suo: Quid sedes nobiscum? Ecce eruditus es de omnibus quæ fecit Iesus. Surge, accipe Spiritum sanctum, simulque pontificatum, & perge ad urbem quæ vocatur Rauennatium: multitudo enim populi

Prædicatio
de Christo.

Credidit multi
omnis generis.

Mittitur
Apollinaris
ad Rauennam.

illic moratur. Prædica eis de nomine Iesu, & ne formidaueris. Constat enim apud te, quòd verè Dei sit filius, qui mortuis vitam reddidit, & agris intulit verbo medicinam. Et post multa dans orationem beatus Petrus, ponens manum super caput eius, ait ei: Mittat Dominus noster Iesus Christus angelum suum, qui præparet iter tuum, & quæ postulaueris annuat tibi. Et osculans eum, emisit à se. Cùm autem peruenisset beatus Apollinaris non longe ab vrbe Rauenna, mansit apud quendam militem Asiaticum, nomine Herenæum. Cui indicans, vnde aduenisset, aut quid ageret: ait ad eum ille miles: Hospes, filius meus excæcatus est. Sed si qua virtus est prædicationis tuæ, adhibe medicinam, vt videam & sequar Deum tuum, credens in eum. Quem puerum alacriter Apollinaris ad se perducere iussit. Videntibus autem cunctis qui aderant, nihil aliud Apollinaris, quàm signum crucis super oculos cæci faciens, dixit: Deus, qui non localiter sed vbique es, intromitte cognitionem filij tui Domini nostri Iesu Christi in istam ciuitatem, vt non solum istius oculos corporales illumines, sed etiam interiores oculos genialium commorantium in loco isto, aperias, vt celeriter cognoscentes Christum Iesum filium tuum, suum esse Deum, locum mihi prædicationis tribuant, cum magno affectu. Expletis his sermonibus, vidit cæcus: & prouolutus ad pedes beati Apollinaris, vnà

Osculum pa-
cis.

Herenæum
hospes Apol-
linaris.

Signum cru-
cis cæcos illu-
minat.

cum parentibus, credens in Christo, baptizatus est in fluuio non longè ab vrbe Rauenna. Matrōna verò cuiusdam Tribuni militum, nomine Thecla, per annos plurimos grauissima tenebatur infirmitate, quam nullus medicorum poterat erigere. Factū est igitur, vt miles Christianus adstaret ante tribunal, & orta fabula à Tribuno de coniuge infirma, ait miles: Est apud me quidam peregrinus, prouecta ætate, qui etiam filium meum absque vllō medicamine illuminauit. Hūc si venire permittitis, mox vt illum viderit, conualescet. Ait ei Tribunus: Et hic vnde aduenit? Qui respondit: Ab vrbe Roma. Tribunus dixit: Ergo Romanus genere est? Respondit: Nescio, plus tamen Græcus esse videtur. Dicit ei Tribunus: Secretè perduc eum in domum meam, vt cognoscam vera esse quæ dicis. Cūmq; ingressus fuisset urbem Rauennam Apollinaris, circū signans se honestissimè, dixit: Deus qui operaris cum Petro magistro meo, operare & mecum, vt clarificetur nomē tuum, & fiat voluntas tua. Et ingressus domum Tribuni, officiosissimè susceptus est. Ait autem ad eum Tribunus: Bene aduenisti medice, & quid dulcius, quàm æstuāti frigida aqua? Cui beatus Apollinaris respondit: Requiescat in vobis pax domini Dei nostri Iesu Christi. Tribunus dixit: Quis est de quo dicis? Respondit: Filius Dei viui, qui sæculum perditum renouabit. Tribunus ait: Vt video, tu Galilæus es. Respondit: Etiam.

Thecla morbus inmirabilis arte humana.

Tribuni domum ingreditur.

Saluatio veri discipuli Christi.

Tri-

Tribunus ait: Nosti curationes? Respondit Apollinaris: Nihil sine nomine Iesu. Ait Tribunus: Et quæ virtus est in Iesu? Apollinaris respondit: Conuoca huc milites tuos, & cunctis videntibus dignosces virtutem Iesu. Cūque adstarent, ait Tribunus: Ecce mulier mea lecto tenetur infirma annis plurimis, cui omnis medicina contraria extitit, si qua ergo virtus est in te, operare. Cui respondit Apollinaris: Aperiat Deus oculos cordis vestri, vt videntes mirabilia eius, credatis Iesum Deum esse. Tunc apprehendens manum mulieris, ait: Surge in nomine Domini nostri Iesu Christi, & crede in illum: & ne amplius dixeris, quòd alius similis sit illi. Statimq; surgens mulier, descendit sana de lectulo, clamans & dicens, quòd non sit alius Deus præter Iesum quem prædicat Apollinaris. Videns verò Tribunus & milites, obstupuerunt dicentes: Quia verè hic est deus, qui talia fecit. Potest etiā iste, si diligatur, inter bella præstare auxilia. Interea ipse Tribunus cum vxore & filiis & familia sua credentes in Iesum, baptizati sunt. Sed & multi alij ex Paganis, qui interfuerāt, cœperunt fidem Iesu Christi profiteri. Habitauit interea in domo Tribuni intra urbem Rauennam beatus Apollinaris, & quotidie ad eum veniebant ex populo, & docebat eos secretè, dicens: Credite in Iesum, quoniā ipse est deus cœli & terre: & credentes baptizabantur. Multi verò nobiles dabant filios suos Beato Apollinari, vt ab eo

Iesus medicina languentium.

Thecla sanatur.

Baptizatur domus Tribuni.

*Studio Apollinaris iuuen-
eius eruditur.* dem sacris literis erudirentur : illi videlicet qui
iam in Christo credebant. Myſterium enim &
baptiſmata in domo Tribuni beatus Apollina-
ris agebat cum diſcipulis ſuis aſſiduè. Itaque in-
*Diaconos in-
ſtituit.* tra duodecim annos, duos preſbyteros, Adhe-
retum & Calocerum ordinauit: Marcianum no-
biliffimum virum, & Leuthadium Philoſophũ
diaconos fecit. Sex etiam clericos ſtatuit, cum
quibus die noctũque pſalmos Deo canebat.
Cũque creſceret Apollinaris in deprecatione
Ieſu Chriſti, & multitudo populi creuiſſet in
fide Chriſti, iam non poterat latere. Nuncia-
tum eſt ergo de eo duci Saturno, qui producens
eum, ſtatuit ante pontifices Capitolij Rauennatis.
Interrogauitque eum Dux, quis velit eſſe?
*Cõfeſſio oris
Chriſtiani
ad ſalutem.* Qui reſpondit libera voce, Chriſtianus ſum.
Dux ait: Quis eſt Chriſtus? Apollinaris reſpon-
dit: Filius Dei uiui, per quem omnis creatura ui-
uit: quæ in cœlo, & quæ in terra, & quæ in ma-
ri eſt. Cui dux ait: Et te ipſe miſit ad nos, vt eua-
cues culturas deorum noſtrorum? an ignoras ſa-
crum nomen Iouis, quia magnus eſt qui eſt ha-
bitator huius Capitolij, ciuitatis, cui te oportet
humiliari? Apollinaris reſpondit: Quis ſit ha-
bitator ignoro, & quale templum poſſideat, nõ
vidi. Aiunt Pontifices: Veni & vide magnum
templum, & mirè exornatum, ibique cernes
ſimulachrum inuictiſſimi Iouis. Cũque in-
troiſſet in Capitolium, beatus Apollinaris, ſub-
ridens, ait Pontificibus: Iſta tanta ornamen-

*Templum
Iouis miro
artificio ex-
tructum ad
fallendum.*

ta aurea & argentea, melius poterant pauperi-
bus erogari. Tunc irruentes Pontifices Paga-
norum, cum populo ſuper eum, nimia eum cæ-
de maſtauerunt. Et elicientes eum ad mare, ſe-
miuuium reliquerunt. Quem colligentes diſci-
puli eius, abſconderunt in domo cuiuſdam mu-
lietis viduæ Chriſtianaæ, adhibentes ei curam.
Poſt menſes autem ſex, nobiliſſimus vir nomi-
ne Bonifacius, cuius Claiſis, ſubitò obmuru-
it. Cui dum plurimi medicorum nihil prodeſ-
ſent, indicatum eſt, quòd ſamulus Dei Apol-
linaris uiueret, & apud viduam lateret. Mittens
igitur ad eum coniunx eius, obſecrare cœpit,
vt ad virum eius uifitationem ſuam impende-
ret. Cũque perueniſſet ad domum, puella de
domo habens ſpiritum immundum, exclama-
uit, dicens: Recede hinc ſerue Dei uiui, nam
facio te pedibus ligatis de hac trahi ciuitate.
Cui ait ſanctus Apollinaris: Obmutefce dia-
bole, & exi ab ea, & ne amplius in homini-
bus loquaris. Qui ſtatim reſceſſit ab ea. Aſcen-
dens verò vir beatiffimus in domum Bonifa-
cij, vidit eum iacentem mutum, & ait: Domi-
ne Ieſu Chriſte, qui clauſiſti os iſtius hominis,
ne amplius inuocaret idola in auxilium ſuum,
aperi continuò os eius, vt tuum nomen, quòd
eſt benediſtum, inuocet, & credat quia tu es
Deus uiuens in ſæcula ſæculorum. Cũque à
Chriſtianis dictum fuiſſet, Amen: eadem hora
ſoluta eſt lingua eius, & laudabat Dominum,
*Bonifacius
mutus eſſi-
citur.*
*Puella à de-
mo. obſeſſa.*
*Soluitur lin-
gua.*

Ingens numerus credentium.

dicens: Non est alius Deus, quàm hic quem beatissimus prædicat Apollinaris. Eodem die amplius quàm quingenti homines crediderunt in Iesum, agentes gratias Deo, & Apollinari famulo eius, per quem illuminati sunt omnes.

Paganorum vis in S. Apollinarem.

Non post multos autem dies inflati quidem Paganorum à spiritu immundo, suam facientes voluntatem, tenuerunt eum: & diutius cæsum fustibus, prohibebant ne de nomine Iesu mentionem aliquam faceret. Qui iacens in terra, clamabat, quòd verè ipse est Deus, qui sponte, pro omnium hominum salute corporaliter pati voluit. Non ferentes Pagani hoc testimonium, beatum Apollinarem nudis pedibus super prunas stare fecerunt. Qui amplius Christo testificabatur. Pagani verò ab vrbe Classe, cum proiecerant, dicentes ei: Quamuis curationes facias, urbem tamen noli ingredi, & viues. Erat itaque beatissimus vir iacens extra muros, & prædicans de nomine Iesu incessanter. Veniebant ad eum multi de ciuitate, timentes Dominum, & ministrabant ei. Non enim parua erat plebs Christianorum, maximè nobiliù.

In tugurio mysteria faciebant Christiani.

Habebant enim Christiani tugurium non longe à muro, vbi mysterium faciebant. Baptizabantur autem in mari, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, quotidie innumeri. Post plurimos deinde annos beatissimus Apollinaris ad Æmiliam perrexit, docendo secretè populum, quoscumque poterat trahere verbo. In-

terea Caloterus presbyter gubernabat Ecclesiam, quæ erat Rauennæ, latenter faciens multas virtutes in nomine Iesu Christi. Non post multum tempus regressus ab Æmilia beatus Apollinaris, à Christianis cum omni gaudio susceptus est. Eodem tempore Rufus Patricius, ex consule ducatum agebat Rauennæ, cuius unica filia infirmabatur. Indicatum est ei de nomine Apollinaris sacerdotis: quem mox iussit ad domum suam venire, vt visitaret filiam eius. At vbi ingressus est domum cum clericis suis, statim defuncta est puella. Cùmque lamentationes audiuisset Apollinaris, cognouit quia transisset. descendensque increpabat eum Rufus Patricius, cum lacrymis, dicens: Atque vtinam domum meam non introisses. Dij enim magni indignati, noluerunt filiam meam saluare. Tu verò in quo poteris, cura eam. Et omnes qui aderant, stebant cum eo. Cui beatissimus Apollinaris dixit: Fiducialiter age Patrici, & iura mihi per salutem Cæsaris, quia permittes puellam sequi Saluatorem suum, & modò cognosces virtutem Domini nostri Iesu Christi. Rufus Patricius respondit: Scio quoniam mortua est puella, & non viuit: tamen si videro eam stantem & loquentem, laudabo virtutem Dei tui, & non prohibebo sequi Saluatorem suum. Tunc cum vniuersa multitudine flente, ipse fiduciam habens in Iesum, accessit, & tetigit puellam, dicens: Domine Iesu Christe, *Inuocatione*

Caloteri presbyteri virtute insignis.

*Christi in no-
mine B. Pe-
tri suscitatur
puella.*

Deus meus, qui magistro meo Petro Aposto-
lo tuo dedisti locum impetrandi apud te quæ
desiderat, tu suscita hanc puellam, quia tua
est creatura, & non est alius Deus præter te.
Et respiciens ad puellam, ait: *Quid iaces? Sur-
ge, confitere creatorem tuum.* Quæ statim sur-
rexit, & loquebatur, vociferans, dicens: Ma-
gnus Deus, quem prædicat Apollinaris, famu-
lus eius, & nullus est alius præter eum. Fa-
ctum est igitur in illa hora gaudium magnum
coram omnibus, & coram Christianis, quia
magnificatum est nomen Domini nostri Iesu
Christi. *Baptizatur
eadem.* Baptizata est puella cum matre & fa-
milia promiscui sexus, trecenti viginti quatuor.
sed & multi alij ex Paganis crediderunt Chri-
sto. Rufus verò Patricius timens Cæsarem, oc-
cultè diligebat beatum Apollinarem, & mini-
strabat ei. Filia verò eius consecrata est Chri-
sto, & permansit virgo. Nunciatum est hoc
Cæsari à Paganis, quòd quidam vir veniens ab
Antiochia, magicis artibus & incantationibus
nomen Iesu Hebræi introduxisset in urbem
Rauennam, & magna multitudo obediret il-
li, etiam domus Rufi Patricij. Cui Cæsar mit-
tens successorem, scripsit ad vicarium præfe-
cturæ, vt præsumptorem huiusmodi aut diis
inclinaret, aut longè in exilium mitteret. Accer-
siuit itaque Messalinus vicarius Apollinarem
in prætorium suum, & ait ad eum coram sa-
cerdotibus Capitolij: Quis diceris? Respondit,

*Imperio Ca-
saris vocatur
S. Apolli-
naris.*

Apollinaris. Messalinus dixit: Vnde huc adueni-
sti? Respondit: Antiochia. Messalinus dixit:
Quam artem agis? Apollinaris respondit: Chri-
stianus sum, & discipulus Apostolorum. Vica-
rius dixit: Et quis est Christus? Apollinaris re-
spondit: Filius Dei viui, qui fecit cælum & ter-
ram, mare, & omnem animam viuentem. Messa-
linus dixit: Tu de illo Christo dicis, qui ante
paucos annos, dum se filium Dei diceret, à Iu-
dæis interfectus est? Vtique si hic Deus erat, *Vox Messa-
lini indocta.*
nec mori poterat, nec contumeliis affligi: sed su-
perbè agens iniuriatus est & morti traditus: hūc
tu, qua ratione in numero deorum computas,
ignoramus. Apollinaris respondit: Audi Iudex
quæ dico viriliter: Deus erat manens in corpo-
re, mundo faciebat mirabilia insignia. Quod
autem à Iudæis tentus est, siue crucifixus, caro
quæ ex virgine sumpta est, patiebatur: Deus en-
im impassibilis permansit, & immortalis.
Qui tamen etiam ipsam carnem tertio die ex-
citauit à mortuis, apparens multis: ascendit in
cælum, vnde descenderat Deus. Tantam verò
tribuit potestatem in se credentibus, vt in
nomine eius dæmonia eiiciantur, infirmi con-
ualescant, mortui resurgant. Vicarius dixit:
Tu mihi persuadere non potes, vt ego Deos se-
quar ignotos, qui à Senatu præcepti non sunt.
Sed istis postpositis, accede ad Capitolium,
& manibus tuis ponetur thus magno Deo Iou-
i, & immola diis vt possis viuere. Nam per fa-
t iij

*Consuetudo
Romanorū in
referendis ali-
quibus in nu-
merum deorū*

lutem Cæsaris verberatum te diuersis pœnis, in exilium dirigam. Apollinaris respondit: Iam me perductum in Capitolium existimata, securus esto, quia manibus meis thura non ponam dæmonio, sed Domino meo Iesu Christo incensum offeram laudis, & suauitatis. Tunc exclamantes Pontifices, dixerunt: Ignoras iudex, quia hic sibi nomen posuit Pontifex, vt sub nomine nostro seducat turbas? Sed examina eum de præsumptionibus suis. Vicarius dixit ad officium: Exiite eum, & cædentes dicite: Resipisce, & immola diis. Cùmque cæderetur, clamabat dicens: Christianus sum, fac quod tibi viderur. Dum hæc circa famulum Dei geruntur, vnus de pontificibus dæmonium habens, dixit ad Vicarium: Eculeo appendatur, vt tortus diutius, det honorem diis immortalibus. Beatus Apollinaris dum torqueretur, dicebat: Dominum Iesum Christum Deum viuum esse confiteor, & aliud non dico. Tum vicarius: Dic mihi pestifer, quæ remuneratio tibi erit pro his pœnis? Apollinaris respondit: Si quis perseverauerit vsque in finem in Christo, hic saluus erit: & si mortuus fuerit, viuet. Hæc est remuneratio Christianorum. Tunc vniuersi qui aderant, & audierunt hæc, glorificabant Deum cœli: quia fortior erat Apollinaris, dum pateretur ab his qui ministrabant ei tormenta. Iudex dixit: Denud verberetur, & super plagas bulliens aqua mittatur: hic sub præcone ad nauem perduca-

*Pontificum
peruersa in-
uidia.*

*Virgis cedi-
tur.*

*In tormentis
vox vna.*

*Remuneratio
Christianorum*

tur, & cum graui pondere feratur in exilium, & ad partes Illyricæ relegetur. Quidam verò, qui sauior erat in famulum Dei, arreptus à dæmonio, subito expirauit. Cùmque eleuatus fuisset à terra, beatissimus Apollinaris, ait vicario: Impiissimè, quare non credis in filium Dei, vt euadas tormenta æterna? Tunc indignatus iudex, iussit saxo os eius contundi. Videntes autem Christiani tantam impietatem, commoti sunt & irruerunt super Paganos: tantæque allisio fuit, vt subito amplius quàm ducentos homines impios interficerent: sed & vicarium perimere cogitabant. Perturbatus itaque Iudex, reclusit se: Apollinarem verò cum grauissimo pondere ferre iussit, & in carcerem horrificum claudi, & in ligno extendi, & nihil illi ministrari, vt deficeret. Angelus autem Domini nocte veniens ad eum, videtibus cunctis custodibus pauit, & confortans abiit. Quarto igitur die cognouit iudex, quòd adhuc viueret. Quare secretè catenatum in nauem imposuit, & in exilium direxit. Secuti verò sunt eum tres viri de clero, qui eum ministrabant. Interea Ecclesia quæ erat Rauennæ, gubernabatur à presbyteris & Diaconibus, crescente numero Christianorum. Cùmque litrora currentis maris, nauigarent, subito nata est tempestas, & facta nauis in sicco comminuta est, & eiectus est in litore Beatus Apollinaris cum clericis suis, & duobus militibus, cæteri verò mortui sunt in

*Os S. Apol-
linaris saxo
contunditur.*

*Ob crudeli-
tatem paga-
norum suditis*

*Confortatur
noctu ab An-
gelo.*

*Apollinaris
cum suis libe-
ratio à tem-
pestate.*

mari. Aiunt itaque ad eum milites: Domine pater, quò ibimus? quid faciemus? Quibus ait: Baptizamini in nomine Iesu, & viuetis. Qui statim renunciantes idolis, baptizati sunt in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti. Tunc cœperunt pergere de loco in locum, & pertransierunt Misiam, prædicantes verbum Dei, & nemo eos recipiebat. Interea cuiusdam primi & magni viri frater leprosus effectus, visus est à beato Apollinare, cui dixit ille: Tu vis fieri sanus? Qui ait: Volo. Apollinaris respondit: Crede in Iesum Christum. Respondit: Si me sanum fecerit ipse, est Deus. Inuocans Apollinaris nomen Iesu, tetigit eum: & statim sanus factus est. Qui & ipse renuncians simulachris, credidit in Iesum, & baptizatus est, & māsit apud eum diebus plurimis. Et inde transiit ad ripam fluminis Danubij, & multos sociavit ad Dominū. Cūque innotuisset quòd inimicus esset idolorum, volebant eum occidere. Qui fugiens, descendit in partem Thraciæ, & mansit ibi diebus plurimis. Erat enim in ciuitate templū Serapis, qui in ipsis diebus nullum responsum suis dabat, spiritusque dæmonum locutus est dicens: Nescitis quia discipulus Petri Apostoli IESU Christi, à Roma huc venit, & ligauit me, prædicans Iesum. Hic si expulsus non fuerit ab his locis, nos vobis responsa dare non possumus. Facta itaque inquisitione, inuentus est Apollinaris. Quem discutientes, quid faceret in sinibus co-

Leprosus mundatur in nomine Iesu.

Apollinaris ad Danubium versatus.

Templum Serapis.

rum? narrabat eis, quia Christianus sum, & pro Christi nomine ab vrbe Rauenna huc in exilio missus sum. Qui exuentes eum, diutius sustibus casum, vsque ad mare perduci fecerunt. Rogantes quoque Rectorem prouinciæ, vt per vsu nauis currentis ad Italiam, Apollinaris cum suis hominibus aucheretur, dicentes: Melius est vt ibi, vnde venit, habitet, & subuertat populum, quàm hic euacuet culturas deorum nostrorum. Itaque post tertium annum Raennam ingreditur. Quem suscipientes Christiani, gauisi sunt gaudio magno, glorificantes Deum qui eis suum patrem & doctorem reuocasset. Multa enim mirabilia per eum Dominus in littore Dalmatiæ, dum regrederetur, operatus est. Contigit post multum temporis, dum Christiani mysterium facerent in suburbano Pyrinci senatoris, quòd subito seditio orta est in ciuitate à Paganis de nomine Apollinaris: & irruentes populi super eum, ligatum ad forum perduxerunt, cædentes & vulnerantes. Non enim dignus est iste, dicebant, præsentari magno Deo Ioui, quia frequenter eum illudit: sed ducatur ad templum Apollinis, ibique cognoscat virtutem deorum immortalium. Cūque perductus fuisset, multi nobiles viri tam Pagani quàm Christiani, vnà cum populo secuti sunt eum. Dicebant verò Pagani: Videamus si iam homo iste respuit. Et dum venisset ad tēplum, & vidisset simulachrū Apollinis, ait

Despicitur S. ab infidelibus.

Apollinaris adstātibz: Nunquid iste est Deus, in quo auguria captatis? Responderunt Pagani: Etiam, primus inter deos, & custos ipse est ciuitatis. Respondit Apollinaris: Nunquam sit huic bene: sed hoc destructo, erit custos Christianorum commorantium in loco isto, Dominus Iesus Christus, qui verè est Deus. Et facta oratione, simulachrum solutum, & templum diaboli destructum est. Pagani verò videntes quæ facta sunt, clamabant, dicentes: Senex impius interficiatur, per quem omnia facta sunt. Christiani verò gratias Deo referebant, dicentes: Quod verè ille est Deus qui talia per hunc patrem nostrum operatur. Commota itaque pars Paganorum, tradiderunt eum iudici, cui nomen erat Taurus, vt eum interficeret. Qui congregans omnem nobilitatem vrbs in prætorium suum, his verbis cœpit eum alloqui: Rogamus te, prode nobis, in qua virtute tanta exerceas: aut vbi facis congregationem & signum, vt tanta turba te sequatur? Respondit Apollinaris: Virtus alia non est, quam Domini nostri Iesu Christi. Donum enim in cordibus nostris habemus: tamen si fabricam quæris, non longè est ab vrbe: illic Christianis eloquia tradimus diuina. Taurus iudex dixit: Sunt tibi aliqui adiutores? Respondit: Etiam, plurimi. Taurus iudex dicit: Et vbi sunt modo? Apollinaris respondit: In hac Rauennanum vrbe consistunt. Taurus iudex dixit: Est in te aliqua virtus diuinitatis? Beatus Apollinaris

Templi cum idolo ad edificatione Iesu dissoluntur.

In qua virtute S. miracula faciunt.

respondit: Iam dixi tibi, est virtus superna Domini nostri Iesu Christi. Taurus iudex dixit: Ecce apud me est filius naturalis cæcus natus: iauocato igitur nomine ipsius, quem crucifixum à suis asseris, aperi oculos eius, & credemus quia verè ipse sit Deus: sin autem aliud, igni te trademus ad comburèdum pro sceleribus tuis. Apollinaris respondit: Veniat ad me ille cæcus. Cùmq; venisset, ait ad eum Apollinaris: In nomine Iesu Christi crucifixi aperi oculos tuos, & vide. Qui statim aperiens oculos, recepit lumen. Stupefacti igitur omnes qui erant præsentés, dicebant, Quod verè hic est Deus qui talia operatur. Multiq; ex eis crediderunt in Iesum. Tunc Taurus præses secretè eruit eum de populo, & misit illum nocte in præsidio suo, quasi custodiendum. Et mansit ibi annos quatuor. Erat enim ab vrbe miliario sexto, ibique currebant ad eum omnes Christiani, & docebantur ab eo. Quicumque verò ad eum æger perductus fuisset, sanus reuertebatur, quacunque infirmitate derentus fuisset. Postea in diebus Vespasiani Cæsaris, inuidiosa relatio Pontificum Capitolij Rauennatis, qui erant super aras trecentas, peruenit Romam, aduersus beatum Apollinarem, & dicebat: Si hunc seductorem Apollinarem non interfeceris, qui contraria regno vestro & saluti præfecturæ prædicat, Romanas cæremonias exterminio tradetis. Nò enim parua multitudo ab eodem seducta, quo-

Recipit visum cæcus.

Inuidiosa Pōntificum relatio contra S. hominem.

tidie in iniuriis deorum immortalium debaccharur : ipse quoque magicis artibus templa omnia destruit. Solius igitur Apollinaris incuruata ætas vita priuetur, vt nomen Romanum permaneat. Dixerit itaque Imperator Talemium Sionem, vt si diis factatissimis quis temerario ore iniuriam infereret, pro ipso contemptu deorum aut satisfaciat, aut vrbe priuetur. Non enim iustum est, ait, vt nos deos vindicemus, ne si ipsi de inimicis suis vlcisci non poterint, irascantur. Interea hæc data iussio percurrit ad Demosthenem, illustrem virum atque patricium, sed omnino paganissimum: qui missa executione, Apollinarem sibi exhiberi iubet. qui cum iam incuruatus nimia ætate & diuersis passionibus adstaret in conspectu iudicis, clamatum est à Paganis: Nihil ab eo inquiras, omnes scimus quia Christianus est, & destructor templorum. Aut puni eum, aut longius proiice ab hac vrbe, ne pereamus. Demosthenes Patricius dixit: Dic mihi antique seductor, cuius religionis es? Beatus Apollinaris respondit: Non nego gloriæ vestræ, sed verum dico, quia Christianus sum, & eruditus à beato Petro Apostolo, & ab ipso in hanc fœlicissimam directus sum urbem, vt per nomen Iesu Christi salutem consequi mereantur credentes huius vrbis habitatores. Tum Demosthenes Patricius dixit: Quid multa? tempus est, vt à vanitate tua recedens, satisfacias diis. Beatus Apollinaris re-

In dicta causa damnandum predicant.

Blasphemia in virū Dei. Ab auctoritate firmat legationem suam.

spondit: Sacrificium meipsum offero pro salute filiorum meorum, quos adquisiui. Si quis non recesserit ab hac incredulitate, & non adorauerit Deum cæli, qui cum Domino nostro Iesu Christo & Spiritu Sancto regnat in sæcula sæculorum, erit consumendus igni perpetuo: qui autem crediderint, & baptizati fuerint, habebunt requiem æternam, & diuitias immutabiles. Tunc iudex accensus furore, tradidit eum in custodiam cuidam Centurioni, qui & ipse iam Christianus erat occultus: cogitans quibus modis à cruciatibus eum liberaret. Accipiens itaque Centurio, duxit eum ad Classem in domum suam. Post aliquot dies dicit Centurio Apollinari: Domine pater, noli te tam citò morti tradere, quia vita tua nobis necessaria est: sed egredere noctu, & vade in vicum quo infirmi habitant, donec furor populi conuiescat. Et medio noctis laxauit eum, vt fugeret. Cùmque cognitum fuisset à Paganis, secuti sunt eum: qui apprehensus non longè à porta, tamdiu cæsus est, donec existimatus mortuus relinqueretur. Exinde ante lucem collectus à Discipulis suis, perductus est in vicum vbi leprosi morabantur: & ibi inter Christianos iacens, septem dies superuixit, admonens Ecclesiam ne à fide Christi discederet: & annuncians eis, quod multæ futuræ essent persecutiones pro nomine Christi:

Cur saluandis sunt nonnulli et damnandis alij.

Christianis fidelitas.

Insectantur Pagani S. Apollinarē.

Rebentē flagellatur.

Principes ad fidem vocandos testatur.
 sed post has plurimas tempestates, etiam principes ad fidem Christi essent accessuri. Annunciâs etiam, omnia numina dæmonum euacuanda, & liberè in toto orbe terrarum hostias à Christianis Deo viuo offerendas esse. Si quis ergo, inquit, permanerit in fide Iesu Christi, vita viuet, & non morietur. His & aliis multis expletis eloquiis, defunctus est beatissimus Apollinaris, martyr, & Episcopus, & sepultus est extra muros Classis, in arca faxea, sub terram, propter metum Paganorum missa. Gubernauit autem Ecclesiam suam annos viginti novem, mense vno, dies quatuor: passusque martyrium est sub Vespasiano Cæsare, die decimo

Sub Vespasiano moritur

calendarum Augustarum, regnante Domino nostro Iesu Christo, cui est honor & gloria in sæcula sæculorum,
 Amen.

FINIS.

F. THOMAS BEAULXAMIS
 Parisinus Carmelita Meldunensis Bacchalaureus Theologus Christiano lectori, Salutem in Domino.

Hereticum utique grauior potentia, maiorem lucum industriam accersit: hareson quoque & schismatum dira illuuias antiquorum Ecclesia Patrum & splendorem, & puritatem hisce tempestatibus excitat. *Et nunc ob hareses antiquorum Patrum libris in medium è latebris protrahuntur.* Ut enim diuturnæ paci assueti arma omnia abiiciunt, & contemnunt: immo constant gladios suos in vomeres, & lanceas suas in fulces: ubi verò tuba terribilem sonitum procul excitarit,

„ Rupta quies populis, stratisq; excita iuuetus
 „ Diripiunt sacris affixa penatibus arma,
 „ Quæ pax longa dabat nuda iam crate fluètes.
 „ Inuadunt clypeos, curuataque cuspide pila,
 „ Et scabros nigrae morfu rubiginis enses:

Lucianus libro 1. bellæ Pharsal.

Sic nuper cum Hareses obriguissent, & paulatim bona studia marcescere, & veterum monumenta sub puluere delitescere videbantur. Nunc postquam Antichristi lituus insonuit, & machinæ Sathanicæ in Ecclesiam erectæ sunt, primis illis nostris patribus obuiam procedimus, applaudimus, eos excipimus, nosque eorum paedagogia mancipamus. Hos benignissimus Deus ut turres, ut validissimos arietes, utque sui gregis & fidei protectores suppeditat. Nunc enim videns illorum opera prelis committi, nocturna, diurnaque manu versari, legi palam fieri. Nolim hic Atha-

Sepulcra noster per studio.

AVRELIANI LEMOVICENSIVM
Episcopi, Divi Marcialis auditoris, olim eius be-
neficio à mortuis excitati, in eiusdem san-
ctissimi Marcialis Christi Iesu di-
scipuli vitam historia.



PRÆDICANTE Domino nostro Iesu Christo apud Iudæam, in tribu Beniamim, confluebat ad eum multa turba Iudæorum, deferens ei quæ necessaria erant ad manducandum & bibendum: simulque audire desiderans quæ ad animarum pertinent salutem. In cuius medio venit ad eum ex supra dicta tribu, vir quidam nobilissimus Iudæorum nomine Marcellus, cum vxore sua nomine Elizabeth, & filio unico Marciale quindecim annorum ætatis. Audiente autem prædicantem Dominum, & dicentem: Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum: Nisi qui renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnũ Dei, salubria vitæ præcepta: Cõpuncti corde cœperunt efflagitare eius immensam clementiã, vt sicut ipse prædicabat, iuberet eos fonte baptismatis regenerati. Tunc iubente Domino baptizati sunt à beato Petro Apostolo, Marcellus scilicet cum vxore sua Elizabeth, & eximie indolis Marcialis eorum filius, Zacheus quoque, & Ioseph qui postea Dominum sepeliuit, multiq̃ue alij Iudæorum, quos longum est reuoluerè ne immen-

Occasio quæ pater & mater Marcial. sese Christi ferule subdidernnt.

Sũma Christi prædicationis.

Baptizatur familia Marcelli à Petro.

nasij, Palladij, Clementis Alexandrini, Cyrilli Ierosolymitani, & innumerorum aliorum patrum, qui quotidie à tineis vindicati produnt, miminisse. Habes Abdia historias Apostolicas: habes & Marcialis Epistolas, quæ apud Lemonicas plus mille annis la-

Vnde hic Aureliani liber innotuit.

tuerant, excelsas. Nuper quoque cum in Aude diui Marcialis Lutetia concionaturus esset, ipso eiusdem discipuli Domini die, oblatuè est mihi liber manu exaratus, adeo antiquitate confectus, vt vix legi posset. Hunc cum intantius perlegisset, obseruauit & ex titulo, & ipsa Historia ab Aureliano diui Marcialis discipulo editum esse: multiãque instructionis præ se ferre, adeo vt quæ à Neochristianis finiola esse ducuntur, apertissime confirmet. Tum Bibliopolarum officinas cum adissem, nec ipsum aut Lutetia alibiue impressum esse agnouissem, Abdia Historia, quæ cum forte excidebatur adici curauit. Hunc quæso, vt dignissimum testem excipe: nec nostrum laborem dedignare. Vale.

*

sum series recensita, tedere videatur. Reuertentibus vero omnibus ad propria bonæ spei non est reuersus ad paternam domum, sed totum se Domino commendans, & eius disciplinæ iugiter inhærens, sociauit se Apostolo Petro, qui ei proxima affinitate cōsanguinitatis iungebatur, eiusque instinctu, Domini ac magistri sui in omnibus obsecundare curabat salutaribus præceptis. Post multum verò temporis suscitauit Dominus quatruiduanum Lazarum in Bethania: ibique sanctissimus Marcialis cum Domino interfuit. Consummata verò saluberrima Domini nostri Iesu Christi prædicatione, quando cum discipulis corporaliter cœnauit, ac misteria eius corporis & sanguinis sui in panis ac vini sacramento contradidit: pedesque eorum ab ipsis surgens dapibus lauit, & linteo deterfit: Iste sanctissimus vir Marcialis ad seruiendum fuit deputatus cum Cleopha, ac multis aliis Discipulis, vt ea quæ tali apparatusi necessaria erant, ipsi supplerent, cibi videlicet & potus copiam, & aquam ac linteamina ad discipulorum pedes abluendos & detergendos. Post sacram quoque ac venerabilem resurrectionem, quando ipse Dominus Iesus Christus nõ in anigmate, sed in eo habitu & forma quam pro hominibus assumpsit, apparere dignatus est discipulis suis, & dixit illis: Pax vobis, illi verò turbati existimauerunt se spiritum videre, donec Domini iussu palpandas manus ac pedes viderunt quòd

*Marcialis
paterna do-
mo relicta,
Christum se-
quitur.*

*Adfuit cum
resuscitare-
tur Lazarus*

*Sacramentum
Corporis &
Sanguinis.*

*Ministravit
Christo et di-
scipulis in
Cœna.*

*Aderat Mar-
cialis, cum
Christus suis
di e ipsa re-
surrectionis
appareret.*

ipse coram eis partem piscis assi, & fauam comedit: Sanctissimus Marcialis sicut alij discipuli partem reliquiarum accipere meruit.

Cum verò Apostoli secundum quod sibi à Domino fuerat imperatum in Galilæam, videnti Dominum causâ properarēt in montem, vbi ipse iusserat: beatus Marcialis vtpote nullo alio vel ad momentum penè recedēs loco, post sacri baptismatis perceptionem, & quòd beatus Petrus speciali amore consanguinitatis ei vincētus fuit, cum ipsis perrexerit, ac potestatem prædicandi Euangelium ab ipso Domino, sicut ceteri Apostoli suscepit, dicēte Domino, Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra. Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filij & Spiritus sancti. Cùmque ascēsurus die quadragesimo post resurrectionē eduxisset discipulos foras in Bethaniam, ac eleuatis manibus ferretur in cælum, & benediceret eis, memoratus vir Marcialis cum aliis apostolis benedici meruit, & cum ipsis in ieiuniis & orationibus perstitit, quotidie intrans & exiens cum illis laudans Dominum, & benedicēs Dominum, quousque die decimo ascensionis Christi ad Patrem, Spiritū in igneis linguis super se venientem vidit, ac cum aliis Apostolis edoctus, omnibus inuincibilis resurrectionis Christi extitit testis. Deinde post perceptionē sancti Spiritus, beati apostoli in fide roborati, passim per regiones dispersi, vnusquisque prouinciam ac regio-

*S. Marcialis
à Domino po-
testatem præ-
dicandi acce-
pit.*

Luc. 24.

*Adfuit cum
Christus in
cælum ascen-
deret, et ab
eo benedictio-
nem accipere
promeruit.*

*S. Marcialis
die Penteco-
stes cum aliis
spiritum san-
ctum accepit.*

Quando Petrus et Marcialis Antiochiam perre-
xerunt.

Quot annis Petrus sedet in Antiochia et quando Romam uenerit Marcialis comes Petri.

nem quam saluberrima prædicatione diuini seminis illustraret, delegit. Tunc beatus Petrus Apostolorum princeps, & beatus Marcialis discipulus eius & propinquus, anno secundo & uicelimo Imperij Tyberij Cæsaris, hoc est quinto anno post passionem domini Antiochiam simul perrexerunt, cum multis sibi sociatis discipulis, prædicantes publicè Euangeliū regni cælorum, ac dicentes: debere agi pœnitentiam omnium peccatorum. Rogate autem beato Petro, sanctus Marcialis prædicabat incessanter uerbū Dei. Prædicantibus uero illis, tantam gratiam contulit dominus, ut innumerabilis populus conuerteretur ad Christū, & facti Christiani multas construerent, in locis quibus non erāt, basilicas. Ordinatis autem Episcopis ac presbyteris cum Diaconibus præfatis omnibus Ecclesiis quas construxerant: nouerunt eos memorati ambo discipuli Domini, ut audita à se salutaria præcepta ad memoriā reuocarent, ac mente deuota procurarent illi soli inherere, à quo redēpti essent uida sanguinis ac signati fonte baptismatis. Interea his rite peractis, beatus Petrus Apostolorum princeps anno secundo Imperij Claudij Cæsaris, ab Antiochia in qua per septem annos Episcopus federat, Romam pergens secum abire sanctum Marcialem permittit, ut quorum unum. erat sanctitatis studium ac dilectionis insigne meritū, eorum etiam fieret commune remunerationis præmiū: Pergentibus uero eis, comitati sunt eos quidam è discipulis ab Antiochia. Inter quos fuerunt Alpinianus & Austriclinianus, & multi alij. Ingressi itaque Romam, recepti sunt in hospitium à Marcello cōsule Romanorum, & habitauerunt domi eius multis diebus, prædicantes publicè saluberrima uitæ præcepta, ac denunciante se à Domino Christo missos, ut relicto errore simulatorum uerum Deū in tribus personis existentem agnoscerent, & cognitum colerent, ac eius se seruos scirent, qui cruce suspensus eos mercatus est cruore. Commorantibus autem eis illic apparuit Dominus beato Petro, anno secundo postquam uenerat Romā, & monuit eum ut dirigeret beatum Marcialem ad prædicandū prouincijs Galliarum, ut populus qui à diabolo tenebatur, tandē auditis aternæ uitæ præmijs, deserens profanum errorē, Christi se mancipandum traheret seruitio, atque ad uerā religionis fidē, à superstitioso conuerteretur errore. Tunc B. Apostolorum princeps Petrus accersito beatissimo viro Marciale, per ordinem narrauit ei omnia quæ sibi à Domino fuerant impetrata.

Quo audito sanctissimus Marcialis grauius cepit flere, quia nolebat dissociari à B. Petro. Timebat longinquam regionem & homines Deum ignorātes, & ueritatem prorsus nescientes, quē B. Petrus blande consolatus est, dicens: Frater sanctissime, noli contristari quia Dominus & magister noster semper erit tecum, sicut

tibus uero eis, comitati sunt eos quidam è discipulis ab Antiochia. Inter quos fuerunt Alpinianus & Austriclinianus, & multi alij. Ingressi itaque Romam, recepti sunt in hospitium à Marcello cōsule Romanorum, & habitauerunt domi eius multis diebus, prædicantes publicè saluberrima uitæ præcepta, ac denunciante se à Domino Christo missos, ut relicto errore simulatorum uerum Deū in tribus personis existentem agnoscerent, & cognitum colerent, ac eius se seruos scirent, qui cruce suspensus eos mercatus est cruore. Commorantibus autem eis illic apparuit Dominus beato Petro, anno secundo postquam uenerat Romā, & monuit eum ut dirigeret beatum Marcialem ad prædicandū prouincijs Galliarum, ut populus qui à diabolo tenebatur, tandē auditis aternæ uitæ præmijs, deserens profanum errorē, Christi se mancipandum traheret seruitio, atque ad uerā religionis fidē, à superstitioso conuerteretur errore. Tunc B. Apostolorum princeps Petrus accersito beatissimo viro Marciale, per ordinem narrauit ei omnia quæ sibi à Domino fuerant impetrata.

Quo audito sanctissimus Marcialis grauius cepit flere, quia nolebat dissociari à B. Petro. Timebat longinquam regionem & homines Deum ignorātes, & ueritatem prorsus nescientes, quē B. Petrus blande consolatus est, dicens: Frater sanctissime, noli contristari quia Dominus & magister noster semper erit tecum, sicut

Suscipitur Petrus cum suis Romæ à Marcello Cōsule.

Dominus apparet beato Petro Romæ cum mouens, ut Marcialis in Gallias mittatur.

Nolebat Marcialis à Petro dissociari.

Consolatur à Petro.

Math. vi. ipse nobis pollicitus est, dicens: Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem sæculi. Præcepit etiam nobis post resurrectionem suam, dicens: Euntes in mundum vniuersum prædicate Euangelium omni creaturæ: qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit: qui verò non crediderit, condemnabitur.

Marc. 16.

Quod beatissime frater utrisque nobis expedit conseruare, vt præcepti Dominici non simus immemores. Quare, age, ô vir præstantissime, & meis adquiesce consiliis, quod fiat vt nostro particeps efficiaris consortio: accinge lumbos tuos, & absque retractatione aliqua quantotius festinare ne differas, populû qui dæmoniis noscitur deseruire, ad veram & integram diuini cultus religionē facias peruenire, vt amoto errore Gentilium, Christum valeat confiteri.

*Lemouicum
Petrus Mar-
cialis com-
mendat.*

Est namque ciuitas in prouinciis Galliarum profano vacans errori, nomine Lemouix. Hanc cum adiacentibus tibi Christus commendat, vt tua prædicatione ab ipso sublimetur. Et quia tibi longa restat via, ne cuncteris meis parere sermonibus, quibus coronæ tuæ magnum assumas brauium. Sume tecum duos discipulos, qui & comitatu tuo intersint, & tibi obsequium præbeant, & coronæ præmiû non amitant. In tantum age, vt si tibi gladiator occurrerit, pro nomine Domini percipienti colla submittas, & sicut audisti à Domino: Qui te percusserit in dextra maxilla, præbe illi & alteram. Et qui te ex-

*Constantia
veri marty-
ris & con-
cionatoris.*

poliauerit tunicam, dimitte ei & pallium. Tantum equo animo esto. Nec mora, sacratissimus *Comites diuini*
vir Marcialis adiunctis sibi duobus discipulis *Marcialis.*
Alpiniano, atq; Austricliniano, iter iuxta quod ei fuerat per beatum Petrum à Domino iniunctum, arripuit. Et cum cepti itineris maturitate viam conficerent, contingit vt beatus Austriclinianus vnus è comitibus migraret à sæculo, *Moritur Au-*
in loco qui Else vocatur. Quo viso beatissimus *striclinianus*
Marcialis velocissimo gressu non intrepidus *in via.*
Romam repedauit, nuncians beato Petro omnia quæ sibi in via acciderant. Quem ille percunctatus, dixit ad eum: Quanto cius prope- *Redit Mar-*
sumpto batterio meo in manu tua. Cumque ad *tialis ad san-*
locum peruenires, in quo fratrem exanimem *ctum Petri.*
reliquisti: tange ex ipso cadaver defuncti, & ego infundam orationem, statimque velut à somno expergiscetur, & continuo comitatu tuo inharebit. Cuius verbis credulus idem beatissimus, vix sumpto batterio in manu sua peruenit ad corpus, quo tacto membra, quæ calore sanguinis fuerant viduata, extemplo rediuiua redduntur, & lucem quam amiserat moriêdo propriis cœpit luminibus intueri. Quod ideo factum quis ambigat, nisi vt beati Petri fides claresceret exhortantis, & beatissimus Martialis his incitaretur exemplis, quibus coronatus est meritis? Igitur beatus Marcialis cum discipulis suis peruenso tam magno terrarum spacio, erat prædicans vbique seminarium verbum Dei.

*Petri batte-
rium Mar-
ciali datur.*

*Resurgit
Austricli-
nianus.*

Tullum ap- pulu Mar- cialis & ab Arnulfo ex- cipitur.

Ingressus itaque Lemonicinium, venit ad Tul- lum castellum, & ibi receptus est in hospitium ab Arnulpho diuite, & manfit ibi duobus men- sibus, in quibus diebus non cessauit à prædica- tione diuina, sed semper verbum Dei omnibus ad se venientibus annunciare studuit. Erat verò tunc vnum & triginta habens ætatis annos, ter- tio imperij Claudij anno. Multus verò populus audiens tam salubria monita, & videns signa, quæ Dominus per seruum operabatur, quoti- die ad eum confluebat, cupiens tam prædicatione illius instrui, quàm & miraculis recreari. Præfatus autem diues Arnulphus habebat vni- cam filiam, quæ à dæmonio quotidie vexaba- tur. At vbi ingressus est beatus Marcialis do- mum, exclamauit dæmon, dicens: Scio me e- gressurum de ista puella, quia angeli qui tecum sunt, me grauitèr torquent. Sed adiuro te per Crucifixum quem prædicas, ne me in abyssum mittas. Tunc beatus Marcialis dixit: Per ipsum crucifixum te adiuro vt ex eas de corpore istius puellæ, & amplius non intres in eam, sed vade in locum desertum, vbi neque auis volat, neque habitatio hominum est. Ad hanc vocem euo- muit puella spiritum immūdum, & quasi mor- tua facta est. Tunc beatus Marcialis tenens ma- num eius erexit eam, & reddidit patri incolu- mem. Sanctitas autem & benignitas ac magna humilitas erat in eo, & oratio assidua sicut præ- ceperat illi & aliis discipulis suis, dicens: Orate

Marcialis tum erat 31. annorum.

Filia Ar- nulphi à dæ- monio cura- tur.

Diaboli ver- ba.

Exorcismus.

omni hora: nihil enim vnquam alios agere do- cuit, quod ipse prius non fecerit, & opere com- pleuerit. Aliud quoque non minus miraculum per eum operatus est Dominus in eodem loco, quod pretereundum non est. Princeps namque illius castelli nomine Nerua, cōsanguineus erat Neronis Imperatoris. Contigit autem vt filius suffocatus fuisset à diabolo, qui & mortuus est. Venientes igitur parentes adolescentis, pater scilicet, mater & omnes qui aderant, proiece- runt se ad pedes beati Marcialis, cum lacrymis dicentes, homo Dei adiua nos. Corpus autem adolescentis proiecerunt ante eum, cum plan- ctu, & magno eiulatu omnium. Condolens ita- que vir sanctus lacrymis populi, flebat & ip- se cum discipulis suis. Et cum ad hoc spectacu- lum plurimi conuenirent populi, beatus Mar- cialis loquutus est. Omnes nos tam Christiani, quàm etiam Pagani deprececur Dominum, vt resuscitare eum dignetur. Ipse verò, & discipu- pli eius, & pauci Christiani qui ibi aderant, Dominum exorabant, vt eum resuscitari iube- ret. Sicque beatus Marcialis Dominum cœpit exorare dicens: Deprecor te Domine sic tibi per vnicum filium tuum, & per Petrum, cuius iussa ad istam longinquam deueni regionem, vt re- suscites hunc adolescentem, vt isto resuscitato multi per me in te credant. Tunc cum fiducia tenens manum eius dixit. In nomine Domini nostri Iesu Christi, quem Iudei crucifixerunt, &

Filius Ner- ua cōsangu- nei Neronis Imperatoris à dæmonio suffocatus exciatur.

Communis oratio.

Oratio S. Marcialis.

*Exurgit
mortuus.**Baptizari
posulat.**Narratio
eius qui mor-
tuus fuerat.**Inferni de-
scriptio.**Conuertitur
populus.**Marcialis
prodit ad po-
pulum.*

tertia die resurrexerit à mortuis, surge, & sta supra pedes tuos, & dic populo quæ vidisti in inferno. Qui statim surrexit, atque ad pedes beati viri se proiciens, cœpit clamare, dicens: Baptiza me homo Dei, & consigna me signo fidei per quod saluus esse valeam, quia nemo aliter esse potest saluus, nisi fuerit baptizatus. Et adiecit dicens: Duo angeli ad me venerunt cum magno impetu, dicentes quod precibus sancti Marcialis suscitandus essem. Infernus nullam habet mensuram, ibi est fletus & amaritudo, ibi sunt tenebræ, mugitus & planctus, ac tristitia magna, frigus & ignis, magnus & horribilis nunquam deficiens, morsus serpentum, & fretor intollerabilis, & putredo atque miseria & vermis, qui nunquam moritur. Ibi sunt carcerarij infernales, qui animas quas rapiunt diuersis flagellis cruciant. Cùmque hæc & his similia diceret, cunctus populus clamare cœpit. Non est alius Deus, nisi quæ prædicat iste homo Dei. Baptizati sunt autem in eodem castello, hominum vtriusque sexus tria milia sexcenti. Multa quoque munera beato viro obtulerunt, quæ omnia iussit dari pauperibus: post hæc abiit ad Sacellum Idolorum, & confregit sculprilia simulachrorum, & in nihilum redegit. Deinde omnibus feliciter peractis, venit cum suis discipulis beatus Marcialis ad Ergedium vicum in quo pagani multa sculprilia idolorum colebant diaboli errore decepti: In quem ingressus, cœ-

pit prædicare Euangelium, dicens. Nemo potest intrare in regnum Dei, nisi renatus fuerit ex aqua & Spiritu Sancto, in remissionem peccatorum. Cumque hæc & his similia prædicaret, aduenientes Sacerdotes idolorum, percutiebant grauitur beatum Marcialem, & eos qui cum ipso erant. Vir autem Domini cum discipulis suis benedicebat Dominum, quia pro nomine eius digni essent talia pati. Recordatus est enim sanctus Marcialis admonitionis Domini, & beati Petri Apostoli qui dixerat ei. Si quis te percusserit in dexteram maxillam, præbe illi & aliam. Et si tibi gladiator occurrerit colla submittas. Cùmque grauitur caderentur, beatissimus Marcialis sic orabat expansis manibus ad Dominum: Tu es refugium nostrum Domine à tribulatione quæ circumdedit nos, erue nos à persequentibus nos. Confestim itaque hij qui eos percutiebant cæci facti sunt, trahentesque se manu ad manum venerunt ad idolum Mercurij. Et cum secundum morem illud consulerent nullum dedit responsum, ideo quod ab Angelo Dei religatus esset igneis cathenis. Exeuntes autem ad aliud idolum quod erat in honore Iouis in alio loco, dixerunt ei. Deus noster iratus est nobis, vnde nec vult dare nobis responsum. Et ide venimus ad te, vt indices nobis quid facere debeamus. Quibus ille respondit, Deus vester non potest vobis dare responsum, quia ab Angelis Dei religatus est igneis cathenis ex ea ho-

*Percutitur
B. Marcialis
à templi Sa-
cerdotibus.**Sacerdotes
idolorum cæci
sunt.**Idolum ob-
mutescit.**Fatetur da-
mon vel iniu-
tus qua ad
Dei sunt
gloriam.*

ra qua ibi seruus Dei Marcialis ingressus est, & à vobis iniuriatus est. Tunc venerunt Sacerdotes qui percutiendo beatum Marcialem cæci fuerant facti, proieceruntque se ad pedes Sanctorum, pœnitentiam postulâtes. Sanctus namque vir restituens eis visum, iussit eos venire ad statuam Iouis cum omni populo, vbi coram omnibus dixit. Adiuuro te dæmon inique, qui in hac statua habitas, per Dominum Iesum Christum vt excas de illa, & corâ omni populo eam confringas. Qui iussa perficiens eam confregit, & facta est quasi puluis. Baptizati sunt autem in eodem vico in nomine Domini hominum vtriusque sexus duo milia sexcēti, & iubente Dei famulo omnia sculptilia dæmonum contracta sunt, quæ erât in eodem loco. Audiens hoc miraculum paralyticus quidam qui iacebat in grabato, deferri se fecit ad hominē Dei. Erat enim ex magno genere hominum, & multum diues auri & argenti & possessionum. Cumque preces ante eum funderet, tenens manum eius, & facta oratione cū omnibus qui ibidem aderant, dixit. In nomine Domini nostri Iesu Christi quē Iudæi crucifixerūt, sta supra pedes tuos. Qui statim sanus factus est & glorificabat Deum. Obtulit etiam beato viro munera, quæ ipse noluit accipere, sed omnia pauperibus iussit dare. Commorante autem beato Marciale in eodem loco apparuit ei dominus in visu, & dixit ei. Ne timeas descendere ad urbem Lemouicum, quia

*Penitentia
Sacerdotum.*

*Adiuuratur
dæmon.*

*Confringit
dæmo statuā.*

*Magna mul-
titudine bap-
tizatur.*

*Paralyticus
à B. Mar-
ciali sanatur.*

*Marcialis
munera ve-
nuit accipere.*

*Apparuit
Dominus
Marciali.*

ibi te glorificabo, & semper ero tecum. Tunc Apostolus Domini conuocare fecit omnes qui fuerant baptizati, & indicauit eis quid Dominus dixerat ei. Et commendans eos Domino, cum discipulis suis perrexit ad urbem. Ingressi itaque ciuitatē, recepti sunt in hospitium à nobilissima matrona nomine Susanna. Sequenti verò die cœpit beatus Marcialis publicè prædicare Dominum. In domo autē Susannæ erat homo freneticus multis cathenis constrictus, quem nemo audebat soluere. Audiens autem beata Susanna multa signa, & innumerabilia miracula per beatum virum fieri, deprecata est eum, vt istum quoque sicut alios sanaret infirmum. Tunc ipse dixit ad eam: Si credideris, videbis gloriam Dei: & facto signo crucis super eum contracta est cathena, & saluus factus est homo. Quod videns venerabilis Susanna, proci-dit ad pedes eius, postulans vt baptizaretur. Tunc sanctus Marcialis baptizauit eā cum vnica filia sua Valeria, & orâte pro eis Dominum, repletę sunt ambę Spiritu sancto. Baptizati sunt autē omnes qui in domo eius erât, tam ingenui quàm vernaculi numero sexcēti. Postea deniq; perrexit cum discipulis suis ad theatrum prædicare Euāgelium regni Dei. Quod pōtiffices idolorum indigne ferentes, graui-ter eos flagellis cæcos miserunt in carcerem. Sequenti verò die circa horam diei tertiam, orauit beatus Marcialis ad Dominum, dicens: Dōmine Iesu Chri-

*Marcialis
Lemouicum
ingressus, à
Susanna no-
bili matrona
in hospitium
excipitur.*

*Valeria Su-
sannæ filia
vnica.*

*Freneticus è
domo Susan-
næ, ad san-
ctum Mar-
cialem addu-
ctus demonio
liberatur. fa-
cto super eum
crucis signo.*

*Susannæ cum
filia sua Va-
leria bap-
tizatur.*

*In Thea-
trum Mar-
cialis prædi-
catur.*

*Leditur
Marcialis
cum suis à
Pōtifficibus.*

ste lux indeficiens, da nobis lumen quod luceat nobiscum in æternum, ne gaudeant filij tenebrarum, qui nos in obscurissimo carcere propter nomen tuum retrulerunt. Cùmque hæc dixisset, continuo lux magna refulsit in carcere, quasi si adesset ibi splendor solis, & cunctorum cathenæ contractæ sunt, & ostia aperta sunt, & omnes qui ibidem aderant, proiecerunt se ad pedes beati viri, roganter ut baptizarentur. Terræ motus etiam factus est magnus in ciuitate, & fulgura & tonitrua sonuerunt, ita ut omnes Pagani fugerent ad templa idolorum, ibidem se saluare cupientes. Nam Pontifices idolorum, qui percusserant seruos Dei, ictu fulguris necati sunt. Condoluerat enim Dominus impunita lilia seruos suos pati. Tunc omnes unanimitè terrore percussi, perrexerunt ad carcerem, & educentes inde sanctos Dei, prouoluti sunt ad pedes sancti Marcialis, & clamabant, dicentes: Si istos suscitaueris, sanctissime pater, qui mortui sunt, in nomine Dei tui, omnes pariter credemus in eum. Beatus ergo Marcialis expansis manibus in cælum, dixit: Domine, qui dixisti nobis: Si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis huic monti: transi hinc, & transibit. Fides nostra talis est, ut iubeas eos resuscitari, per manus angelorum tuorum. Hæc dicens perrexit ad corpora mortuorum, & ait: In nomine Domini nostri Iesu Christi, quem Iudæi crucifixerunt, & tertia die resurrexit à mortuis, Surgite, & dicite populo quid

quid illi expediat agere. Tunc surgentes, prouoluti sunt ad pedes sanctorum, dicentes: Peccauimus in vos, nescientes quid agere deberemus. Hoc videntes omnes populi, cum Pontificibus templorum Aureliano scilicet, & Andrea, qui fuerant resuscitati vna voce cœperunt clamare, & dicere. Non est alius Deus in cælo & in terra, nisi quem prædicat iste homo Dei. Sequenti verò die iussit discipulus Domini couenire omnem populum à minimo vsque ad maximam, & baptizauit eos in nomine patris & filij & spiritus sancti, in remissionem peccatorum, numero viginti duo milia. Deinde cum omni populo venit ad templum idolorum, in quo erat statua Iouis, Mercurij, Dianæ, & Veneris. Confractisque idolis, dedicauit ibi Ecclesiam in honore sancti Stephani prothomartyris. Beata autem Susanna derelinquens hoc ærumnale seculum, suscepta ab Angelis feliciter migravit ad Christum. Sepultra verò est, ac condita aromatibus à beato Marciale, cum magna veneratione. Multa etiam dona, & innumera beneficia contulit beato viro, auri videlicet & argenti possessionis vinearum, ac terræ copiam. Seruorum etiam dedit multitudinem, ut quâdo ipse vir Domini ab hoc sæculo ad Christum esset transiturus, in loco sepulturæ eius, ipsi pro posse digna exhiberent seruitia. Post cuius discessum beatissima filia illius Valeria abiens ad sanctum Marcialem, voto se constringens, Domino promisit se per-

Aurelianus huius author historia vnus erat ex Pontificibus, quos Marcialis à mortuis excitauit. Testimonium reddunt Pontifices doctrinae Marcialis.

22. milia hominum baptizauit.

Ecclesia in honorem S. Stephani dedicata. Susanna mors.

Sepultura honoranda. Reditus et patrimonium collata Ecclesie.

Votum virginitatis emittitur à Valeria.

Incarceratus luce diuina illustratur.

Eripiuntur beneficio diuino vinciti. Terræ motus & fulgura.

Pontifices fulgure perimuntur.

Adcurrit populus ad S. Marcialem.

Excitantur Pontifices.

mansuram virginem. Quod votum implere gestiens quotidie ad prædicationem beati viri pergebat, & verba salutis audiens, vt bona terra retinebat, & centuplicatum fructum ex se Domino reddebat. Erat enim repleta Spiritu sancto, permanens die ac nocte in orationibus, in vigiliis, in ieiuniis, & in omnibus bonis se probabilem Deo exhibebat, vt corde & corpore virgo permaneret. Audiens autem quod sponsus suus Stephanus veniret ad urbem Lemouicū, & sciens grauitur eum ferre quod votum Domino fecerat se virginem permanens, omnes diuitias suas cœpit pauperibus erogare, audierat enim prædicantem sanctum virum & dicentem, quod dominus noster Iesus Christus, cum quidam iuuenis eum interrogaret, quid faciendo vitam æternam possideret, Respondit illi, Præcepta nostri, Non occides, nō furaberis, non falsum testimonium dices: & illo respondente, Hæc omnia se custodisse à iuuentute sua: dixisse illi Dominum quod si vellet perfectus esse, omnia quæ habebat vendens distribueret & daret pauperibus, & acquirens thesaurum in cœlo sequeretur eum. Quam prædicationem gloriosissima virgo Valeria audiens, & ad illam perfectionem peruenire desiderans, ad quam contemnens iuuenis venire distulerat, omnia quæcumque præcipua in thesauris habere potuit, aurum videlicet & argentum, ac multiplicia vestimentorum lapidésque preciosos pauperibus distribuit pos-

Officium pueræ virginis.

Stephanus dux sponsus Valeria Lemouicū ap-pulit.

Valeria bona sua pauperibus erogat.

Luc. 9.

Superogationis opera.

fessiones enim & mancipia, ac vernaculos iamdudum cum venerabili matre sancto Marciali concefferat, vt post eius discessum, inibi sancta illius tumularentur membra. Quæ postquam gesta sunt, Ingrediens Stephanus denominata virginis sponsus, & dux, tenens principatum à fluuio Rhodani vsque ad mare Oceanum, Vascorum atque Gothorum gentem regendi habens potestatem vsque ad montes Pyrenæos, Lemouicam ciuitatem sponsam suam denominatam ad se venire præcepit. Ex cuius colloquio ac multorum testimonio, cum didicisset ac pro certo probasset non eam sociandam sibi coniugio, frendens nimis, non eam diutius passus est secum confabulari: sed furore repletus, extra ciuitatis ductum, capitalem iussit subire sententiam. Cùmque duceretur ad decollationem, dixit ad tyrannum: Stulte, hac nocte morieris, ea quæ præparasti cuius erunt? Expansisque manibus in cœlum, sic orauit: Domine tibi commendo animam meam: propter hoc enim pergo ad decollationem, quia dilexi te. Circunda famulam tuam Domine gloria tua, & mitte in auxilium meum multitudinē angelorum tuorum, ne valeat appropinquare diabolus animæ famulæ, egredienti de corpore, propter hoc etenim non nupsi terreno sponso, ne tuis nuptiis seclusa, ac tuo thalamo priuata, fidem professionis tuæ amitterem. Idcirco igitur ducor ad decollationem, quia malo mori, quàm à tua fide

Stephanus dux ad se Valeriā vocat.

Morti adiudicatur Valeria.

Propheta Valeria.

Oratio beatæ Valeriæ.

*Vox è caelis
audita.*

separari. Hæc ea dicente, audita est vox de sursum, dicens: Noli timere Valeria, quia te expectant angeli, vt te recipiant in claritate quæ nullo sine clauditur. Ad hanc vocem læra effecta est gloriosa virgo, & eleuatis oculis in cælum, dixit: Domine in manus tuas commendo spiritum meum. Hæc effata, vltro collum extendens vno ictu lanistæ truncata est. Cuius animâ mox de corpore egressam, fulgidam instar solis, viderunt omnes tam Christiani quàm Pagani, cum hymnidico concentu angelorum, & igneo globo deferri in cælum. Psallentibus interim angelorum choris, & dicentibus: Beata es Valeria martyr Christi, quia custodisti mandata Domini, in eis iugiter permanens in conspectu eius, in splendore lucis quæ terminum non nouit.

*Decollatur
B. Valeria.*

*Videtur anima
Valerie
efferrî.*

*Armiger mar-
rat hæc Ste-
phano.*

Hoc videns & audiens armiger Stephani, qui eâ decollauerat, cum summa festinatione pergens ad dominum suum ducem Stephanû, exposuit ei omnia quæ viderat, quæque audierat. Et dicta complens, ad vltimum sententiam replicauit qua beata virgo pergens ad decollationem illi dixerat: scilicet quod ipsa nocte moreretur. Quod dictum, statim vt protulit, ab angelo percussus cecidit ad pedes ducis, & mortuus est. Timor autem & tremor virginis inuasit eum, & cunctum eius exercitum: & indutus cilicio rogabat ad se venire beatum Marcialem. Qui cum in præsentia eius venisset, prosterbens se ad pedes eius, cum magno fletu cœpit dicere

*Moritur in
momento ar-
miger.*

*Stephani du-
cis peniten-
tia.*

ad eum. Peccaui, ô vir sanctissime fundens sanguinem iustum, sed precor te vt resuscites armigerum meum, & me facias credere in Deum tuum. Ad quem ipse dixit: Si ex toto corde credideris, Dominus resuscitabit eum. Tunc vocâs ad se omnem populum Christianum, taliter eos alloquitur: Omnes pariter deprecemur Dominum, vt iubeat resuscitari hunc hominem. Et facto silentio, dixit: Domine Deus omnipotês, qui ante mundi constitutionem fuisti cum Patre & Spiritu sancto, & venisti in mundum vt homines qui erant in tenebris, venirent ad lumen veritatis, deprecamur magnam clemenciam tuam, vt resuscites hunc hominem, quatenus omnes gentes te cognoscant, & nomen tuum in omnes homines manifestetur. Cùmque hæc dixisset, abiit ad corpus, & tenens manum eius, dixit: Resuscitet te Deus omnipotens, quem Iudæi crucifixerunt, & tertia die resurrexit à mortuis. In nomine ipsius sta supra pedes tuos. Qui illico surgens prouolutus pedibus eius, dixit: Peccaui, ô Sancte Dei, occidens sanguinem iustum. Sed da mihi obsecro baptismum pœnitentiæ. Stephanus etiam dux videns hoc signum, procidit ad pedes eius deprecans indulgenciam, & remissionem pro commisso facinore. Vir autem Dei indicens ei pœnitentiam pro interfectione virginis ac martyris, baptizauit eum & omnes comites eius ac duces, cunctumq; exercitum eius, & omnê populum vtriusque sexus

*Armiger
Stephanus
excitatur.*

*Oratio san-
cti Marcia-
lis.*

*Imperat san-
ctus Marcia-
lis mortuo.*

*Excitatus
Armiger
fatur peccatum suum.*

*Stephanus
dux cû omni
suo comitatu
baptizatur.*

Stephanus bona confert ad Basilicas construendas. numero quindecim milia. Præfatus verò dux multa numerata dedit homini Dei, vt fabricaret exinde ecclesias in honorem Domini, prædicia etiam ingentia, & non parua beneficia, cum vineis & vernaculis, quantumcunque habebat in prouincia Lemouicēsi ipsi sanctissimo viro tradidit, vt faceret exinde nobilitatem Ecclesiarū, quas esset fabricaturus, & suppleret omnem indigentiam clericorum, qui in eis Deo essent seruituri. Post hæc iussit hospitale pauperum fieri præfatus dux, in quo omni die iusticiuit trecētos pauperes alendos, in cleemofyna beatae martyris & virginis Valeriæ. Aliud quoque instituit hospitale pauperū pro se & beato viro Marciali, in quo decreuit omni die pauperū colligi turbam. ac relictæ numero sexcentorū. Deprecatus est etiam dux beatū Marcialē, vt post egressionem animæ eius de corpore tumulus sepulturæ illius iuxta sepulchrum beati viri poneretur: super sepulchrum verò gloriose virginis & martyris Valeriæ præceptoris iussit fabricari Ecclesiam, & etiā postmodum multa dona cōtulit ad ornādādam ipsam domū. Interea verò Imperator primo anno imperij sui mittēs literas per Vercenarios ad Stephanum principē Galliarū, iussit vt pergeret Italiā cum quatuor legionibus præliatorum ad seruiendum sibi sex mēsisibus. Sicq; præcepit vt pergerēt ditati facultatibus, vt nullus aliquo indigeret aut raperet, taliter quod sanxiens preposuit decretum, vt si quis aliquid

raperet capitale subiret sententiā. Dux autem Stephanus congregato exercitu, cum tali constitutione, secundum quod ei fuerat imperatum, Italiā perrexit, & cum seruitium Imperatoris peregisset, accepta licentia remeandi, dixit ad cunctum exercitū suum. Omnes pariter Romam pergamus ad Beatum Petrum Principem Apostolorum, sicut iussit nobis præceptor noster Marcialis, postulantes benedictionem nobis tribui, simulque vt remissionem peccatorū ab ipso valeamus consequi. Cunctus autem exercitus eius à beato Marziale fuerat baptizatus, & placuit hic sermo omnibus. Ingredientes verò Romam inuenerunt Apostolum, in loco qui dicitur Vaticanus, docentem multas populorum turmas. Quem videntes Dux, & omnis eius exercitus, cum magna humilitate, discalciatis pedibus & in cilicio proiecerūt sed ad pedes eius. Tunc beatus Petrus videns tam præclaram generationem, dixit. Vnde huc aduenistis? respondens dux dixit. De prouinciis Galliarum huc aduenimus, simulque verbo fidei à Beato Marziale illuminati. Apostolus ait. Quomodo estis illuminati? Dux dixit, verbo Euangelij Dei sumus edocti, & in remissionem peccatorū baptizati. Quo audito bis Petrus gratias agens, benedixit Dominum dicens. Sis domine deprecor eius adiutor & consolator, quia propter nomen tuum abiit in regionem lōginquam, & à te missus obediūt missioni tuæ, & est in magna tribu-

Stephanus dux ad beatū Petrum qui tum Romæ erat cum suis perrexit vt benedictionē acciperet.

Qua humilitate ad summum Pontificem accedendum.

S. Petrus qui sint examinat.

latione. Propter nomen tuum ferro fuit confri-
ctus, & in carcerem missus, insuper est flagellis
grauiter cæsus. Da ei Domine benedictionem
& gratiam tuam, quæ permaneat cum eo in sem-
piternum. Tunc cõuersus ad ducem, interroga-
uit eum dicens: Qualiter conuersaretur apud
eos ille sanctissimus vir. Respondens ei Dux:
Multos mortuos apud nos in nomine Domini
refuscitauit, & quicquid à Deo postulat, celeri-
ter consequitur. Hęc dicens Stephanus prostra-
uit se in terram ante pedes beati Petri Apostoli,
postulans indulgentiam & absolutionem pro
beatę Valerię virginis interfectione. Tunc bea-
tus Apostolus intuens in eum, & cernens fon-
tem lacrymarum, ac humilem vultum, absol-
uit eum à vinculis delictorum. Post absolutio-
nem verò obtulit dux beato Petro apostolo au-
ri libras ducetas, quas à Nerone Imperatore do-
no acceperat. Beatus verò Petrus præcepit du-
ci, vt memoratum aurum sancto Marciali defer-
ret, quatenus exinde Ecclesias per Galliam con-
struere deberet, vel etiam pauperibus erogaret.
Accepta autē benedictione dux Stephanus à B.
Petro cum omni exercitu ad propria remeauit.
Cumque prouincias Galliarum ingrederetur,
sic alloquutus est omnem exercitum suum. Au-
dite me comites & cõmitones, & omnes exer-
citus qui mecum estis. Nullus nostrum ad pro-
pria debet reuerti, quousque veniamus omnes
ad patrem beatum Marcialem, quia eius inter-

*Stephanus
gesta S. Mar-
cial. narrat.*

*Absolutionē
postulat Ste-
phanus à B.
Actro pro ne-
ce S. Valeria*

*Remittitur
pecunia ad
S. Marcial.*

cessione dedit nobis Dominus prosperum iter.
Hęc dicēs cœpti itineris carpebat viam. Et cum
iter facerent, contigit vt deuenirent ad quod-
dam regale palatium vocabulo logenciacum.
Fixerunt autem tentoria & papiliones omnes
principes & comites, è diuersis regionibus coa-
danati super Visennam fluuium. Estuantes au-
tem calore solis, ibant ad fluuium, ardorem pa-
riter sudorēque vitare cupientes. Inter quos
Hildebertus filius Arcadij Comitis Pictauie-
sis, veniens ad locum qui dicitur Garricus, à dia-
bulo suffocatus interiit. Cūque omnis exerci-
tus pergeret ad requirendum eum, nequaquam
repererunt. Tunc Arcadius pater eius cum om-
ni exercitu suo nimia acerbitate mœroris affe-
ctus, lacrymans venit ad beatum Marcialem
cum magna humilitatis reuerentia. Morabatur
tūc temporis beatus Marcialis Lemouicas præ-
dicans assiduē verbum Dei omnibus qui ex di-
uersis partibus & regionibus confluebant, ver-
ba salutis audire cupientes. Conuenerant tunc
ad eum multæ turbæ Gothorum & Vasconum,
cum Archadius comes pro filio rogaturus ad-
uenerat, cupientes ab eo baptizari, ac sacramen-
tis veræ fidei participes fieri. Beatus verò Mar-
cialis videns Archadium scissa veste venientem
ad se, dixit ei: Fili Archadi noli lugere, & noli
flectere, quoniã anima filij tui ab Angelo sancto est
recepta. Cūque Archadius & omnis exercitus
proieissent se ad pedes hominis Dei, cum ma-

*Hildebertus
filius Arcadij
comitis Pi-
ctauiensis à
dæmone suf-
focatur.*

*Turba mul-
ta exterorum
ad B. Mar-
cialem con-
fluebat.*

*Marcial. no-
uit absentia.*

gno fletu. cœpit & ipse flere. Omnes enim cum Archadio depræcati sunt famulum Dei, ut pergeret ad locum ubi adolescens fuerat captus, ac detinebatur in fluuiomersus. Tunc cum omni populo Discipulus Domini perrexit ad locum disalcariis pedibus, & indutus cilicio. Orantibus verò omnibus, dixit beatus Marcialis. Adiuro vos dæmones nequissimi qui in hac fouea latitatis, ad decipiendum genus humanum, ut corpus adolescentis, quem iniqua præsumptione occidistis ad ripam istius fluminis, proiciatis taliter quod appareatis, ut vos videre possint omne qui huc conuenerunt populi. Cum hæc dixisset proiectum est corpus ad ripam fluminis, quasi sex stadia in longum. Visi sunt autem dæmones in porcorum similitudine. Tunc omnis populus deprecatus est sanctum virum, ut iuberet exire dæmones de flumine, atque apparere in ea forma qua eos videre possent. Et beatus Marcialis sic loquutus est. Vobis præcipio angeli Sathanæ, qui profundiora huius gurgitis renetis loca, ut in conspectu istius populi tali forma veniatis, qua vos cunctus populus videre possit. Ad hanc vocem statim dæmones cum magno impetu ante pedes eius venerunt. Erant autem quasi Æthiopes nigriores fulgine, pedes eorum magni, oculi terribiles & cruenti, capilli totum tegebant corpus, atque per os eorum & nares sulphureus emanabat ignis, loquentes verò coruina imitari videbantur vocem cathenas igneas

*Adiuratur
dæmones.*

*Corpus red-
ditur à dæ-
monibus.*

*Rursum
Marcialis ad
dæmones.*

*Forma hor-
renda demon-
um.*

in manibus portantes. Quibus dixit beatus Marcialis: Dicite in conspectu omnium quibus nuncupemini vocabulis. Vnus ex ipsis dixit: Ego vos *Nomina dæ-
monum.* cor Milleartifex. Apostolus dixit: Quare ergo tu vocaris Milleartifex? Dæmon respondit, quia mille habeo artes ad decipiendum genus humanum. Tunc vocauit alium, & dixit ei: Tu verò quo nomine vocaris? Dæmon respondit, Neptunus. Quare, inquit, tu vocaris Neptunus? Dæmon respondit, Quoniam in hac fouea multos præcipitavi homines, & demersi in infernalibus pœnis. Sanctus Marcialis dixit, ut quid gestatis cathenas igneas in manibus vestris, quoniam quædo animas hominum decipimus, cum his cathenis ducimus ad magistrum nostrum. Sanctus Marcialis dixit, Quomodo cœsetur magister vester? Dæmones dixerunt, Rixouldus. Apostolus dixit, Quare vocatus est Rixouldus? Dæmones dixerunt, quia semper rixam desiderat, & cum ira & indignatione permanet. Tunc deprecari sunt virum Dei dæmones, dicentes: Deprecamur te Domine, ne ultra loquaris nobiscum Latino sermone, sed Hebraica lingua, *Marcialis
omnem lin-
guam nouerat.* aut qualicumque volueris, quia tu omnes linguas scis & intelligis. Sed in hoc deprecamur tuam clementiam, Ne nos mittas in abyssum, vel in mare Oceanum. Tunc sanctus Marcialis Hebraica lingua dixit, Adiuro vos per Dominum nostrum Iesum Christum, quæ Iudæi crucifixerunt, ut eatis in locum desertum, ubi neque auis *Eiiciuntur
dæmones.*

volat, nec habitatio hominum est, & ibi sitis usque in diem iudicij, nullam lædentes creaturam. Ad hanc vocem, per mare volantes nusquã comparuerunt dæmones. Dux autem & omne vulgus, cunctusque exercitus ex diuersis prouincijs coadunatus, atque ad hoc spectaculum congregatus, proiecerunt se ad pedes hominis Dei. Rogantes cum lacrymis, vt animam quam nequissimi hostes subdole à corpore exire cõegerant, reuerti in corpus proprium iuberet, ne antiquus hostis in hoc insultans gauderet. Beatissimus autem Marcialis commotus lacrymis populorum dixit. Omnes pariter deprecemur Dominum, vt animam, quam à corpore exire iussit, reuerti in pristinum faciat habitaculum: & tenens manum eius, dixit: Hildeberte, in nomine domini nostri Iesu Christi surge. Qui statim surrexit, & omnibus Deum glorificantibus viuus apparuit. Hoc cernens duo & omnis populus, cõeperunt glorificare Dominum in id quod factum fuerat, benedicentes nomini eius qui se colentibus omnia tribuit, & nullum vacuum sui esse permittit. Post hæc vocauit beatus Marcialis Hildebertum qui fuerat resuscitatus, & dixit ei: Dic nobis quomodo à dæmonibus captus fuisti? Respondit: Cum fatigatus ardore Solis, ex sudore corpus meum abluerem, continuò dæmones in foueam præcipitantes suffocauerunt me. Cùmq; cathenis igneis me cogere voluissent, cõtinuò astans angelus Domini, ab-

Rogat populus Marcialem vt mortuū excitet.

Hildebertus excitatur.

Narrat Hildebertus quare uiderit.

straxit me de eorum manibus, dicens: Non adhuc erit iste in uestra potentia. Cùmque ad Orientem pergere cõpissimus, duo cunei dæmonum contra nos uenientes, vnus antè nos pergebat, & alius retro sagittas igneas iaciebat. At ego cum tremore perterritus fuisssem, dixit mihi angelus: Ne timeas, quia Dominus defensor est tuus, & ipse me in adiutorium tuum uenire fecit. Hæc dicens angelus sonora uoce, ac dulci modulatione cõpit Domino canere, dicēs: Benedic anima mea Domino, & omnia quæ intra me sunt nomini sancto eius. Qui propiciatur omnibus iniquitatibus tuis: & redemit de inferno vitam tuam. Ista canendo peruenimus ad igne purgatorium, & cõpi intra memetipsum cogitare ipsum esse infernum, quæ te pertimescendum omnibus, ô sanctissime pastor, audieram prædicare. Hæc mihi reuoluenti respondit subito angelus: Nequaquam iste est vt putas infernus, sed est ignis purgatorius. Noueris pro certò, quòd omnes postquàm ad perpetrãdum facinus post ea reuertuntur: Et conuersi denuò per eleemosynarum largitatem, & lacrymarum flumen, denuò baptizati pœnitentiam egerunt pro commissis facinoribus, sola gratuita miseratione Dei liberati: non suo meritò salui facti sunt, sed ipsius qui uult omnes homines saluos fieri, & neminem ex omnibus quos redemit, à proprio separari ouili abstracti ab infernali igne, mundantur in hoc quem uides purgatorio

Purgatorius ignis.

igne. Ante baptismum diuersis criminibus implicari meruisti, & lubricus ac vanus extitisti: Sed postquam ablutus sacro fonte baptismatis à sancto Marciale Apostolo fuisti, non valde criminalibus peccatis implicatus fuisti, sed crapula & verbis otiosis nimium deditus isto vereberis igne purgari? Subiunxit quoque adolescens, exponens qualis esset purgatorius ignis. Iste purgatorius ignis fluminis est, & pons superpositus, in quo me ducens angelus Domini: ac statuens illuc apprehensa manu mea dixit. Hic stabis quousque ab omnibus peccatis emundatus, cœlestis regni merearis esse particeps. His expletis ad portam venimus paradisi, iuxta quam etiam multitudinē reperimus dæmonum congregatam: Tunc dixerunt ad angelum ductorē nostri itineris: Si Dominus iustus iudex est, hic homo noster erit. Quia cuius opera facit, eius dignus est filius appellari. Cūque hæc dicerent, audita est vox de cœlis, dicens: Reuertatur anima pueri eius in viscera eius, & viuat annos viginti & sex. Tunc ad angelum qui me ducebat dixi: Obsecro Domine, nolo reuerti ad sæculum, quod scio valde labile, ne pro fragilitatis meæ conuersatione, tam leuiter queam huc redire. Dixitque mihi angelus: Non erit vt tu vis, sed sicut ille iubet qui orbem totum solo continens pugillo regit, & statum tuum æquo libramine pensans gubernat. Angelus autem Domini, qui me ducebat, incredibilis erat pulchri-

Hæc caute.

*Hæc forsas
per similitu-
dinem dicta
sunt.*

rudinis, & humanam excedens naturam aspectu suæ visionis. Et ego dixi ad illum, indica mihi quæso Domine, quod meritum beatissimus doctor noster Marcialis obtineat in cœlo. Respon- dens dixit mihi. Magnum in cœlo possidet meritum, quia postquam in iuuetute cœpit Domino seruire, & beato Perro adhærete, non est reuersus ad patriam domum, sed virgo permanens sine concupiscentia scæminarum est, & esse deliberat. Ideoque oportet vt sicut à concupiscentia carnali nescitur alienus, ita à dolore mortis fiat extraneus. Angeli enim sunt à Domino deputati duodecim, qui semper cum eo gradietes, non permittunt eum fatigari, non esurire, non sitire, sed ab omni malo eum seruantes, ab omni prorsus reddunt contagione doloris extraneum. Dixitque mihi iterum. Ego sum qui iussu Dei custodini Iob de diaboli tentationibus, & eruens ab omnibus calamitatibus heredem feci permittente Domino perennis vitæ repositionum. Rursūque dixit mihi. Tu reuertes ad corpus, sed caue ne ultra flagitiosus & lubricus existas, vt ante fuisti, & ne timeas hunc ignem quem pauloante valde formidasti. Non eas igitur post concupiscentias tuas, quia vidisti quantam seueritatem conati sunt dæmones exercere contra te. Deus autem iustus iudex, qui omnes cupiēs saluos fieri, & neminem vult ex his quos redemit à proprio segregari ouili, suam noluit perire animam, pro qua præ-

ciosum fuderat sanguinem. Hæc audiens Beatus Marcialis, & Stephanus dux, cum omni coadunato populo Dominum exorâtes, gratiarum ei laudes pro collatis beneficiis reddiderunt, eiusque nomen gloriosum quod est benedictum in secula glorificauerunt. Tunc venientes ad basilicam sanctæ sedis suæ, videlicet beati Stephani prothomartyris Christi Ecclesiâ: cum magna præcum melodia, obtulit beatissimus Marcialis sacrificium Deo, celebrans missarum solennia. Adolefcens verò qui fuerat resuscitatus totondit caput suum, promittens se nunquam recessurum à beato viro, sed semper ei in omni obsequela famulaturum. Tenuit namque monita Angeli sibi prædicta, & semper cum Dei famulo permansit, indefinenter illi adhærens, vinum non bibens, & carnem non comedens: indumentis pedum non est usus, sed solummodo pane & aqua fuit contentus in cibo, ac cilicino indumento. Erat enim deditus assiduis orationibus, in frequentioribus ieiuniis, ac in continuis bonorum operum exhibitionibus. O misericordia! & quæ à parentibus accipiebat pauperibus & indigentibus distribuens nihil sibi in crastinum referuabat. Arcadius pater eius copiosa dona contulit seruientibus Basilicæ sancti Stephani, & quibus supplementum haberent victus, & penuriam subleuarent vestitus. Per Hyldeberti verò exemplum multi propriis renunciantes voluntatibus, caduca fragilis se-

S. Marcialis missam celebrat.

Hyldebertus caput totondit

Absinentia à vino & carnibus.

Arcadius confert clero bona.

culi gaudia, soli Deo placere cupientes, à pristinis vitæ erroribus conuersi, ipsius se mancipatui committentes, inuis ad posteriora remeantes, conuertebantur cum ipso à Deum id solum cupientes quod permanens est, reiciêtes quod non esse habet permanēs. His itaque gestis, confestim beatissimo Marciale iubente misit Stephanus dux nuncios ad omnem terram Mauritanam, & ad omnes gentes Galliarum, quæ ditioni eius subiacebant, vt omnia idola ea, quæ colere videbantur Pagani minutim confringerent, ac igni cremarent, & soli Deo omnipotenti vacarent, ipsique deseruirent. Si quis autem hoc decretum contemnens violare præsumpsisset reum se maiestatis illius proculdubio dignosceret esse futurum. Accepta autem benedictione, ipse & omnis populus à gloriosissimo viro reuersi sunt, vnusquisque cum gaudio ad propria benedicentes Deū. Habebat enim iste dux, sicut iam diximus, principatum à fluuio Iordanis vsque ad mare Oceanum, possidens omnem ligerim regionem, omnemque Aquitaniam, seu Vasconum & Gothorum Gentes: Rex tamen non vocabatur, licet rex potentissimus Galliarum esset, quia nemo sibi alius propriè in Occidente hoc nomen tunc imponebat, nisi solum Romæ Nero, qui Romani Imperij principatum tenebat. Omnem itaque terram, quæ viri illius præceptioni suberat Dominum colere præcepit, ac omnia fama, & idolorum delubra igni

Stephanus ad omnes suæ ditionis provincias mittit edictum, quo & idola destrui, & Christianam fidem amplecti iubet.

Nullus olim rex Gallorū sed tantum princeps dicebatur cum Gallie Romano parerēt Imperio.

Abstinētia cremari iussit. Religionis præterea, sicut à ma-
à vino et car
nibus.

Eleemosyne
regula.

gistro didicerat insigne gerebat ornamentum,
quarta & sexta feria vinum non bibens, & car-
nem non comedens. De omnibus etiam sibi al-
latis delectabilibus alimentis nihil prorsus ore
contingebat, antequam decima eorum disparti-
retur. Erat enim deditus eleemosynis, & in om-
nibus vitæ æternæ pro posse anhelans religiosi
operibus. In iudicio sedens nullius personam pro-
munere accipiebat, sed semper pauperum & pe-
regrinorum, viduarum & orphanorū inopiam
solicitus releuare curabat, non immemor illius
sententiæ, quam idem beatus doctor eius sapif-
sime ei inculcare solebat, quam Psalmodographus
cecinit: Beati qui custodiunt iudicium & faciunt
iustitiam in omni tempore. Si quem autē Chri-
stianum vidisset aliquo indigentem, ex suis fa-
cultatibus ditatum, & ex arario publico remun-
neratum, alimenti & indumenti penuriā facie-
bat indigentem. Sacerdotibus & omnibus Dei
ministris sicut à magistro suo fuerat doctus, debi-
tam exhibebat reuerentiam, quatuor vicibus
scilicet, per quatuor anni tempora, omni anno
ad beatum pergens Marcialem cum omnibus
sibi subiectis populis. Tribusque diebus in ieiuniis
& orationibus in ecclesiis B. Stephani perma-
nens, salutis verba audiens, qui in cinere &
cilicio venire solitus erat, cum gaudio ad prop-
riam remeabat. Christo etiam quotidie sedulum
exhibebat officium, in eleemosynis & orationi-

Sacerdotibus
honor debi-
tus.

Pastori qua-
tuor annis vi-
cibus grex re-
cognoscendus.

Sanctorum
basilicæ qua
denotione vi-
strandæ.

Legant prin-
cipes quid in
eis relucere
debeat.

bus, & infidelium paganorum mentes diabolo
subtrahens, ad Christi reuocabat seruitium.
Erat enim prudentissimus ingenio, pater Chri-
stianorum ac ferocissimus persecutor pagano-
rum. Denique ex eo tempore quo sacri baptif-
matis meruit regenerationē, cum fœmina non
fuit pollutus, tenens castitatē mentis & corpo-
ris, vsque in diem obitus sui. Sed ista interim o-
mittentes, ad ea vnde paululum digressi sumus
reuertamur miraculorū signa, quæ Christi gra-
tia dignata est per beatissimum Marcialem, ip-
so in carne adhuc viuente operari. In Burde-
gala ciuitate erat quidam Comes nomine Sigi-
bertus, qui graui ter morbo paralyti torqueba-
tur. Audiens autem quod Stephanus dux omnia
templa idolorum per omnem Galliā præcepisset
subueri, & Ecclesias longè latè que Christo
Domino construi, vocauit ad se cōiugem suam
nomine Benedictam, & dixit ei: Cur non pergis
dulcissima coniux ad hominem Dei, cuius ora-
tionibus non solum omnia fugantur infirmita-
tum & dolorū genera, verum & ipsi mortui ab
inferis reuocati postea viuunt? Dij nostri non
possunt hoc facere, vnde audi consilium meum,
& accipe auri libras viginti quinque, aurū que
sufficiens, & perge ad eum, forsitan propitiabi-
tur mihi. Quod vt audiuit venerabilis Benedi-
cta, cū summa velocitate accipiens quæ sibi fue-
rant imperata, peruenire studuit ad hominem
Dei, & veniens in conspectu eius dixit. Scio do-

Castitas
Christianif-
mi confirmat-
ur.

Sigibertus co-
mes Burde-
galensis pa-
ralyticus à
S. Marciale
curatur.

Sigibertus
ad vxorē.

Mittitur
vxor Sigi-
berti cū mu-
neribus ad
S. Marcialē.

B. Marcial-
cordis etiam
absconditorū
cognitionem
habuit.

mine non tibi latere petitionem meam, quia ut audio conscientias hominum intelligis euidenter. Beatissimus Marcialis dixit ei: Scio certè petitionem tuam, quòd sex anni sunt quod paralyti laborat vir tuus. Benedicta dixit, ita est Domine ut tu afferis, nullius membrorū corporis potestaté habet, nisi solummodo linguæ. Vnde te, ô pastor bone cum fiducia expetij, sciens pro certo quòd omnes ab humanis corporibus depellis lāgores, ac mortuos sicut in nostra regione audiuius ab inferis reuocas ad superos, positis etiam & hunc virum meum à suorum sanare dolore membrorum. Quapropter deprecor te ne fides illius & mea frustretur, sed tuo iussu incolumitati restitutus, cum omni domo sua ad te perueniat sacri baptismatis vnda purificāndus. Tunc Apostolus cernēs sinceram fidei eius deuotionem, dixit ei. Quoniam hanc video esse fidem tuam & viri tui, pergens ad domum tuam pone baculum meum super virum tuum, & statim sanabitur. Aurum autem & argentum quod matrona Benedicta ei detulerat, accipere noluit: memor semper illius sententiæ quam Dominus ei sæpe dixerat: Gratis accepistis, gratis date. In ciuitate autem Burdegala colebātur diuersa idola dæmonum per diuersa templa paganorum. Erant enim ibi consecrata templa in honore Iouis, Mercurij, Dianæ & Veneris, & erat ibi templum Dei ignoti. Ignotū autem Dominū dicebant, & quando esset vêturus nescie-

Baculus
Marcialis
paralytico
impositus
eum sanat.

Munera re-
spuit S. Mar-
cialis.

Ignotus deus
colebatur à
Burdegalen-
sibus.

bant, hoc tamen sciebant quod regnum eius nō esset cessaturū, sed in secula seculorum perman- surum. Igitur summus sacerdos tēplorum, Pontificatum, tenens super cunctos sacerdotes idolorum in prædicta vrbe, vocabulo. Sigibertus cum ad cremēda thura ad templum venisset Iouis cum omni populo ciuitatis, locutus est ad eum dæmon. Scias quia egressuri sumus ab hac vrbe per quendam Hebræum hominem, vltra marinis partibus huc aduentatum, quia omnia nostra præcipientes destrui mœnia, vnum Dominum iubet coli, qui cælum & terram condidit. Pontifex dixit: Quis est ille Hebræus? Dæmon dixit, Marcialis vocatur. Pōtifex dixit ad Iouem, Ut quid vos eum timetis? Quos deos esse credimus. Dæmon respondit, quoniā amicus est Dei omnipotentis, & semper pergunt Angeli à Domino deputati duodecim ad sui custodiā. Postquam enim de Antiochia cum principe Apostolorum venit, vinum nō bibit nisi in holocaustū Domini: carnem non comedit, linum non induit, balneis non est vsus, verba otiosa aut risum mouentia non solum, sed nec audire cupit. Semper enim in ore eius laudes Dei omnipotentis resonant, & quidquid Deum suum postulat, absque nulla tarditate consequitur. Pontifex iterum dixit ad Iouem. Domina nostra benedicta cum magno gaudio ab ipso reuersa est in pace. Dæmon dixit. Non sit illa benedicta, sed semper maledicta. Pontifex dixit: Ergo cū omni po-

Sacerdos ido-
lorum Sigi-
bertus thura
adolere vo-
luit Ioui.
Dæmō cessu-
rum se vrbe
predicat.

Dæmō Mar-
cialē reuolat.

Cena domi-
ni etiam ho-
locaustum est

Dæmon pra-
dam suis ela-
psam mani-
bus indigna-
tur.

pulo ciuitatis iussus sum ei exire obuiã venienti. Appropinquante autem matrona Benedicta, ac ingrediente ciuitatem, perrexerunt contra eam seniores populi, & dixerunt ei omnia verba quæ à Ioue audierant. Tunc vocauit ad se venerabilis Benedicta primum idolorum Pontificem, præcepit ei vt pergeret per omnia templa, & minutatim ea confringeret, excepto templo Dei ignoti. Baptizata enim fuerat venerabilis Benedicta à Beatissimo Marciale, cum omnibus se comitantibus duobus milibus octingentis. Introiens autem ciuitatem conuocauit ad se cunctum exercitum Christianorum, & dixit eis. Obsecrum rogo, Dei clementiam, vt iuxta promissum electi sui Marcialis dominum meum incolamitati restituere dignetur. Hæc dicens peruenit ad lectum pius, & imposito super eum baculo Apostoli, quem ab ipso acceperat, membra quæ contractione aëruorum, ac vitiosa febrium compagine fuerant sauciata: exemplo efficiantur ac si nunquam fuissent propria virtute priuata. Tunc ipse præfatus comes Sigibertus, cum multo apparatu populi ab beatum peruenit Marcialem, ac ab ipso sacri baptismatis accipere meruit regenerationem, cum omnibus suis sequacibus copiosam precum & gratiarum actionem illi referens, pro collatis sibi diuinitus beneficiis. Multis postea feliciter vixit diebus permanens, in dei seruitio deuotus, ac monitis sibi saluberrimis cultor assidens assiduus.

Templa idolorum euertuntur, templo dei ignoti excepto.

2800. hominum baptizantur.

Benedicta uxor Sigiberti baculum S. Marcialis imponit paralyt. co, & sanat.

Sigibertus incolamitas à S. Marciale baptizatur.

Replacemus aliud miraculum per Dominum à beato Marciale in ciuitate Burdegala operatum. Cum exigentibus hominum insolentiis denominata ciuitas ignis incendio iam consummanda cremaretur, ac penè sui interitum arsuram minari videretur: Accipiens religiosa Benedicta baculum ad incolumitatem viri sui restituendam à sancto Apostolo accommodatum, contra ignem opposuit, & dixit: Deus Christianorum, quem prædicat beatus Marcialis, erue nos ab imminente periculo, & ostende tuam super nos clementiam, qui omnibus te credentibus antequam inuocareris promisisti te ad futurum. Ad hanc vocem virginis meriti Benedicta ita sopitum est incendium, vt vestigia ignis nullo modo appaterent. Dum hæc ageretur, admonitus est à Spiritu sancto beatus Marcialis pergerere super Garonã fluuium, in loco qui dicitur Mauricania, vbi multus vndique conueniebat populus, cupiens frequẽti exhortatione plenius instrui mysteriis fidei, cuius multiplici ostensione signorum, ac sæpissima miraculorum saluberrima vita æternæ iam olim acceperat rudimenta. Videns autem Apostolus multum populum Deo credere paratum, mansit ibi tribus mensibus. Erant præterea nouem dæmoniacy à parentibus ex Burdegala ciuitate cathenis constructi, atque illuc recuperandi deducti. Qui ante conspectum viri Dei venientes proiecti sunt in terram, & iacebant velut mortui. Expulerat

Aliud miraculum.

Baculus S. Marcialis ignem extinguit ei oppositus.

S. Marcialis per Garonã Mauricaniã appellat.

Nouem dæmoniacy à Burdegala ad S. Marcialem deducti curantur.

Demonum inuidia.

nempe obfessores eorum dæmones B. Marcialis à supradicta Burdegala ciuitate, ac propterea irati istos inuadentes, nimia in eorum cordibus grassabantur insania. Parentes autem illorum cum antè præsentia veri Dei, eos cathenis constrictos statuissent, cœperunt cum lacrymis rogare, vt pietatem quam omnibus impendere solitus est, illos quoque vexatos à dæmoniis curando non abnegaret. Tunc facta oratione cum omni populo, beatus Marcialis huiusmodi ad Dominum fudit oratione: Domine, qui dixisti nobis seruis tuis hoc in nullo alio posse eiici dæmonia, nisi in oratione & ieiunio, tuam immensam deprecamur clementiam, vt iussu potentie tuæ isti nephandi dæmones à corporibus tuorū pellantur plasmatum, & famuli tui incolumitati restituti, nomen sanctum tuum indefessa protinus laude benedicant. Ita enim iacebant examines facti, vt cunctus populus mortuos eos crederet. Ipse verò facta oratione, extēdens manus super eos dixit: In nomine Domini nostri Iesu Christi, quem Iudæi crucifixerūt præcipio vobis infœlicissimi dæmones, vt egrediamini à corporibus istorum hominum, nec in eis vllam vltius introeundi licetiam, sed nullam lædentes personam eatis in abyssum cruciandi vsque in diem iudicij. Ad vocem per ora eorū cum sanguine egressi nusquam cōparuerunt. Nec præmittendum aliud miraculum, quod in eadē ciuitate per beatum Marcialem Deum constat

S. Marcialis oratio.

Exorcismus.

Aliud miraculum.

operatum. Sigibertus comes Burdegalensis vrbis audiens beatissimum virum Mauricianę cōmorantem, ac copiosa hominum genera Christo quotidie suis exhortationibus acquirētem, cum magno militum exercitu, ac frequenti ciborum & potus apparatu, ad eum venire cupiebat: simul doctrina veræ fidei, siue institutionis quam olim ab eo didicerat recreari desiderans. Pergentes autem iussu illius ministri piscandi gratia intrauerunt mare cum nauibus, ac diuersis retibus multorum generum, congruis piscibus capiendis. Cūque multa secum deferētes piscium genera, optata cuperēt inuisere littora, subito tempestas exorta in mari, ipsis interim & nauibus cœpit minari naufragium. Longè quippe à terra positi, vix trecentorum stadiorū attigerant metam. Stabat autem omnis populus præfati comitis cum venerabili Benedicta, secus littus maris expectantes tam metuendum periculū, quod sibi cœlitus videbant immissum. Cūque iamq; mergi cœpissent homines cum nauibus, accipiens venerabilis Benedicta baculum Apostoli, quē pro thesauro precioso apud se reseruabat, prætendit illum cum manibus in cœlum, & exclamauit voce magna, dicēs: Deus Christianorum, Deus, quem à beato Marciale audiuius, libera seruiētes tibi de tam ingenti periculo mortis. Continuo diuinitatis sedata tempestate, cum omnibus piscibus, & nauibus, necnon retibus ad littus peruenerunt maris in-

Ministri Sigiberti è naufragij periculo emergunt, et eripiuntur. S. Marcialis baculo in altū eleuato, et prece susa.

Reseruatur baculus sancti Marcialis vt thesaurus.

columns. Quod videntes cuncti qui aderat congregati, cœperunt laudare Dominum, quod tam immensa feruis suis præstaret obsequia, & etiam ubi corporaliter non sunt tamen à fidelibus inuocati dicto citius exaudiuntur, atque deprecantium vota illi celeriter deferunt, cum quo viuunt & regnant in sæcula sæculorum. Post hæc beatus Marcialis à Mauritania reuersus, Lemouicum solum repedauit. Stephanus autem dux iusserat, vt supra dictum est, fabricari Ecclesiam super beatæ Valeriæ virginis sepulchrum, in qua etiam multa munera cōtulit, quæ in sequenti enumerabimus. Quam basilicā cum decentissime dedicandam consecrare in honore beati Stephani prothomartyris consanguinei voluisset, eodem modo quo & sedem suam dedicauerat, perrexit primū ad quendam vicum vocabulo Aufiacum, in quo erat idolum Iouis statutū, quod Pagani multum venerabantur. In quo loco iacebat multitudo magna languentium, ac diuersis oppressa infirmitatibus. At ubi peruenit sanctissimus Marcialis prædictum vicū cœperunt deprecari illum ipsius loci incolæ, vt ipsum idolum iuberet loqui, quia audierant ab ipso cathenis se constrictum igneis à comitātibus beatum Marcialem angelis. Tunc subridens, dixit: Adiuro te dæmon inique, qui in hac statua responsa dare deceptis hominibus consueuisti, vt ex eas ab illa, in nomine Domini nostri Iesu Christi, & confringas eam tali vultu

Sancti ubi non sunt corporaliter, etiam inuocati audiunt & deprecantur.

S. Marcialis dæmon & idolo imperat.

& forma, vt omnibus hic astantibus appareas, qua videri & cognosci ab ipsis possis. Ad cuius vocem egressus de statua, cœpit stare ante eos. Erat enim quasi niger puerulus, obscurior fuligine, capilli eius tetri & densissimi vsque ad pedes, & per os illius & nares, per que oculos ignis cum tærido ardore emanabat. Quem intuens venerabilis Dei Apostolus: conuersus ad populum dixit: Ecce videtis quem Deum colbatis. Perspicite quia sibi nec vobis quicquam iuuare proualeat. Tunc conuersus ad dæmonem dixit. Præcipio tibi in nomine Domini, vt sicut iam dixi, ex eas ab hac statua, & confringas eam vsque ad puluerem, pergāsque in locum desertum, nullum lædens hominem, sed ibi permanens vsque in diem iudicij. Ad hanc vocem contractam statuam redexit in puluerem, & postea nusquam comparuit. Beatissimus autem Marcialis eadē hora congregare fecit ad se cunctos ægrotos ac diuersis infirmitatibus læguentes, & factō signo crucis super eos cunctos reddidit sanos. Baptizatis autē omnib⁹ qui hinc manere videbantur: Inde reuersus insignis Marcialis Apostolus ad propria remcauit. Tunc in visione cognita recenti preciosa morte sanctorum Apostolorum Petri & Pauli, suæque vocatione præstita, confestim iussit vt omni celeritate perficeretur oratoriū, quod fuerat inchoatum ab ipso & Stephano duce, in possessione beatæ virginis Valeriæ: in quo ad occidentem

Forma hæc dæmonis horrore est cernentibus vt & dæmonia respuere doceantur.

Cōstringitur à dæmone statua.

Signi crucis virtus.

S. Marcial. per reuelationem Apostolorum Petri & Pauli martyrium agnouit.

Tumuli locū sibi S. Marcialis deligit. tumularium sibi statuit sepulturam, & retro in alia cripta tumulum posuit Stephani ducis, sicut eū ipse fuerat deprecatus. In solario verò quod super sepulchrum illius medium est, altare in honore beati Stephani prothomartyris confanguinei que sui consecrauit. Quod, vt supra memorauimus, disposuerat primitus ponere super sepulchrum beatæ virginis Valeriæ, antequam martyrrium Apostolorū Petri & Pauli in visione diuina agnosceret. Totūque ipsū altare beati Stephani per circuitum clauis affixit aureis, ac coronas in circuitu sex posuit aureas, cum totidem lampadibus aureis ad luminaria continuanda. Constituit & supra dictum aliud Oratorium ante sepulchrum suum, vt esset in honore Beati Petri Apostolorum Principis, ac propinqui sui, totūque altare habens per quatuor angulos coronas aureas. Ante altare verò septem posuit lampadas ex auro purissimas, vt ibi mane & vespere oleum cremaretur. Iussit etiam fieri candelabra ex auro quinque, & thuribulum aureum vnum, ac crucem auream ex auro similiter fieri præcepit ad ornatum Ecclesiæ ac officium altaris peragendum. Quæ postquam omnia gesta sunt, vocauit ad se egregius ac preciosissimus discipulus Domini, Stephanum ducem, & dixit ei. Consecremus hanc domum in Dei omnipotentis, & sanctorum eius honorem, vt ipse nobis egredientibus à corpore pius retributor, & magnificus occurrat re-

Altare in honorem S. Stephani consecratum.

Vniuersam plebem suppelle.

Oratoriū in S. Petri & Pauli honore.

Afiduum incensum in templo.

Crux ex auro.

Templi consecratio.

MARCIAL. EPISC. 175

munerator. Hæc audiens dux, præcepit per vniuersas regni sui prouincias sufficiens triticum, & abundans vinum, taurorum etiam pinguium & vaccarum & altilium, ceterarūque carniū innumerā coagere fecit multitudinem. Præcepit autem in circuitu ciuitatis construi vmbacula innumera, atque rendi plurimarum specierum papiliones. Talēque cōstituit præceptū, vt cuncti eius dominatui subiecti, lati & alacres forent, & exultantibus animis festiuitati dedicationis basilicę interesse curarent. Omnibus autē diuitibus, pauperibus, ac peregrinis abundanter dari iussit, quæ eis deesse videbantur. Beatissimus verò Marcialis cōuocato omni populo dixit eis. Estote parati in diem crastinum, vt purificati corpore, & mundi corde, mereamini recipere Dominum cum Angelis & sanctis suis, & vt egressuros à corpore ille suscipere dignetur, ac cum eisdem Angelis & sanctis secum perpetuo habitare permittat. In crastinum celebrante ipso beatissimo viro missarum solennia, ecce subito quidam iuuenis comes Turonicæ ciuitatis nomine Arneus, cū sua vxore Christiana arreptus est à diabolo. Non diu passus est Apostolus hanc sustinere illos fatigationem, sed cum grauitur eos vexari vidisset, ad se venire præcepit, & dixit dæmonibus. Cur illos immundissimi dæmones ingredi ausi estis? Dæmones dixerunt, Quia inuenimus eos non obtemperantes tuis præceptis, quibus hesterno præceperas, vt

Apparatus comitū die dedicationis exhibendi.

Festinitas dedicationis.

Peregrini recreantur.

Missæ celebratiō in ipsa dedicatione.

Iuuenis cum vxore dæmonis correptus à S. Marcia- le curatur.

Inobediencia dat dæmonibus necessitate.

Lasciuia de-
monibus a-
mica.
 hodie vsque castos se & mundos custodient. Isti
 verò nihil horum egerunt, sed carnali immun-
 dicia ac turpi lasciuia semetipfos commaculan-
 res, totam hâc noctem duxerunt. Hac occasione
 accepta ingressi sumus eos. Quod audiens pop-
 ulus cum duce, beatissimum virum Marcialem
 rogare cœperunt, vt eos qui vexabantur homi-
 nes, à dæmonum liberaret insidiis. Tunc beatus
 Marcialis conuersus ad dæmones dixit. Adiuro
 vos per dominum nostrum Iesum Christum, vt
 exeatis ab istis hominibus, nec vltcrius in eis in-
 grediendi licentiam habeatis. Qui iussa com-
 plentes illos quos inuaserât, relinquentes, abie-
 runt. Vir autem ille cum coniuge sua sani red-
 diti, cœperunt glorificare Dominum. Tantam
 autem gratiam contulit Dominus beato viro, vt
 in die consecrationis basilicæ quando pro se, &
 pro populo Sacrificium immolaturus Missarū
 solennia peragebat: tantam claritatem splendoris
 diuina pietas in eadem basilica celitus emit-
 teret, quo iure quiuisset alter alterum sibi pro-
 ximum videre. Super ipsum verò Apostolum, &
 in circuitu eius gloria Domini, & tanta lux di-
 uina ac maiestas eius refulsit, vt nullus eam ser-
 mo explicare possit: nullusque sufferre potuisset
 aspectus. Consecrata est autem eadem basilica
 Sancti Petri vj. nonas Maij mensis, temporibus
 Neronis Imperatoris, quarto decimo hoc est
 imperij eius anno, quo etiam Vespasianus Im-
 perij Romani principatū pro eo suscepit, fidem

Sacrificium
Missa pro
celebrante
offerunt, Et
pro populo.

Luce circum-
datur celesti
S. Marcial.
Missam cele-
brans.

Quo tempore
basilica de-
dicata est.

dedicationi Stephano duce costante & exul-
 tanti animo interesse cupiēti. His rite peractis,
 constituit beatus Marcialis cum Stephano duce
 sacerdotes in eadem basilica, qui quotidie ibidē
 Dei officium peragerent, & religiose viuentes,
 Deo cui se deuouerant militare studerent, An-
 dream scilicet sociū Aureliani, quos ipse à mor-
 tuis resuscitauerat, & Hildebertum filium Ar-
 chadij comitis Pictauentis, qui similiter ab eo
 fuerat resuscitatus, cum aliis triginta sex clericis
 qui assidue ibidē Deo omnipotenti deseruiret.
 Dux verò Stephanus ex suo reditu alimoniam
 illis constituit, & vestitus copiam, vt absque in-
 digentia, ac penuria alicuius rei, Sanctæ viuen-
 tes conuersarentur. Constituit etiam custodes
 ad Ecclesiam, & vasa custodienda consecrata
 duodecim, quibus & vnde haberent victus &
 vestitus necessaria tribuit. Hospitale quoq; pau-
 perū iussit fieri, in quo quotidie præcepit quin-
 gentos pauperes recreandos suscipi, & alimo-
 niam victus vnde haberēt, instituit. Die autem
 tertia post dedicationem tēpli, conuocauit Apo-
 stolus omnem populum qui fuerat congrega-
 rus à minimo vsque ad maximum, & fecit illis
 exhortatorium sermonem, protrahens illum de
 mane vsque ad horam octauam. Octaua autem
 hora offerens sacrificiū Domino pro se, & pro
 cuncto populo, dedit eis hanc benedictionem,
 dicens: Omnipotens Deus sua nos gratia be-
 nedicat, & ab omni malo nos defendat, & quia

Sacerdotes in
basilica san-
cti Stephani
constituti.

40. Cano-
nici.

Templi custo-
des duodecim.

Hospitale ad
500. paupe-
res quotidie
recreandos.

Hora octaua
matutina sa-
cificiū Mis-
se à B. Mar-
ciali offertur.
Benedictio
Episcopalis.

pro eius honore ad dedicandum templum aduenistis, faciat vos perseverare in operibus bonis, & quando ipsius iussu de hoc sæculo migraveritis, tam perfecti inveniāmini, ut cum gaudio sanctorum cœtibus aggregari mereāmini. Quod ipse præstare dignetur, cuius regnum & imperium sine fine permanet in sæcula sæculorum, Amen. Dimisitq; populum, & abiit unusquisque in domum suam in pace. Præterea pontifices templorum, qui quondam flagellauerant beatum Apostolum cum discipulis suis. Erant indefinenter adhærentes illi, in ieiuniis, in vigiliis, in orationibus assiduis, & in omnibus bonorum operum exhibitionibus. Namque quotidie usque ad vesperam ieiunantes, nullum omnino cibum percipiebant, præter panem & aquam. Benedicens itaque Aurelianum beatissimus Marcialis ordinavit eum, ac præfecit post suum discessum urbi Lemouicensi, Andream verò presbyterum præfecit Ecclesiæ, in qua ipse sepultus est. Tantam autem gratiam immensa Christi bonitas Aureliano contulit ut multa virtutum signa per eum exercerentur, & orationibus eius, multa languentium membra incolumitati restituerentur. Sanctus autem Domini pergens ubique ad prædicandum per singulas civitates in Gallia, ac per vicos ac castella ad evangelizandum, seu ad Ecclesias per totam Lemouicensem, & Aquitaniam provinciam, in locis in quibus non erant, ædificandas, non equo vehébatur, non asino,

*Ieiunium.**Abstinentia.**Aurelianus consecratur à S. Marciali Episcop. Lemouic.**Aurelianus miraculis etiam vivens coruscet.**Pedester Marcialis diversis in regionibus evangelizat, diocesim revisit.*

sino, non quolibet iumento, nec calciamenta propriis induebat pedibus, sed iuxta Domini sui ac magistri Iesu Christi sententiam, quam ipse tam illi quam aliis apertis inculcare solebat, ut pergentes de civitate in civitatem, non sacculum, neque peram secum tollerent, neque calciamenta, nudis incidens gressibus, imitator Christi atque beati Petri apostolorum principis, consanguinei que sui, in omnibus quæ idem præcepit, existere curabat. Si quando vero ad sanctam sedem suam, sancti Stephani scilicet Ecclesiam reverteretur, cum hymnis & orationibus reuertebatur, omni tempore benedicens Dominum, & laus eius in ore ipsius permanens continuatim. Sermonem quoque Domini & magistri sui, quem ipse illi & aliis Discipulis dixerat, de omni verbo otioso quod loquuti fuerint homines, rationem pro eo reddituros fore in die iudicij sapissimè omnibus prædicabat, ac credendum & perimiscendum omnibus suadebat. Constituit etiam tale decretum ille beatissimus doctor Aquitanix, in omni Lemouicensium provincia, & per Aquitanorum circumiacentium finitima loca, ut homines hanc patriam inhabitantes, omni anno quatuor succedentibus sibi vicissim temporibus, ad Ecclesiam supradictam, suæ sanctæ sedis, in qua ipse per viginti octo annos Episcopus sedit, in honore beati Stephani prothomartyris consecratam venirent, orationum munera delaturi

*Laus Dei semper in ore B. Marcial.**Verbum otiosum cavendum.**Decretum Episcopale.**Munera deprecationemque voto in cinere & sacro ad martyris sepulchris*

*Oblationes
luminaria.*

& deprecationum vota, in cinere & cilicio cum oblationibus & luminariis vota offerenda. Sicque venientes ad locum quo venerabilis eius tegitur vna sepulchro, tribus diebus ibidem perseverantes permanerent, benedictioneque accepta, simulque peccatorum remissione pro fide ab eodem sanctissimo pastore impetrata, post trium dierum venerabilia ieiunia, unusquisque revertetur ad propria. Tantam autem gratiâ illi Dominus contulerat, ut conscientias hominû plenè agnosceret, ac omnibus ad communionem sacri corporis & sanguinis Christi venire cupiētibus, postquam à Diacono ex more clamatum fuisset, ut si quis non posset cōmunicare, ab Ecclesia exiret: ipse, omnibus à quibus impulsarentur tentationibus, patefaceret, & quid quisque cogitationis vel immundę pollutionis eadem nocte passus fuisset, prædicaret, ad Eucharistiam corporis & sanguinis Christi prohiberet accipere dicens: Non debet quisque fidelium corpus Christi accipere, nisi mundus. Erat enim diuina eruditione repletus, religione insignis, morum probitate pollens, miraculorum exhibitione admirabilis. Erat contemptor sæculi, amator Dei & proximi, & cui vivere Christus erat, & mori lucrum. Docebat unū Deum in tribus personis existere, & Dominum Iesum carnem ex Maria, causa salutis humanę sumpsisse, incrementisque corporalibus vsque ad perfectam ætatem peruenisse. Hortabatur

*Cognitio ab-
strusorum.**Non admit-
tit S. Mar-
cialis indig-
nos ad Eu-
charistiam.**Trinitis
prædicatio.**Summa fidei
Ad mores*

vt

ut virtutibus insisterent, & ab omnibus vitiis, & peccatis omni diligentia, se abstrahere procurarent. Dicebat esse bonam castitatem coniugalem, meliorem continentiam vidualem, optimam & angelicæ consimilem integritatem virginalem, & ut hæc prædicatio à nullo potuisset contemni, magnitudo miraculorum cogebat quæ in Christi nomine faciebat. Reddebat claudis gressum, mutis loquelam, ac mortuos reuocabat ad vitam. Sunt & alia multa commemoratione digna, quæ per eum Christi gratia cognoscitur operata: quæ si literis scriberentur, à non credētibus apœcripha dicerētur. Ego verò Aurelianus, licet non omnia cognouerim, nec plenè didicerim ea quæ ab ipso gesta sunt, antequam ab illo sacri baptismatis vnda regenerari meruerim, tamen postquam ab illo ab inferni claustris luci sum redditus: seu audire relatu discipulorum suorum, vel ipsius ore (licet ipse vix ea referret, & multa ac maxima de se celare vellet) vel videre proprio potui visu, necessaria tantum modo reticere minime curavi. Sed hæctenus deque moribus & conuersatione illius loquentes, nunc qualiter de hoc sæculo ad desiderati peruenerit gloriam brauij, reducamus stylum.

*Castitas con-
iugalit inte-
gritas virgi-
nalis.**Miraculâ.**Aurelianus
se huius libri
authorem af-
ferit.**Preparat se
ad transitum
S. Marcialis
describendū.*

z ij

INCIPIT TRANSITVS

sanctissimi Marcialis ab eodem
Aureliano descriptus.

Tēpus tran-
situs S. Mar-
cialis.



Nono quadragesimo post resurre-
ctionem Domini nostri Iesu Chri-
sti, imperij verò Vespasiani Cæsaris
tertio, Olympiadis autem ducentesi-
mæ duodecimæ nihilominus tertio, orans erat
solitò beatus Marcialis, & ecce apparuit ei Do-
minus Iesus cum indicibili claritatis splendore,
& dixit, Pax tibi sit fidelissime frater. Quoniam
obedisti voci meæ, eris iugiter mecum in cla-
ritate quæ nullo sine clauditur. Hæc audiens di-
scipulus Domini, repletus gaudio magno, dixit:
Domine videns faciem tuam, ita lætus sum effe-
ctus, quasi à sepultura fuerim suscitatus. Tu es
enim Dominus & magister meus Iesus Chri-
stus filius Dei viui, quem vidi, quem cognoui,
quem retinui & dilexi, quæ semper cernere de-
sideraui, vox tua plena dulcedinis, omniū vin-
cit flagrantiam aromatum. Deprecor Domine
Iesu pastor bone immensam clementiam tuam,
vt iubeas me euehi ad claritatem, quam mihi
& omnibus te diligentibus promisisti. Et Do-
minus ad eum: Quintodecimo die veniam ad te
charissime, & recipiam te cum angelis, & pro-
phetis, & martyribus, ac turba virginū, & con-
fessorum, & statuam te cum fratribus tuis, & fa-
ciam te cum illis hæredem regni mei. Hoc au-

Apparet Ie-
sus S. Mar-
ciali.

Exultat S.
Marcialis.

Sanctorum
societas.

MARCIALIS EPISC.

179

diens vir sanctus, cōuocatis fratribus, indicauit
eis diem obitus sui iamminere, simulque retulit
eis qualiter hoc ipsum à Domino cognouisset.
Tunc mittens nuntios per vniuersas regiones,
ac prouincias Galliarū, quas ipse Domino præ-
dicando acquisierat, omnes præcepit adunari,
vltimum eis vale facturus, vtriusque scilicet or-
dinis, simulque benedictionem, & peccatorum
absolutionem, sicut cum Petro & aliis Aposto-
lis acceperat, eos daturus. Audientes autem vni-
uersi populi, quos ipse ab errore ad veram per-
duxerat viam, quique illum videre meruerant,
vel etiam relatu insignia cōuersionis eius ge-
sta audire potuerant, cum eiulatu magno ad eū
venire cœperunt. Populus scilicet Pictauensiu
& Bituricēsum & Auernorum seu Vascōnum
& Gothorū, & aliarum multarum gētium, quæ
erant per circuitum, cupientes salubria prædi-
cationis eius verba ac benedictionis munera,
antequam ab illis auferretur, accipere. Itaque
vir Dei, postquā à Domino, carnis vt diximus,
se cognouisset absoluendum vinculis, perseue-
rauit instanti prece, in afflictione positus, in iei-
uniis assiduus, in continuis vigiliis, & intermis-
sis orationibus. Statuto tēpore noctis post mo-
dicam pausationē, qua scilicet paululum fessos
recreabat artus, surgens ad orationem vsque in
horam secundam diei, precum & laudum Do-
mino reddebat vota. Tunc deinde in ipsa hora
secunda offerens sacrificium Domino pro se &

S Marcialis
omnem gregē
suum colligit
vltima ver-
ba ad eos ha-
biturus.

Flet plebs
vniuersa.

Preparatio
illius qui bre-
ui moriturus
est.

Hora noctis
secūda missa
celebratur.

pro omnibus, quos Christo acquisierat, postea prædicabat assidue vsque ad vesperam, sicque præcipiebat incumbente iam nocte, arduam sibi impositam victus alimoniam, panem scilicet & aquam. Appropinquante autem die obitus sui, rogantibus se omnibus, qui ibidem erant congregati, vt exhortationis verba illis proferret, antequam ab hoc sæculo ad regnum transiret æternum, perrexit foras ciuitatem, ad portam quæ dicitur Calcinea, ibique sermonem omnibus protulit, qualiter Deum colere deberet, trinum videlicet in personis, vnum in essentia diuinitatis, Patrem scilicet, vnigenitum Filium à solo Patre genitum, Spiritum verò sanctum à Patre Filioque procedentem. Narrabat magistri sui Iesu Christi Domini baptismum, ieiunium, tétationem quam à diabolo ferre voluit. Intimabat eius doctrinam, quam ab ipso audierat. Replicabat miracula, quæ ipsum facere viderat, & quomodo per omnes actiones verum Deum, verumq; hominem se monstrauerit, declarabat. Mortalitatem quoque talem docebat, qualè in lege & prophetiis scriptam certissime nouerat per omnia, & euangelizans aliorum Apostolorum approbabat instituta, qui à Domino fuerat docti, videlicet vt Deus diligeretur toto corde, tota mente dicebat, & hoc vnusquisque impenderet proximo, quod sibi vellet impendi ab illo. Ostendebat qualis esset humilitas, quia per humilitatem illuc peruenit. Vnde ange-

Prædicat S. Marcialis extra urbem. Summa doctrine Christiane.

Christi ieiunium. Matt. 3.

Humilitatis commendatio.

Ius superbus cecidit, qui similem se esse voluit Altissimo. Replicabat quomodo filius carnè ex virgine assumens, humilis & pauper mundo factus est, vt nos sua paupertate ditaret, & humilitate scandere cœlestia doceret. Hæc enim virtus id est humilitas, dicebat, congregatas virtutes conseruat. Admonuit etiam hæc esse quam prædicabat, & Apostolicam doctrinam & ipsam eandemque ceteros apostolos veritatis per mundum prædicare, quò erant tunc dispersi, & vt hospitalitas minimè ab omnibus obliuisceretur, admonebat: quia per hæc (dicebat) probat esse multos Domino placuisse etiam angelis hospitio receptis. Dicebat qualiter Dominus post resurrectionem à duobus discipulis in Emaus euntibus aduersperascente iam die in hospitio susceptus atque in panis fractione est agnitus, quando aperuit illis sensum intelligendi scripturas. In iudicium quoque venturum Dominum hanc compellationem suis fidelibus repromississe dicebat, vt se in hospitium & peregrinorum habitu dicat fuisse susceptum, ac per hoc parem remunerationem illis collaturum. Exhortatus est præterea, vt charitatis opera cuncti amare studeret, quia charitatem operire astruebat multitudinè peccatorum, & sine illa quèquam aliud bonum facere, non valere, quia hæc esse virtutem dicebat in qua tota pendet lex & prophetie, & qui in illam deliquerit, reum prophetarum & legis esse testabatur. Docuit etiam qualiter caste & sancte

Hospitalitatis laus.

Hebræ. 11.

Luc. 24.

Matth. 24.

Charitatis operum laudes.

*Auaritia
exsecranda.*

*Luc. 16.
Epulo diues
in exemplum
proponitur.*

*Benedictio
data à S.
Marcioli ve
re Episcopo
digna.*

*Oratio ad
Dominam.*

uiuere deberent, de omnibus operibus suis æquissimo iudici se rationem reddituros cognoscerēt. Auaritiam quoque omnibus modis execrandam testatus est, præcipiens diuitibus non sperare in incerto diuitiarum, sed in Deo ponere spem suam. Semper debere ad memoriã illos reducere testabatur, exemplum purpurati Diuitis & vlcerosi Lazari, qui micæ negando panis, stillam non promeruit recipere aquæ. Hæc & multa talia per totum diem cum disseruisset, urgente iam illum nimia vi febrium, dedit populo hanc benedictionem, dicens:

Omnipotens Deus sua nos clementia benedicat, & sensum in nobis sapientiæ salutaris infundat, Amen. Catholicæ fidei documentis enutriat, & in bonis operibus perseuerabiles reddat, gressus nostros ad vitã dirigat, viãque pacis & charitatis ostendat. Cùmque omnes respondissent Amen. Iterum cõuersus ad eos dixit: Benedicat vos dominus, & custodiat vos, & miseretur vestri, conuertat vultum suum super vos, & det vobis pacem. Quod ipse præstare dignetur, qui vos de limo terræ formauit, & precioso sanguine redemit, cuius potestas permanet in sæcula sæculorũ. Cùmque rursus omnes respondissent Amen, conuersus ad Dominum, dixit: Domine Iesu Christe pastor bone, commendo tibi oues quas beato Petro nunciãte mihi tradidisti. Cõserua ergo populum tuũ, quem tibi gratia tua per aquam & Spiritum sanctum

regeneratum acquisiuit, quẽmque glorioso redemisti sanguine Domine, vt sit tibi populus peculiaris, & tu sis defensor, & custos indeficiẽs per infinita sæcula, Amen. Completa igitur benedictione, simulq; prædicatione, portari se fecit in oratorium, quod in honore beati Stephani prothomartyris, cõsanguinciq; sui construxerat atque dedicauerat, fecitq; ibi exitum suum in cilicio recubans, & cinere genibus flexis & capite, manibúsque in cælum intentis, orationibus muniri curauit, huiusmodi fundens orationem Domino. Tu domine magister meus Iesu Christe, qui dixisti mihi, vt tibi seruicis vxorem non acciperem, sed totus tibi vacarem, & vsque in hanc horam custodisti cor meum, & corpus meum ab omni pollutione. Qui hanc prouinciam propter te Christe filium Dei viui adnunciandum me misisti, & in tribulationibus non me dereliquisti, & pauperem me esse voluisti propter ea in terris, vt à te remunerarer in cælis. Scis quia indigens & peregrinus in laboribus & periculis hæctenus sum conuersatus in loco in quo me venire iussisti, vt fides mea nõ periret, & ipse vitæ habita non confunderetur. Obseruaui primam ac secundam & tertiam vigiliam, vt ad te inuitatus, tecum ad nuptias epularer, ac perpetuo gaudere possem. Dirige Domine iter meum ad te, vt diabolus non intendat in me, sed lumine tuo obscurentur oculi eius, & obliuiscat os eius: ne ad me valeat appropin-

*Portatur S.
Marciolis in
oratorium S.
Stephani.*

*Oratio &
gratiarum
actio S.
Marciolis ad
Dominum.*

*Paupertates
Episcopalis.*

quare, vel cursum meum ad te pergentē suo conamine perturbare. Aperi mihi pulsanti ianuā vitæ magister meus Christe, & circūda me gloria tua pastor benigne, ne de me præsumat inimicus humani generis gaudere. Hæc dicens, ad ultimū, huiusmodi ad Dominum effudit vocem. Domine Iesu Christe, pastor bone, quem semper dilexi, in manus tuas commendo spiritum. Cunctus autem populus è diuersis prouincijs cōgregatus, flebat sine cessatione & orabat: ac gemitibus & lacrymarum singultibus vsque ad cælum euociferans, discrimen sibi pro amisso pastore pertimescebat. Ipse autem flentibus omnibus, innuens manu vt silerent, dixit: Tacete. Nunquam audistis quantæ venerint laudes de cælo? Certè Dominus venit sicut promisit. Ad hanc vocem continuo lux magna resoluē in eodem loco, quasi septemplex iubar solis ibi resplendisset, & vox audita est dicens: Egredere benedicta anima de corpore, quia de longinquis partibus siue regionibus aduenisti, ac voci meæ obediens, parentes & patriam dereliquisti, & me sequuta fuisti, eris iugiter mecū in longitudine dierum in claritate quæ nullo fine clauditur. Post hanc vocem ab omnibus auditam, simul cum omni splendore perrexit in cælum.

2. Kal. Iul. Videntibus omnibus qui aderant, ac Deum glorificantibus. Angelorum enim concentus auditus est dicens, Beatus est, Domine quem elegisti & assumpsisti, habitabit in taber-

Vltima precatio.

Fletus populi

Voces è cælo.

Videtur anima S. Marcialis efferi.

naculis tuis, in sæcula sæculorum. Cūque hora diei tertia in crastinum aduenisset, tetigit feretrum eius paralyticus quidam, nullius membrorum suorum potestatem habens, & statim sanus factus est. Quod videntes cuncti, qui aderant populi, glorificauerunt Deum, qui fidelibus suis tam ingens contulit beneficium, vt carne soluti in carne positos saluent, ac malè sanos sanitati restituant. Cum verò ad sepeliendum corpus illius deferretur, in hora egressionis à basilica sancti Stephani, cæli aperti sunt, viamque omnibus apertione sua ostenderunt, quæ sancta membra ipsius cumulanda deferri debuissent. Semper illis pergentibus cæli aperiebantur vsque ad locum sepultura. Quantus illic fletus, quàm innumerus populorum luctus, quantus clericorum & laicorum extitit gemitus, nec si mille haberem linguas, dicere valerē. Conueniebant præterea ad exequias sepulturae multi dæmoniacy & cæci, & diuersis infirmitatibus oppressi, qui ad eum videndum ex longinquis regionibus aduenerant: licet eum minime videre potuissent. Beatus autem Alpinianus discipulus eius clarissimus sanctitate, accipiens sudarium eius, tangebatur ex ipso infirmorū corpora, & ad Christi inuocationem, cunctos sanitati restituebat. Nullus enim infirmus sudario beati Marcialis tactus fuit, quin non continuo sanus recesserit. Inter reliquos verò infirmos qui diuersis partibus affuerunt, non debemus

Paralyticus feretri attractus mundatur.

Cæli aperti.

Miracula in ipsis exequiis facta.

Sudario S. Marcialis tanguntur infirmi & sanantur.

Hydropicus ab vrbe Tholosana adueniens sanatus cum quatuor demoniacis. Sudarij sancti Marciali virtus.

silentio tegere hydropicum quendam ex Tolo-
sana vrbe aduentum comitante cæcorum nu-
mero cum dæmoniacis quatuor, sequenti die
post assumptionem eiusdem discipuli Christi,
ad sepulchrum illius repræsentatos. Quos vi-
dens beatus Alpinianus, more solito accepto su-
dario sanctissimi Marcialis, & imposito super
eos, restituit integræ incolumitati. Multa verò
innumerabilia per eundem preciosissimum vi-
rum, postquam tumulariam meruit sepulturâ,
Christi clementia operata est miracula: quæ si
scriberentur multorum voluminum compre-
henderent summam, ac per hoc ab infirmis in-
tellectibus apocripha dicerentur. Nos verò quan-
tum certissimè scire potuimus, necessaria hæc
tantum ad Ecclesiam roborandam silentio te-
gere nequiuimus: licet non omnia ad liquidum
prosequuti fuerimus, quæ de tam præclaro &
magnifico discipulo Domini & Apostolo di-
cenda fuerant. Sed fortasse cui ista non suffi-
ciunt, non ampliòra si scriberentur, sufficerent
volumina. Adsit nobis ille de secularibus, qui in
orbe extitit pastor pius, vt orationibus eius mu-
niti, hæreditatis æternæ mereamur participes
adscisci sanctorum collegio in regnum Domi-
ni nostri Iesu Christi: cui est gloria in sæcula
sæculorum, Amen.

*Idem stilus
qui supra
præmittitur
Aureliani.*

IN HISTORIA SEVERI

SVLPITII, QVA IS DIVI
MARTINI SABARIENSIS PAN-
NONY, & Orientalium Monachorū res gestas enar-
rat, Præfatio VVOLFGANGI LAZII Vien-
nensis Austriaci Pannonij, ad doctissimum &
magnificum virum D. D. IACOBVM IO-
NAM I. V. Consultiss. & inclyti Romanorum
Regis FERDINANDI Scriniorum Magistrum
dignissimum, Patronum vnicè obseruandum.



IN PARTE editionis nostræ li-
bet præfari mihi, obseruandissi-
me Patrone. Nam cum Abdiam,
vetustissimum authorem, iam au-
diueris, sanctorum Apostolorum
res gestas enarrantem, idque eisdem cum maxi-
mo heroè domino Georgio Giengero & au-
spiciis & auribus: opera precium me facturum
existimaui, si congentilem tibi etiam quendam
in harenam produxero, ex his authoribus, qui
& vetusti sunt, & florentibus Romanorū tem-
poribus res pias adnotarunt. Qualem fuisse abs-
que controuersa Seuerum Sulpitium Rhetorem existimo: qui tercio dictionis filo, Martini nostri Pannonij vitam inculpatam, & obitum
beatum, simulque Orientalium Monachorum
res gestas, pro religione nostra sacrosancta cõ-
plexus est. Id quod historia ipsa in transcurfu à

*Scriptor vite
B. Martini.*

te lecta indicabit, & piè & eleganter ab homine Romano Christianoque scripta : & de eo quidem iam non homine solum, verùm ob merita etiam, atque augustioris vitæ conuersationem, diuorum cœtui consociato. Extat patria diui Martini etiamnum apud nos in Pannoniis, veteri nomine retento : tamen si pristina maiestas loco decesserit. Extat & templum loco diuo Martino alumno consecratum. Quod cum superioribus annis, antiquitatis simul & religionis ergo ductus inuiserem, deprehendi obiter & verum esse quod Plinius libro tertio, cap. 24. de Sabaria scribit, Diui Claudij Cæsaris colonia: & quod noster hic Sulpitius commemorat, beatum Martinum, longo & periculoso suscepto ex Galliis itinere, vbi Christum cœperat cognoscere, primùm reuersum in patriam, parentes, congenitilèsq; salubribus Christi præceptis instituisse. Quibus rebus & monumenta vetustatis consentiunt, quæ fidei ergo subiiciemus : & nostri pariter annales, quibus adnotatur, beatum Martinum post diuos, Florianum, Maximilianum & Quirinum, quartum Pannoniarum extitisse Apostolum. Sed placet monumentorum rhapsodias subnectere, quæ isthic extant:

Patriæ descriptio.

In quo Claudia fit mentio.

L. VAL. L. F. CL. CENSORINVS DEC.
C. C. S. ITEM VET. LEG. I. AD. EXBFCOS. A. V. F. S. ET FLAVIÆ IN SEQUENTINÆ CON. AN. IX.

De Christianis in Sabaria.

HIC POSITVS EST FLORENTINVS
INFANS QVI VIXIT ANNOS SEPTEM
ET REQUIEM ADCEPIT IN DEO PATRE
NOSTRO ET CHRISTO EIVS.

Iam nihil dico de arcubus triumphalibus, quos in Sabaria excitasse victis Alemānis Iulianum Cæsarem, Macellinus lib. 21. est author, & quorum adhuc hodie in ruinis sæpe dictis ingentes saxorum moles, vestigia ad nostram ætatem peruenerunt. Præterea nihil de tot Traiani aliorumque inscriptionibus addo, quorum ingens ibi aceruus quotidie eruitur. Hoc satis fuerit, & ad laudem nostræ Pannoniæ cum primis pertinet, beatum Martinum Pannonium fuisse. Quem Pannoniæ incolæ hodierni præ aliis diuis in hunc vsque diem venerantur. Id quod tot beato Martino consecrata non solum cœnobia, verum etiam ciuitates ac castra amplissimā eius nomini inscripta abundè testantur. Atque de Diuo hæctenus. De interprete, qui

Templa B. Martino dicata.

eius memoriam temporalem retinuit, hoc est Seuero Sulpitio, Abbas Spanhaymenfis, in opere de claris viris, ita scriptum reliquit. Seuerus presbyter, cognomento Sulpitius, ex Aquitanica prouincia ortus, vir genere & literis nobilis, & paupertatis atque humilitatis amore conspicuus, clarus etiam Sanctorum virorum Martini Turonensis & Paulini Nolani Episcoporum conuersatione: in senectute sua deceptus à Pelagianis, & agnoscens loquacitatis culpam, silentium vsque ad mortem tenuit: vt peccatum quod loquendo contraxerat, tacendo salubriter emendaret. Scripsit non spernendæ lectionis opuscula, de quibus referuntur subiecta. De vita sancti Martini Episcopi libros tres. Collationem Posthumiani & Galli libros tres. Epistolarum ad Sororem librum vnum, Ad Paulinum Nolanum Episcopum libros duos. Alia quoque nonnulla scripsisse dicitur, quæ ad notitiam meam non venerunt. Claruit cum sancto Martino Turonensi Archiepiscopo, sub Archadio & Honorio Principibus, anno Domini quadringentesimo vicesimo, &c. Hæc ille. Quæ cum ita sint, suscipe Patrone optime, hilari fronte, vt soles, & eodem animo, & Diui Martini conterranei nostri res gestas, & Seueri nectaream elocutionem audi atque lege. Quem tibi, vel eo nomine dedicandum authorem putavi, quod in Pannoniis à seruitute Turcica liberandis, tu vnus omnium

*Prouincia
Sulpicij.*

*Pelagianus
factus est.*

post

post Regem inclytum die noctûque desudas.

Deinde quod Pannoniæ, patriæ scilicet huius sancti, chirographiam, vti Rex clementissimus, meo radio, & eorum opera qui isthic sunt quàm versatissimi, conscribi curret, tu scilicet auctor tam præclari instituti primarius existas. Quapropter cum in Pannoniis ornandis tibi reliqui nihil facias nostrum omnium nomine & precibus alumnis terræ diuus Martinus deprecando fauebit Cuius historiam, vt pote verè scriptam, & ab homine docto, & qui sancto conuixerit, plurimi (vt soles) facere debes.

Bene vale, Viennæ Pannoniæ, ex ædibus nostris, octauo ante diui Martini sole vna die, Anno Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo primo.

*

*Schemate præliquido Martini floscula gestans,
Emicat iste sui, comptus honore liber,
Quem recolit totus dimenso climate cosmos,
Cætus & astra tenens, concrepat angelicus.*

A

EPISTOLA SEVERI POTHYMIANI RHETORIS AD
Desiderium in historiam Diui Martini.



SEVERVS Desiderio fratri charissimo, salutem. Ego quidem frater, libellum quem de vita sancti Martini scripseram, scheda sua preuere, & inter domesticos parietes cohibere decreueram: quia ut sum natura infirmus, iudicia humana vitabam, ne (quod fore arbitror) sermo incultior legentibus displiceret, omnique reprehensione dignissimus iudicaret, qui materia disertis merito scriptoribus reseruandam, impudens occupassem: sed petenti tibi sapius, negare non potui. Quid enim est, quod non amor tuo, vel cum detrimento mei pudoris impenderem? Ea tibi fiducia libellum edidi, quem nulli à te prodendum reor, quia id spondidisti. Sed vereor, ne tu ei ianua sis futurus: & emissus semel, non queat reuocari. Quod si acciderit, & ab aliquibus eum legi videris, bona id venia à lectoribus postulabis, ut res potius quam verba perpendant: & æquo animo ferant, si aures eorum vitiosus forsitan sermo perculerit: Quia regnum Dei non in eloquentia, sed in fide constat. Meminerint etiam, salutem sæculo non ab oratoribus se à piscatoribus prædicatâ, cum utique si utile fuisset, id quoque Dominus præstare potuisset.

*Severi in e-
 unglydo libro
 timiditas.*

*In quo consti-
 stat regnum
 Dei.*

Ego enim cum primum animum ad scribendum appuli, qui nefas putarem tanti viri latere virtutes, apud me ipse decidi, ut solacissimis non erubescerem, quia nec magnam istarum vnquam rerum scientiâ contigissem: & si quid ex his studiis olim fortasse libassem, totum id desuetudine tanti temporis perdidissem. Sed tamè ne nos maneat tam molesta defensio, suppresso, si tibi viderat nomine, libellus edatur. Quod ut fieri valeat, titulum frontis erade, ut muta sit pagina: & quod sufficit, loquatur materiam, non loquatur auctorem.

*Cur scripseris
 declarat.*

ALIA EPISTOLA EIVSDEM
 DE VIRTUTE SANCTI MARTINI.



ESTERNA die cum ad me plerique monachi venissent, inter fabulas iuges, longumque sermonem, mentio incidit libelli mei, quem de vita beati viri Martini edidi, studiosèque eum à multis legi, libentissimè audiebam. Interea iudicatur mihi, dixisse quendam malo spiritus suscitatum, cur Martinus, qui mortuos suscitasset, flammis domibus depulisset, ipse nuper adustus incendiis, periculosa fuisset obnoxius passio. O istum, quisquis est, miserum Iudeorum in verbis eius perfidiam & dicta cognoscimus, qui in cruce positum Dominum his verbis increpabat: Alios saluos fecit, seipsum saluare non potest. Verè planè iste quicumque est si illis temporibus natus esset, & in Dominum hanc vocem dicere potuisset, qui simili sanctum Domini blasphemaret

*Obrectato-
 rum rabies.*

exemplo. Quid ergo, quisquis es, Martinus ideo non potens, ideo non sanctus, quia est periclitatus incendio? O beatum, & per omnia similem Apostolis, etiam in his conuictis, virum. Nempe hoc & de Paulo gentiles illi, cum eum vipera momordisset, sensisse referuntur: Hic homo debet homicida esse, quem saluum factum de mari, fata viuere non sinunt. At ille, excussa vipera in ignem, nihil mali patiebatur. Illi autem subito casurum & repente moriturum eum putabant: sed cum viderent nihil mali contingere ei, conuertentes se, dicebant eum Deum esse. Alio quin vel horum exemplo, omnium mortalium infelicissime, perfidia tuam coarguere ipse debueras: ut si tibi scandalum mouerat, quod Martinus flamma ignis videbatur attactus, hunc rursus ignis attactus ad merita illius & virtutem referres, quod circumspectus ignibus non perisset. Agnosce enim miser, agnosce quod nescis, omnes ferè sanctos magis insignes periculatorum suorum fuisse virtutibus. Video quidem Petri fide potentem, rerum obstante natura mare pedibus supergressum, & instabilis aquas corporeo pressisse vestigio: sed non ideo mirum mihi videtur getium predicator, quem fluctus absorbit, & post triduum totidemque noctes emergentem è profundo vnda restituit: atque haud scio, an penè plus fuerit vixisse in profundo, an supra maris profunda transisse. Sed hæc ut arbitror, stulte non legeras, aut lecta non audieras: Neque enim absque diuino consilio istiusmodi exemplum, beatus Euangelista sacris literis protulisset, nisi ut ex his humana mens erudiretur naufragiorum atque serpen-

Flam-
beati
Martinus.

tium casibus. Et sicut Apostolus refert, qui nuditate, fame latronumque periculis gloriatur omnia, sanctis, hominibus, atque omnibus ad percipiendum quid esse communia, sed his tollerandis atque vincendis precipuam semper iustorum fuisse virtutem, dum per omnia tentamenta patientia semper conuicti, tanto fortius vincebant, quanto grauius pertulissent. Vnde hoc quod ad Martini infirmitatem notatur, plenus est dignitatis & gloriae siquidem periculosissimo casu tentatus, euicerit. Ceterum id omissum à me in libello illo quæ de vita illius scripsimus, nemo miretur: cum ibidem sim professus, me non omnia illius facta complexum: quia si persequi vniuersa voluissim, immensum volumen edidissim. Neque sunt tam pauca quæ gessit, ut omnia potuerint comprehendere: sed tantum hoc de quo quaestio incidit, latere non patiar, & rem omnem ut est, referam, ne forte inconsultum hoc quod ad recuperationem beati viri poterat opponi, prætermisisse videamur. Cum ad diæcesim quandam pro solenni consuetudine (sicut Episcopis visitare Ecclesiam moris est) media ferè hyeme Martinus venisset, mansionem ei in secretario Ecclesia clerici parauerunt, multumque igne scabro iam pertenui pavimento subdiderunt, & lectum ei plurimo stramine extruxerunt. Deinde cum se Martinus cubitum collocasset, insuetæ mollicie strati male blandientis horrescit: quippe qui nuda humo, vno tantum cilicio superiecto, accubare consueuerat. Itaque quasi accepta permorsus iniuria stramentum omne proiecit: & casu super fornaculam, partem paleæ illi quam remouerat, aggestit. Ipse, ut erat moris,

Omnia facta
illius non continet hæc historia.

vitæ delicias corporis.

PROLOGVS SEVERI SVLPITII
in vitam sancti Martini Episcopi.



PERIQUVE mortalium studio & gloriae seculari inaniter dediti, exinde perennem (vt putabant) memoriam nominis sui quaesiverunt, si vitas clarorum virorum stilo illustrassent. Quares vtique non perennem quidem, sed aliquantulum tamen conceptae spei fructum afferebat: quia & sui memoriam, licet incassum, propagabant: & propositis magnorum virorum exemplis, non parua amulatio legentibus excitabatur, sed tamen nihil ad beatam illam aeternamque vitam haec eorum cura pertinuit. Quid enim aut ipsis occasura cum saeculo scriptorum suorum gloria profuit? aut quid posteritas emolumentum tulit, legendo Hectorem pugnantem, aut Socratem philosophantem? cum eos non solum imitari stultitia sit, sed non a crimine etiam impugnare, dementia: quippe qui humanam vitam presentibus tantum actibus aestimantes, spes suas fabulis, animas suas sepulchris dederint. Si quidem ad solam hominum memoriam se perpetuandos crediderunt: cum hominis officium sit perennem potius vitam, perennem memoriam quaerere, non scribendo, aut pugnando, vel philosophando, sed pie, sancte, religioseque viuendo. Qui quidem error humanus, literis traditus, intantum valuit, vt multos tamen amulos

Vbi querendum verum nomen.

moda humo, la situdine itineris urgente requieuit. Ad mediam ferè nocte, per interruptum, vt supra diximus, pavementum ignis aestuans, ardescens paleas apprehendit. Martinus somno excitatus, re inopinata, ancipiti periculo, & maxime, (vt ipse referebat) diabolo insidiante atque urgente praeventus, tardius quam debuit ad orationis confugit auxilium. Nam crumpere fores cupiens, cum pessulo quem hostio obdiderat, diu multumque luctatus grauissimum circa se sensit incendium: adeo vt vestem, qua indutus erat, ignis consumpsit. Tandem in se reuersus, non in fuga, sed in domino esse praesidium: scutum fidei & orationis arripens, mediis flammis totus ad Dominum conuersus, incubuit. Tunc vero diuinitus igne submoto, innoxio sibi orbe flammarum vallatus, orabat. Monachi autem qui proforibus erant, crispitante & celluctante incendio sono excitati, obseratas effringunt fores: domitioque igne, è mediis flammis iam Martinum auferuat, cum iam penitus esse consumptus tam diuturno incendio putaretur. Ceterum (vt verbis meis Dominus est testis) mihi ipse referebat, & non sine gemitu ferebatur, in hoc se diaboli arte deceptum, vt excussus è somno consilium non haberet, quo per fidem & orationem periculo repugnaret. Denique tam diu circa se sese igne, quoadiu erumpere ostium turbatus mente tetauerit. Vbi vero auxilium crucis & orationis arma repetisset, medias cessisse flammis: seque tunc sensisse rorantes: quas male esset expertus vrentes. Unde intelligat, quisquis haec legerit, tentatum quidem illo Martinum periculo, sed probatum.

In Deo praesidium collat.

vel inanis philosophiæ, vel stultæ illius virtutis inuenerit. Vnde facturus mihi operæ precium videor, si vitam sanctissimi viri, exemplo aliis mox futuram, perscripsero, quo utique ad veram sapientiam, & cœlestem militiam, diuinamque virtutem legentes incitabuntur: in quo ita nostri quoque rationem commodi, utilitatis ad quæstum ducimus, ut non inanem ab hominibus memoriam, sed æternum à Deo præmium expectemus. quia & si ipsi non viximus, ut aliis exemplo esse possimus: dedimus tamen operam ne is lateret, qui esset imitandus. Igitur S. Martini vitam scribere exordiar, ut quæ vel ante episcopatum, vel in episcopatu gesserit, quamuis nequaquam ad omnia illius potuerim peruenire, ad eam in quibus ipse tantum sibi conscius fuit, neciuntur: quia laudem ab hominibus non requirens, quantum in ipso fuit, omnes virtutes suas latere voluisset. Quamquam etiam ex his quæ comperta nobis erant, plura omisimus: quia sufficere credimus, si tantum excellentiora notarentur. Simul & legentibus consulendum fuit, ne quod his pareret copia congesta fastidium. Obsecro autem eos qui lecturi sunt, ut fidem dictis adhibeant: neque me quicquam nisi compertum & probatum scripsisse, arbitrètur: alioquin tacere, quam falsa dicere, maluisssem.

*Cur vitam
S. Martini
exerius sit.*

*Ab initio
vitæ genis
describit.*

DE VITA DIVI MARTINI
SABARIENSIS TRONENSIS
Ecclesiæ Gallie Episcopi,
authore Seuero
Sulpitio Rhetore.

LIBER PRIMVS.



GITUR Martinus Sabariæ Pan-
noniorum oriundus fuit, sed in-
tra Italiam Ticini alitus est, pa-
rentibus secundum sæculi digni-
tatem non infimis, Gentilibus ta-
men. Pater eius miles primùm, post tribunus
militum fuit. Ipse armatam militiam in adole-
scètia secutus, inter seculares alas sub rege Con-
stantino, deinde sub Iuliano Cæsare militauit,
non tamen sponte: quia à primis ferè annis di-
uinam potius seruitutem, sacra illustri pueri
spirauit infantia. Nam cum esset annorum de-
cem, inuitis parentibus ad Ecclesiam confugit,
seque catechumenum fieri postulauit. Mox mi-
rum in modum totus in Dei opere conuersus,
cum esset annorum duodecim, eremum concu-
piuit: fecissetque votis satis, si ætatis infirmitas
non obstidisset, animus tamè eius, aut circa mo-
nasteria, aut circa Ecclesiã semper intentus, me-
ditabatur adhuc in ætate puerili, quod postea

*Patria S.
Martini.*

*Status viri
Dei.*

*Constantino
dedit operam
militando.*

deuotus impleuit. Sed cum edictum esset à regibus, vt veteranorum filij ad militiam scriberentur, prodente patre, qui fœlicibus eius actibus inuidebat, cum esset annorum quindecim, raptus & catenatus, sacramētis militaribus implicatus est, vno tantum seruo comite contentus: cui tamen versa vice Dominus seruebat, adeo vt plerunque ei & calceamenta ipse detraheret, & ipsa detergeret: cibum vna caperent, hic tamen sapius ministraret. Triennium ferè ante baptismum in armis fuit, integer tamen ab iis vitiis, quibus illud hominum genus implicari solet. Multa illi circa commilitones benignitas, mira charitas: patientia verò atque humilitas vltra humanum modum. Nam frugalitatem in eo laudare nō est necesse, qua ita vsus est, vt iam illo tempore non miles, sed monachus putaretur. Quibus rebus ita sibi omnes commilitones suos deuinxerat, vt cum miro affectu venerarentur. Nec dum tamen regeneratus in Christo, agebat quendam bonis operibus baptismatis candidatum, assistere scilicet laborantibus, opem ferre miseris, alere egentes, vestire nudos solitus nihil sibi ex militiæ stipendiis præter quotidianum victum referuabat: iam tunc euangelij non surdus auditor, de crastino non cogitabat. Quodam itaque tempore cum iam nihil præter arma, & simplicem militiæ vestem haberet, media hyeme, qua solito, austerior inhorruerat, adeo vt plerosque vis algo-

Sequitur militiam.

Vita illius innocentia.

ris exstingueret, obuium habet in porta Ambrannensium ciuitatis pauperem nudum: qui cum prætereuntes, vt sui misererentur, oraret, omnēsque miserum præterirent: intellexit vir Dei, Deo plenus, sibi illum aliis misericordiam non præstantibus, referuare. Quid tamen ageret? nihil præter clamydem, qua indutus erat, habebat: iam enim reliqua in opus simile consumpserat. Arrepto itaque ferro quo accinctus erat, mediam diuidit, partemque eius pauperi tribuit, reliqua rursus induitur. Interea de circumstantibus risere nonnulli, quia deformis esset, & truncatus habitu videretur. Multi quidem, quibus erat mens sanior, altius gemuere, quòd nihil simile fecissent: cum utique plus habentes, vestire pauperem sine sua nuditare potuissent. Nocte igitur insecuta, cum se sopori dedisset, vidit Christum chlamydis suæ, qua pauperem texerat, parte vestitum. Intruci diligentissimè Dominum, vestemque quem dederat, iubetur agnoscere: moxque ad Angelorum circumstantium multitudinem, audit Iesum clara voce dicentem: Martinus adhuc catechumenus, hac me veste contexit. Verè memor Dominus dictorum suorum, qui antè prædixerat: Quandiu fecistis hoc vni ex minimis istis, mihi fecistis: se in paupere professus est fuisse vestitum. & ad confirmandum tam boni operis testimonium, in eodem se habitu, quem pauper acceperat, est dignatus ostendere. Quo viso, vir beatissimus non

Pauperem vestit apud Ambrannenses.

Martino apparet Christum.

Catechumeni virtus insignis.

*Quo tempo-
re baptiza-
tus est.*

in gloriam est elatus humanam, sed bonitatem Dei in suo opere cognoscens, cum esset annorum duodeviginti, ab baptisma conuolauit. Nec statim militiæ renunciauit, tribuni sui precibus euictus, cui contubernium familiare præstabat, etenim transacto tribunatus sui tempore, renunciaturum se seculo pollicebatur. Quæ Martinus expectatione suspensus, per biennium ferè posteaquam est baptisma consecutus, solo scilicet nomine militauit. Interea irruentibus intra Gallias Barbaris, Iulianus Cæsar, coacto in vnum exercitu apud Vangionum ciuitatem, donatium cæpit erogare militibus, vt est consuetudinis: singuli citabantur, donec ad Martinum ventum est. Tunc verò opportunum tempus existimans, quo peteret missionem. Neque enim integrum sibi fore arbitrabatur, si donatium non militaturus acciperet. Hactenus, inquit ad Cæsarem, militaui tibi: patere vt nunc militē Deo: donatium tuum pugnaturus accipiat: Christi ego miles sum, pugnare mihi non licet. Tunc verò aduersus hanc vocem tyrannus infremuit, dicens, eum metu pugnae, quæ postera die erat futura, non religionis gratia, detrectare militiã. Ad quæ Martinus intrepidus, inuò illato sibi terrore cõstator: Si hoc, inquit ignauiæ ascribitur, non fidei, crastina die aut acie in inertis astabo, & in nomine domini Iesu, signo crucis, non clypeo protectus, aut galea, hostium cuneos penetrabo securus. Retrudi ergo in cu-

*Militiam
mūdi deserit
vt Christum
sequatur.*

*Clypeus B.
Martini*

stodiam iubetur, facturus fidem dictis, vt inermis barbaris obiiceretur. Postero die hostes legatos de pace miserunt, sua omnia seseque dedentes. Vnde quis dubitet, hanc vere beati viri fuisse victoriam, cui præstitum sit, ne inermis ad prælium mitteretur. Et quamuis pius dominus seruare militem suum, licet inter hostiũ gladios & tela potuisset: tamen ne vel aliorum morte sancti violentur obrutus, exemit pugnae necessitatem. Neque enim aliam pro milite suo Christus debuit præstare victoriã, quàm vt subactis sine sanguine hostibus, nemo moreretur. Exinde relicta militia, sanctum Hilarium Pictauiæ Episcopum ciuitatis, cuius tunc in Dei rebus spectata & cognita fides habebatur, expetiuit: & aliquandiu apud eum commoratus est. Tentauit autem idem Hilarius, imposito diaconij officio, sibi eum arctius implicare, & ministerio vincere diuino: sed cum sæpissimè restitisset, indignum se esse vociferans, intellexit vir Dei altioris ingenij hoc eum modo posse cõstringi, si id ei officij imponeret, in quo quidem locus iniuriæ videtur. Itaque exorcistam eum esse præcepit. Quam ille ordinationem, ne despezisset tanquã humiliorem videretur, non repudiauit. Nec multum post admonitus per soporem, vt patriam parètesque, quos adhuc gentilitas detinebat, religiosa sollicitudine visitaret, & ex voluntate sancti Hilarij profectus est, multique ab eo obstrictus precibus & lacrymis vt

Pax inicitur.

*Militia
Christi qua
fit.*

*Ab B. Hil-
larium festi-
nes.*

*Parentes B.
Martini
Gentiles.*

rediret mœstus (vt ferunt) peregrinationem illam aggressus est, contestatus fratres, multa se aduerſa paſſurum. Quod postea rei probauit euentus. Ac primum inter Alpes deuia secutus, incidit in latrones. Cùmque vnus securim eleuatâ in caput eius libraſſet, iectum ferientis dextera sustinuit alter: vinc̄tis tamen post tergũ manibus, vni seruandus & custodiendus traditur. Qui cum eum ad remotiora loca duxisset, percontari ab eo cœpit, quisnam esset. Respondit, Christianum se esse. Querebat etiam ab eo, an timeret. Tunc verò constantissimè profitetur, nunquam se fuisse tam securum, quia sciret misericordiam Domini maximè in tentationibus affuturam: se magis illi condolere, qui Christi misericordia, utpote latrocinia exercens, esset indignus. Ingressusque Euagelicam disputationem, verbum Dei latroni prædicabat. Quid longius morer? Latro credidit, proſecutusque Martinum via reddit, orãs vt pro se Dominum precaretur: idẽmque postea religiosam agens vitam visus est, adẽ vt quæ supra retulimus, ab ipso audita dicantur. Igitur Martinus inde progressus, cum Mediolanum præterisset, diabolus in itinere, humana specie assumpta se ei obuium tulit, Quò tenderet, quarens. Cùmque id à Martino responsi accepisset, Se quò Dominus vocaret, tendere: ait ad eum, Quocunque ieris, vel quacunque tentaueris, diabolus tibi aduersabitur. Tunc ei prophetica voce respon-

dit: Dominus mihi adiutor est, non timebo quid faciat mihi homo. Statimque è conspectu eius inimicus euauit. Itaque vt animo & mente conceperat, matrem Gentilitatis absoluit errore, patre in malis perseuerante: plures tamen suo saluauit exemplo. Deinde cum hæresis Ariana per totum orbem, & maximè intra Illyricum pullulaſſet, cum aduersus perfidiam sacerdotum solus penè acerrimè pugnaret, multisque suppliciiis esset affectus (nam & publicè virgis caſus est) & ad extremum de ciuitate exire compulsus, Italiam repedans, cum intra Gallias quoque discessum sancti Hilarij, quem ad exilium hæreticorum vis coegerat, turbatam Ecclesiam comperisset, Mediolani sibi monasterium statuit: ibi quoque cum Auxetius, auctor & princeps Artianorum, grauissimè insectatus est: multisque affectum iniuriis, de ciuitate ex-turbauit. Cedendum itaque tempori arbitratus, ad insulam Gallinariam nomine secessit: comite quodam presbytero, magnarum virtutum viro. Hic aliquandiu radicibus vixit herbarum: quo tempore elleborum, venenatum (vt ferunt) gramen, in cibum sumpsit. Sed cum vim veneni in se grassantis vicina iam morte sensisset, imminens periculum oratione repulit, statimque omnis dolor fugatus est. Nec multò post cum sancto Hilario comperisset regis indulgentia potestatem indultam fuisse redeundi, Romæ ei tentauit occurrere, proſectusque ad urbem est.

A latronibus capitur.

B. Martini inuisus à multis.

In Deum confidit.

B. Hilarij exilium. Monasteriũ Mediolani edificat.

Diabolus occurrit illi.

Radicibus vescebatur.

B. Hilario indulgentia potestatem.

Cum verò iam Hilarius præterisset, ita eum est vestigiis profecurus: cùmque ab eo grauissimè fuisset susceptus, haud longè sibi ab oppido monasterium collocauit. Quo tempore se ei quidam catechumenus iunxit, cupiens sanctissimi viri institui disciplinis: paucisque interpositis diebus languore correptus, vi febrium laborabat. At tunc Martinus fore discesserat, & cum per triduū defuisset, regressus corpus exanime inuenit: ita enim subita mors fuerat, vt absque baptisinate humanis rebus excederet, corpùq; in medio positum tristi mœrentiū fratrum frequentabatur officio, cum Martinus flens & euilans accurrit, tunc verò sanctum Spiritum tota mente concipiens, egredi cellulam in qua corpus iacebat, cæteros iubet: ac foribus obseratis, super exanimata defuncti fratris membra prosternitur: & cum aliquandiu orationi incubuisset, sensissè que per Spiritum Domini adesse virtutem, erectus paululum, & in defuncti ora defixus, orationis suæ ac misericordiæ Domini intrepidus expectabat euentum: vixque duarum ferè horarum spacium intercesserat, & vidit defunctum paulatim membris omnibus commoueri, & laxatis in vsu videndi palpitare luminibus. Tunc verò magna ad Dominū voce conuersus gratias agens, cellulam clamore compleuerat: quo audito, qui pro foribus astiterat, statim irruunt. Mirum spectaculū, quòd videbant viuere, quem mortuum reliquissent. Ita reddi-

Frater B.
Martini suffocatus & mortuus suffocatur.

tus

tus vitæ, statim baptisina consecutus, plures postea vixit annos: primūque hoc apud nos Martini virtutum vel materia vel testimonium fuit. Idem tamen referre erat solitus, se corpore exutum ad tribunal iudicis ductum, deputatūque obscuris locis & vulgaribus turbis tristem excepisse sententiam. Tunc per duos angelos iudici fuisse suggestum, hunc esse pro quo Martinus oraret, & ita per eosdem Angelos se iussum reduci, & Martino redditum, vitæque pristina restitutum. Ad hæc primo tempore beati viri nomen enituit, vt qui sanctus iam ab omnibus habebatur, potens etiam & verè Apostolicus haberetur. Nec multo post, dum agrum Lupicini cuiusdam honorati secundum seculum viri præteriret, clamore & luctu turbè plangētis excipitur: ad quam sollicitus cum astitisset, & quis esset hic fletus, inquireret, indicatur, vnum è familia seruulum laqueo sibi vitam extorsisset: quo cognito, cellulam in qua corpus iacebat, ingreditur. Exclusisque omnibus turbis, superstratus corpori, aliquantisper orauit: mox viuescente vultu, marcescentibus oculis in ora illius defuncti erigitur, lentoque conamine enisus assurgere, adprehensa beati viri dextera, in pedes constitit: atque ita cum eo vsque ad vestibulum domus turba omni inspectante, processit. Sub eodem ferè tempore Martinus ad Episcopatum Turonicæ Ecclesiæ petebatur: sed cum erui monasterio suo facile non

Suffocatus & mortuus suffocatur.

B

posset. Ruicitius quidā, vnus ex ciuibus, vxoris langore simulato, ad genua illius prouolutus, vt egrederetur obtinuit. Ita dispositis iam in itinere ciuium turbis, sub quadam custodia ad ciuitatem vsque deducitur. mirum in modum incredibilis multitudo non solum ex illo oppido, sed etiam ex vicinis vrribus, ad suffragia ferenda venerat. Vna omnium voluntas, eadem vota, eadēque sententia, Martinum Episcopatu esse dignissimum, felicem fore tali Ecclesiam sacerdote: pauci tamen, & nonnulli ex Episcopis, qui ad constituendum antistitem fuerāt euocati, impiē repugnabant dicentes: Scilicet cōtempibilem esse personam, indignum esse Episcopatu, hominem multū despicabilem, veste sordidum, crine deformem. Ita à populo sententiæ sanioris hæc illorum irrita dementia est, qui illustrem virum dum vituperare cupiunt, prædicabant. Nec verò aliud his facere licuit, quàm quòd populus Domino volente cogitabat, inter Episcopos tamen qui affuerant, præcipuè Defensor quidam nomine, dicitur restitisse: vnde animaduersum est, grauiter illum lectione prophetica tūc notatum. Nam cum fortuito lector, cui legendi eo die officium erat, interclusus à populo defuisset, turbatis ministris, dum expectatur qui non aderat, vnus è circumstantibus sumpto psalterio, quem primum versum inuenit, arripuit. Psalmus autem hic erat: Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem

propter inimicos tuos, vt destruas inimicum & defensorem. quo lecto clamor populi tollitur, pars aduersa confunditur. Atque ita habitum est, diuino nutu psalmum hunc lectum fuisse, vt testimonium operis sui defensor audiret, quia ex ore infantium atque lactentium in Martino Domini laude perfecta, & ostensus pariter & destructus inimicus. Iam verò sumpto Episcopatu, qualem se, quantumque præstiterit, non est nostræ facultatis euoluere. Idem enim constantissimè perseuerabat, qui prius fuerat. Eadem in corde eius humilitas, eadem in vestitu eius vilitas erat: atque ita plenus auctoritatis & gratiæ, implebat Episcopii dignitatem, vt non tamen propositum monachi, virtutēque desereret. Aliquandiu ergo adhærenti ad Ecclesiam cellula vsus est: deinde cum inquietudinem frequentatium ferre non posset, duobus ferè extra ciuitatem milibus monasterium sibi statuit. Qui locus tam secretus & remotus erat, vt eremi solitudinem non desideraret. Ex vno enim latere, præcisamontis excelsa rupe ambiebat: reliquam planiciem Liger fluiuius reducto paululum sinu clauserat, vna tantum eadēque arcta admodum via adiri poterat: ipse ex lignis contextam cellulam habebat. Multi quidem è fratribus in eundem modum plerique saxo superiecti montis cauato, receptacula sibi fecerant. Discipuli verò octoginta erant, qui ad exem-

*Episcopia
Turonensis
creatur.*

*Monasteriū
cōstruit apud
Ligerim.*

plum beati magistri instituebantur. Nemo ibi quicquam proprium habebat, omnia in medio conferebantur. Non emere, aut vendere (vt plerisque monachis moris est) quicquam licebat. Ars ibi, exceptis scriptoribus, nulla habebatur: cui tamen operi minor ætas deputabatur: maiores orationi vacabant. Rarus cuiquam extracellulam fuit egressus, nisi cum ad locum orationis conueniebant. Cibum vnà omnes post horam ieiunij accipiebant. vinum nemo nouerat, nisi quem infirmitas coëgisset. Plerique camelorum fetis vestiebantur, mollior ibi habitus pro crimine erat: quod eo magis sit mirum necesse est, quòd multi inter eos nobiles habebantur, qui longè aliter educati, ad hanc se humilitatem & patientiam coëgerant: pluresque ex his postea Episcopos vidimus. Quæ enim esset ciuitas, aut ecclesia, quæ non sibi de Martini monasterio cuperet habere sacerdotem? Sed vt reliquas virtutes eius, quas in episcopatu egit, aggrediar, erat haud longè ab oppido proximus monasterij locus, quem falsa hominum opinio, velut consulptis ibi martyribus sacrauerat. Nam & altare ibi à superioribus episcopis constitutum habebatur, sed Martinus non temerè adhibens incertis fidem, ab his qui maiores natu erant presbyteris, vel clericis, flagitabat nomen sancti martyris, & tempora passionis ostendi. Cæpit grandi scrupulo permoueri, quòd nihil certi vel constans sibi

Temerè non credendum.

maiorum memoria tradidisset. Cum aliquandiu ergo à loco illo se abstinuisset, nec derogans religioni, qua incertus erat: nec auctoritatem suam vulgo accommodans, ne superstitione conualesceret: quodam die paucis secum adhibitis fratribus, ad locum pergit. Deinde super sepulchrum ipsum astans, orauit ad Dominum, vt quis esset, vel cuius meriti sepultus, ostenderet. Tunc conuersus ad læuam, vidit propè assistere umbram sordidam, trucem. imperat nomen, meritumque requirit. nomen edidit, de crimine confitetur, latronem se fuisse, ob scelera percussum, vulgi errore celebratum, sibi nihil cum Martyribus esse commune: cum illos gloria, se pœna retineret. Mirum in modum vocem loquentis, qui aderant, audiebant, personam tamen non videbant. Tunc Martinus, quid vidisset, exposuit: iussitque ex eo loco altare, quod ibi fuerat, submoueri: atque ita populum superstitionis illius absoluit errore.

Accidit autem in sequenti tempore, dum iter ageret, vt Gentilis cuiusdam corpus, quod ad sepulchrum cum supersticioso funere deferebatur, obuium haberet: conspicatúsque eminus venientem turbam, quidnam id esset ignarus, paululum stetit: namq; ferè quingentorum passuum interuallum erat, vt difficilè fuerit dignoscere quid videret. Tamen quia rusticam manum cerneret, & agente vento linteamina corpori superiecta volitarent, profanos sacrificio-

rum ritus agi credidit: quia esset hæc Gallorum rusticis consuetudo, simulachra dæmonum candido recta velamine misera per agros suos circumferre dementia. Eleuato ergo in aduerso signo crucis, imperat turbæ, non moueri loco, onusque deponere: hic verò mirum in modum videres miseros primum velut saxa rignisse.

Deinde, cum primò mouere se summo conamine niterentur, vltra accedere non valentes, ridiculam in vertiginem rotabantur: donec victi corporis onus deponunt: attoniti & semetipsos aspectantes, quidnam sibi accidisset, taciti cogitabant. Sed beatus vir cum comperisset, exequiarum esse illam frequentiam, non sacrorum, eleuata rursus manu, dat eis abeundi & tollendi corporis potestatem. Ira eos & cum voluit, stare compulit: & cum libuit, abire permisit. Item, dum in vico quodam templum antiquissimum diruisset, & arborem primum quæ fano erat proxima, esset aggressus excidere, tunc antistes loci illius cum cætera Gentilium turba cœpit obsistere: & cum iidem illi dum templum euertitur, imperante Domino quieuisent, succidi arborem non patiebantur. Ille eos cœpit sedulo commonere nihil esse religionis in stipite: Dominum potius, cui seruiret ipse, sequerentur. Arborem illam excidi oportere, quia esset dæmoni dedicata. Tunc ex illis vnus, qui erat audacior cæteris: Si habes, inquit, aliquam de Deo tuo, quem dicis te colere, fidu-

ciam, nosmetipsi succidemus hanc arborem, tu ruentem excipe: & si tecum est quem dicis, Dominus, euades. Tunc ille intrepidè confisus in Domino, facturum se pollicetur. Hic verò ad istiusmodi conditionem, omnis illa Gentilium turba consentit, facillèque arboris suæ habere iacturam, si inimicum sacrorum suorum casu illius obruissent. Itaque cum vnâ in partem pinus illa esset accliuus, vt non esset dubium quam in partem succisa corrueret, eo loco vinculus statuitur, pro arbitrio rusticorum, quò arborem esse casuram nemo dubitabat. Succidere igitur ipsi suam pinum cum ingenti gaudio, lætitiâque cœperunt, aderat eminus turba mirantium: iamque paulatim cœpit mutare pinus, & ruinam suam casura minitari. Psallebant eminus Monachi, & periculo iam propiore conterriti, spem omnem fidemque perderât, solem Martini mortem expectantes. At ille confisus in Domino, intrepidus operiès, cum iam frõgorem sui pinus concidens edidisset, iam cadenti, iam super se ruenti, eleuat obuiam manum, signum salutis opponit: tunc verò turbis modo retroactam putares, diuersam in partem ruit: ad eò, vt rusticos qui tuto in loco steterant, penè prostrauerit. Tunc verò in cœlum clamore sublato, Gentiles stupuere miraculo, Monachi fleuere præ gaudio, Christi nomen in commune ab omnibus prædicari: satisfique constitit, eo die salutem illi venisse regioni.

Verbi potestas.

Spurcitas Gentilium eliminat.

Signo crucis liberatur.

Nam nemo ferè ex immani illa multitudine gentilium fuit, qui non impositione manus desiderata in Dominum Iesum, relicto impietatis errore, crediderit: Et verò ante Martinum pauci admodum, imò penè nulli in illis regionibus Christi nomen receperant: quòd adeò virtutibus illius, exemplòque conualuit, vt iam ibi nullus locus sit, qui non aut Ecclesiis frequentissimis, aut monasteriis sit repletus. Nam vbi fana destruxerat, statim ibi aut Ecclesias, aut monasteria construebat. Nec minorem sub idem ferè tempus eodem in opere virtutem edidit. Nam cum in vico quodam, fano antiquissimo & celeberrimo ignem immisisset, in proximam, imò adhærentem domum agente vento, flammarum globi ferebantur. Quod vbi Martinus, aduertit, rapido cursu tectum domus scandit, obuium se aduenientibus flammis inferens: tunc vero mirum in modum cerneret contra vim venti ignem retorqueri, vt compugnantium inter se elementorum quidem conflictus videretur. Ita virtute Martini ibi tantum ignis est operatus, vbi visus est. In vico autem, cui Leprosus nomen est, cum idem templum opulentissimum superstitione religionis voluisset euertere, restitit ei multitudo Gentilium, adeò vt nõ absque iniuria sit repulsus. Itaque secessit ad proxima loca, ibique per triduum cilicio tectus & cinere, ieiunãs semper atque orans precabatur ad Dominum: vt quia templum illud euertere

*Aedificantur
templa Deo.*

*Aduentu B.
Martini
ignis extinguitur.*

humana manu non potuisset, virtus illud diuina dirueret. Tunc subito ei duo Angeli hastati atque scutati instar militiæ cælestis se obtulerunt, dicentes, missos se à Domino, vt rusticam multitudinem fugarent, præsidiumque Martino ferrent, ne quis dum templum dirueretur, obsisteret. Rediret ergo, & opus cæptum deuotus impleteret: ita regressus ad vicum, inspectantibus Gentilium turbis, & quiescentibus, dum fana eadem vsque ad fundamenta dirueret aras, omnes atque simulachra redegit in puluerem: quo viso, rustici cum se intelligerent diuino nutu obstupefactos atque perterritos, ne episcopo repugnarent, omnes ferè in Iesum Dominum crediderunt, clamantes palàm, & cõfidentes Deum Martini colendum, idola negligenda, quæ sibi adesse non possent. Quid etiam in pago Heduorum gestum sit, referamus. Vbi dum templum idem euerteter, furens Gentilium rusticorum in eum irruit multitudo: Cùmque vnus audacior cæteris, stricto eum gladio peteret, reiecto pallio nudã ceruicem percussori præbuit. Nec cunctatus ferire Gẽtilis, sed cum dexteram altius extulisset, supinus ruit: consternatúsque diuino metu, veniam precabatur. Nec dissimile huic fuit illud, cum eum idola destruentem culto quidam ferire voluisset, in ipso icu ferrum ei de manibus excussum, non comparuit. Plerunque autem contradicentibus sibi rusticis, ne fana destrueret, ita prædicatione sancta Genti-

*Idola con-
fringit.*

lium animos mitigabat, ut luce eis veritatis ostensa, ipsi sua templa subuerterent. Curationem verò tam potens in eo gratia erat, ut nullus ferè ad eum ægrotus accesserit, qui non continuo receperit sanitatem: quod vel ex cõsequenti liquebit exemplo. Puella quædam Treueris paralytis ægritudine tenebatur, ita ut iam per multum tempus nullo ad humanos vsus corporis officio fungeretur, omni ex parte præmorta, vix tenui spiritu palpitabat. Tristes ad solam funeris expectationem adstabant propinqui. Tunc subitò nunciatur ad ciuitatem illam venissè Martinum. Quod ubi pater puellę comperit, cucurrit ex animo pro filia rogaturus. Et fortè Martinus iam ad Ecclesiam fuerat ingressus. Ibi inspectante populo, multisque aliis Episcopis præsentibus, eiulans senex, genua eius amplectitur, dicens: Filia mea moritur misero genere languoris, & quod ipsa est morte crudelius, solo spiritu viuit, iam carne præmorta. Rogo ut eam adeas, atque benedicas: confido enim quod per te reddenda sit sanitati. Qua ille voce confusus obstupuit, & refugit dicens, hoc suæ non esse virtutis, senem errare iudicio, non esse se dignum per quem Dominus signum virtutis ostenderet. Perstare vehementius flens pater, & orate cœpit ut exanimã visitaret. Postremò à circumstantibus Episcopis ire compulsus, descendit ad domum puellæ. Ingens turba proforibus expectans, quidnam Dei seruus esset fa-

cturus. Ac primum, quæ erant illius familiaria in istiusmodi rebus arma, solo prostratus orauit. Deinde ægram intuens, dari sibi oleum postulat: quod cum benedixisset, in os puellam sancti liquoris infudit, statimque vox reddita est. Tunc paulatim singula contactu eius cœperunt membra viuiscere, donec firmatis gressibus, populo teste, surrexit. Eodémque tempore Tetradij cuiusdam proconsularis viri seruus dæmonio correptus, dolendo exitu cruciabatur. Rogatus ergo Martinus, ut ei manum imponeret, deduci eum ad se iubet: sed nequam spiritus nullo proferri modo ex ea æde in qua erat, potuit, ita in aduenientes rabidis dentibus sæuiebat. Tunc Tetradius ad genua beati viri aduoluitur, orans ut ad domum in qua dæmoniacus habebatur, ipse descenderet. Tunc verò Martinus negare, se profani & Gentilis domum adire posse. Nam Tetradius eodem tempore adhuc Gentilitatis errore implicitus tenebatur. Spondit ergo se si de puero dæmon fuisset exactus, Christianam fore. Ita Martinus imposita manu puero, immundum ab eo spiritum eiecit: quo viso, Tetradius Dominum nostrum Iesum Christum credidit: statimque catechumenus factus, nec multum post baptizatus est, semperque Martinum salutis suæ auctorem miro coluit affectu.

Per idem tempus in eodem oppido Martinus ingressus patrisfamilias cuiusdam domum,

*Oleo sanat
filiam.*

*Dæmoniacum
curat.*

in limine ipso restitit, dicens: Horribile in atrio domus dæmonium se videre. Cui cum, ut discederet, imperaret, quendam è familia, qui in interiore parte ædium morabatur, arripuit: sæuire dentibus miser cœpit, & obuios quoscunque laniare. Commota est domus, familia turbata, populus in fugam versus. Martinus se furenti obiecit, ac primum stare ei imperat. Sed cum dentibus fremeret, hiantique ore morsum minaretur, digitos ei Martinus in os intulit: Si habes, inquit, aliquid potestatis, hos deuora.

Tunc verò, ac si candens ferrum faucibus accepisset, longè reductis dentibus digitos beati viri vitabat attingere: & cum fugere de obseffo corpore pœnis & cruciatibus cogeretur, nec tamen exire ei per os liceret, fœda relinquens vestigia, fluxu ventris egestus est. Interea cum de metu atque impetu barbarorum subita ciuitatem fama turbasset, dæmoniacum ad se exhiberi iubet, imperat ut an verus esset hic nuncius fateretur. Tunc confessus est: sedecim dæmones fuisse, qui rumorem hunc per populum disseminassent, ut hoc saltem metu ex illo Martinus oppido fugaretur, barbaros nihil minus quàm irruptionem cogitare: ita cum hæc immundus spiritus media in Ecclesia fateretur, metu & turbatione præsentis ciuitas liberata est.

Apud Parisios verò, dum portam ciuitatis illius magnis secum turbis euntibus introiret, leprosum miserabili facie, horrentibus cunctis,

*Parisius ofcu
later leprosum.*

osculatus est, atque benedixit, statimque ab omni malo emundatus est. Postera die ad Ecclesiam veniens nitenti cute, gratias pro sanitate, quam receperat, agebat. Sed nec hoc prætereundum est, quòd simbriæ vestimenti eius, cilicioque detractæ, crebras super infirmantibus egere virtutes. Nam cum aut digitis illigatæ, aut collo inditæ sunt, persæpe ab ægrotantibus morbos effugauerunt. Arborius autem, vir præfectorius sancti admodum & fidelis ingenij, cum filia eius grauissimis quartanæ febribus vinceretur, epistolam Martini, quæ casu ad eum delata fuerat, pectori puellæ in ipso accessu ardoris inseruit, statimque fugata febris est. Quæ res apud Arborium intatum valuit, ut statim puellam Deo voueret, & perpetuæ virginitati dicaret: profectusque ad Martinum puellam ei præfens, ob virtutum eius testimonium, quo absente licet curata esset, obtulit: neque ab alio eam, quàm à Martino, habitu virginitatis imposito, passus est consecrari. Paulinus verò, vir magni postmodum futurus exempli, cum oculum graui ter dolere cœpisset, & iam pupillam eius crassior nubes superducta texisset, oculum ei Martinus panniculo contigit, pristinamque statim ei sanitatem sublato omni dolore restituit. Ipse autem cum casu quodam esset de cœnaculo deuolutus, & per confragosos scalæ gradus decidens, multis vulneribus esset affectus, cum exanimis iaceret in cellula, & immodicis dolo-

*Oculum san-
nat tactu pã-
niculi.*

ribus cruciatur, nocte ei angelus visus est lauare vulnera, & salubri vnguento contusi corporis membra contingere: atque ita postera die restitutus est sanitati, vt nihil vnquam pertulisse incommodi puraretur. Sed quia longum est ire per singula, sufficiant hæc vel pauca de plurimis: satisque sit nos & in excellentibus non subtrahere veritatem, & in multis vitare fastidium. atque vt minora tantis inferam, quamuis, vt est nostrorum ætas temporum, quibus iam deprauata omnia atque corrupta sunt, vt penè præcipuum sit adulationi regie sacerdotalem cessisse constantiam. Cum ad Imperatorem Maximum, ferocis ingenij virum, & bellorum ciuiliū victoria elatum, plures ex diuersis partibus Episcopi conuenissent, & cæda circa principem omnium adulatio notaretur, seque degeneri inconstantia regie clientelæ sacerdotalis dignitas subdidisset, in solo Martino Apostolica auctoritas permanebat. Nā etsi pro aliquibus supplicandum regi fuit, imperauit potius quàm rogauit: & à conuiuio eius frequenter rogatus abstinuit, dicens, se mensæ eius participem esse non posse, qui Imperatores vnum regno, alterum vita expulisset. Postremò cum Maximus se non sponte sumpsisse Imperium affirmaret, sed impositam sibi à militibus diuino nutu regni necessitatem armis defendisse, & non alienam ab eo Dei voluntatem videri, penes quem iam incredibili euentu victoria fuis-

*Adulatio
Episcoporum.*

set, nullūque ex aduersariis nisi in acie occubisset. tandem victus vel ratione, vel precibus, ad conuiuū venit: mirum in modum gaudente rege, quòd id impetrasset. Conuiuæ autem aderant, veluti ad diem festum euocati, summi atque illustres viri, præfectus, idemque Consul Euodius, vir quo nihil vnquam iustius fuit: Comites duo summa potestate præditi, frater regis, & patruus medius inter hos Martini presbyter accubuerat: ipse autem sellula iuxta regem posita confederat. Ad medium ferè conuiuium (vt moris est) pateram regi minister obtulit, ille sancto admodum Episcopo potius dari iubet, expectans atque ambiens vt ab illius dextera poculum sumeret. Sed Martinus vbi ebibit, pateram presbytero suo tradidit, nulum scilicet, existimans digniorem qui possit prior bibere: nec integrum sibi fore, si aut regem ipsum, aut eos qui à Rege erant proximi, presbytero prætulisset. Quod factum Imperator, omnesque qui tunc aderant, ita admirati sunt, vt hoc ipsum eis in quo contempti fuerant placeret. celeberrimūque per omne palatium fuit, fecisse Martinum in regis prandio, quod in infirmorum iudicum conuiujs Episcoporum nemo fecisset. eidemque Maximo longè antè prædixit futurum, vt si ad Italiam pergeret, quò ire cupiebat, bellum Valentiniano Imperatori inferens, sciret se primo quidem futurum esse victorem, sed paruo post

Dignitas sacerdotalis regia dignior.

tempore esse periturum. Quod quidem ita vidimus. Nam primo aduentu eius Valentinianus in fugam conuersus est: Deinde post annum ferè resumptis viribus, captum intra Aquileiæ muros maximum interfecit. Constat autem etiam angelos ab eo plerumque visos, ita vt conferto inuicem apud eum sermone loquerentur. Diabolum verò tam conspicabilem & subiectum oculis habebat, vt siue in propria substantia contineret, siue in diuersas figuras spiritualésque nequitias transtulisset, qualibet ab eo sub imagine videretur. Quod cum diabolus sciret se effugere non posse, conuiciis eum vrgebat frequenter, quia fallere non posset insidiis. Quodam autem tempore cornu bouis cruentum in manu tenens, cum ingenti fremitu cellulam eius irrupit, cruentamque ostentans dexteram, & admissò recenti scelere congaudens: Vbi est, inquit, Martine virtus tua? vnum de tuis modo interfecit. Tunc ille conuocatis fratribus, refert quid diabolus indicasset: sollicitòsque esse præcepit per cellulas singulorum, quisnam hoc casu fuisset adfectus. Neminem quidem deesse de Monachis, sed vnum rusticum mercede conductum, vt vehiculo ligna deferret, isse ad syluam nunciavit. Iubet igitur aliquos ire ei obuiam. Itaque haud longè à monasterio iam penè exanimis inuenitur. extremum tamen spiritum trahens, indicat fratribus casum mortis & vulneris. Iunctis scilicet bubus dum

*Angelorum
còsortio sepe
visus est.*

dum dissoluta arctius lora constringit, bouem sibi excusso capite inter inguina cornu iniecit se, nec multo post vitam reddidit. Videres quo iudicio Domini, diabolo data fuerit hæc potestas. In Martino illud mirabile erat, quòd non solum hoc quod supra retulimus, sed multa istiusmodi, si quotiens accessisset, longè antè præuidebat, & sibi nunciata fratribus indicabat. Frequenter autem diabolus, dum mille nocendi artibus sanctum virum conabatur illudere, visibilem se ei formis diuersissimis ingerebat. nam interdum in Iouis personam, plerumque Mercurij, per sæpe etiam se Veneris ac Mineræ transfiguratum vultibus offerebat. aduersus quem semper interritus manebat, signoque se crucis & orationis auxilio protegebat. Audiebantur etiam plerumque conuicia, quibus illum turba dæmonum proteruis vocibus increpabat: sed omnia falsa & vana cognoscens, non mouebatur obiectis. Testabantur etiam aliqui ex fratribus, audisse dæmonem proteruis Martinum vocibus increpantem, cur intra monasterium aliquos ex fratribus, qui olim baptismum diuersis erroribus perdidissent, conuersos postea recepisset, exponentem crimina singulorum. Martinum diabolo repugnantem respondisse constanter, antiqua delicta melioris vitæ conuersatione purgari: & per misericordiam Domini absoluedos esse à peccatis, qui peccare desinerent, contradicente diabolo, non

Futura prædicit.

Diaboli variis formis illudebat.

pertinere ad veniam criminolos, & semel lapsis nullam à Domino posse clementiam præstari. Tunc in hanc vocem fertur exclamasse Martinus: Si tu ipse, ô miserabilis, ab hominum insectatione desisteres, & te factorum tuorum vel hoc tempore, cum dies iudicij in proximo est, pœniteret, ego tibi verè confisus in Domino, Christi misericordiam pollicerer. O quàm sancta de Domini pietate præsumptio, in qua etiam autoritatem præstare non potuit, ostendit affectum. Et quia de diabolo, eiusdemque artibus sermo exortus est, non ab te videtur, licet extrinsecus referre quod gestum est: quia & quædam in eo Martini virtutum portio est, & res digna miraculo rectè memoriæ mandabitur, in exemplum cauendi, si quid deinceps vspiam tale contigerit. Clarus quidam nomine, adolescens nobilissimus, mox presbyter, nunc fœlici beatus excessu, cum relictis omnibus se ad Martinum cõtulisset, breui tempore ad summum fidei virtutumq; omnium culmè innuit. Itaque cum haud longè sibi ab Episcopi monasterio tabernaculū constituisset, multi que apud eum fratres commorarentur, iuuenis quidam

Anatolij ad eum Anatolius nomine, sub professione monachi omnem humilitatem atque innocentiam mentitus accessit, abiitque aliquandiu in commune cum cæteris. Deinde procedèti tempore, angelos apud se loqui solere dicebat. nam cum fidem dictis nullus adhiberet, signis quibusdam

Anatolij
mentita san-
ctitas.

pleròsque ad credendum cohortabatur. Postremò eoulsque processit, vt inter se ac Deum Angelos discurrere prædicaret: iamque se vnum ex prophetis haberi volebat. Clarus tamen nequaquam ad credendum cogi poterat. ille ei iram Domini & præsentis plagas, cur sancto nõ crederet, comminari cœpit. Postremò in hanc vocem erupisse fertur: Ecce hac nocte vestem mihi candidam Dominus de cœlo dabit, qua indutus in medium vestrum conuersabor: idque vobis signum erit, me Dei esse virtutem, qui Dei veste donatus sum. Tunc verò grandis omnium ad hanc professionè expectatio fuit. Itaque ad mediam ferè noctem fremitu insultantium cõmoueri omne monasteriū loco visum est. cellulam autem in qua idem adolescens cõtinebatur, crebris cerneret micare luminibus, fremitusque in eo discurrerium, & murmur quoddã multarum vocum audiebatur. Deinde factò silentio egressus vnum de fratribus, Sabatium nomine, ad se vocat. tunicamque ei qua erat indutus ostendit. Obstupefactus ille, cõuocat cæteros. ipse etiam Clarus accurrit, adhibitoque lumine, vestè omnes diligenter inspiciunt. erat autè summa molliæ, candore eximio, micanti purpura, nec tamè cuius esset generis aut velleris, poterat agnosci. curio sius tamen oculis aut digitis atrectata, non aliud quàm vestis videbatur. Interea Clarus fratres admonet, orationi instare, vt manifestius eis Dominus quidnam esse ostenderet.

Itaque reliquum noctis hymnis psalmisque cōfumitur. At ubi illuxit dies, adprehensum dextera trahere eum ad Martinum volebat, bene conscius, illudi illum diaboli arte non posse. Tunc verò reniti ac reclamare miser cœpit, interdiciūmque sibi esse dicebat, ne se Martino ostenderet. Cūmque inuitum ire compellerent, inter trahentium manus vestis evanuit. Unde quis dubitet hanc etiam Martini fuisse virtutem, ut phantasiā suā diabolus, cum erat Martini oculis ingerenda, dissimulare diutius, aut regere non posset. Animaduersum est tamen eodem ferè tempore fuisse in Hispaniis iuuenem, qui cum sibi multis signis auctoritatem perisset, eousque elatus est, ut se Heliam profiteretur. Quod cum plerique temere credidissent, addidit, ut se Christum esse diceret: in quo etiam aded illudit, ut eum quidam Episcopus nomine Ruffus, ut Dominum adoraret: propter quod eum postea ab Episcopatu deiectum vidimus. Plerique etiam nobis è fratribus retulerunt, eodem tempore in Oriente quandam exstitisse, qui se Ioannem esse iactitaret: ex quo coniecere possumus, istiusmodi pseudo prophetis existentibus, Antichristi aduentum imminere, qui iam in istis mysterium iniquitatis operatur. Neque enim prætereundum videtur, quanta Martinum sub iisdem diebus diabolus arte tentauerit. Quadam enim die præmissa præ se potestate, & circumtectus ipse luce purpurea,

*Fugitur B.
Martinus.*

*Pseudopro-
pheta His-
panus.*

*Diaboli arte
tentatur B.
Martinus.*

quo facilius claritate adsumpti fulgoris illuderet, veste etiam regia indutus, diademate ex gemmis auròque redimitus, calceis auro illitis, sereno ore, læta facie, ut nihil minus quàm diabolus putaretur, oranti in cellula astitit. Cūmque Martinus primo aspectu eius fuisset hebetatus, diu multūmque silentium ambo tenuerunt. Tunc prior diabolus: Agnosce, inquit, Martine, quē cernis. Christus ego sum: descensurus ad terram, prius me manifestare tibi volui. Ad hæc cum Martinus taceret, & nequicquam responsi referret, iterare ausus est diabolus professionis audaciam: Martine quid dubitas credere, cum videas? Christus ego sum. Tunc ille reuelante sibi spiritu, ut intelligeret diabolū esse, non Deū: Non se inquit, Iesus Dominus purpuratū & diademate renitētem venturum esse prædixit. Ego Christū, nisi in eo habitu, formæque qua passus est, nisi crucis stigmata proferentem, venisse non credam. Ad hanc ille vocem statim ut fumus evanuit, & celulam tacito fœtore compleuit, ut indubia indicia relinqueret, diabolū se fuisse. Hoc itaque gestū, ut supra retulimus, ex ipsius Martini ore cognoui, ne quis fortè existimet fabulosum. Nam cum olim audita fide eius, vita atque virtutibus, desiderio illius æstuaemus, gratam nobis ad eum videndum peregrinationem suscepimus: simul quia iam ardebat animus vitam illius scribere, partim ab ipso, inquantum ille in-

*Signa cogno-
scēdi spiritus.*

terrogari potuit, sciscitati sumus partim ab his qui interfuerat, vel sciebant, cognouimus. Quo quidem tempore credi non potest, qua me humilitate, qua benignitate susceperit: congratulatus plurimum, & gauisus in Domino, quod tanti esset habitus à nobis, què peregrinatione suscepta expetissemus. Miserum me penè non audeo confiteri cum me sancto conuiuio suo dignatus est adhiberi: aquam manibus nostris ipse obtulit, ad vesperum autem ipse nobis pedes abluit: nec reniti aut contraire constantia fuit, ita auctoritate illius oppressus sum, vt nefas putarem si non acquiesissem. Sermo autem illius non alius apud nos fuit, quam mundi huius illecebras, & seculi onera relinquenda, & Dominum Iesum liberi expeditique sequeremur. Præstantissimumque nobis præsentium temporum illustris viri Paulini, cuius supra mentionem fecimus, exemplum ingerebat, qui summis opibus abiectis, Christum secutus, solus penè his temporibus Euangelica præcepta compleisset: illum nobis sequendum, illum clamabat imitandum: beatumque esset præsens seculum, tantæ fidei virtutisque documentum, cum secundum sententiam Domini diues & possidens multa, vendendo omnia & dando pauperibus, quod erat factu impossibile, possibile fecisset exemplo. Iam verò in verbis & confabulatione eius, quanta grauitas, quanta dignitas erat? quàm alacer, quàm efficax, & quàm in

Paulini perfectio ad imitandum profusa.

exoluendis scripturarum quæstionibus promptus & facilis? Et quia multos ad hanc partem incredulos scio, quippe quos viderim, meis potest etiam referere, non credere: Iesum testor, spemque communè, me ex nullius vnquam ore tantum scientiæ, tantum ingenij, tam boni, & tam puri sermonis audisse, quàm in Martini virtutibus: quantum est ista laudatio, nisi quod mirum est homini illiterato ne hanc quidem gratiam defuisse. Sed iam finem liber postulat, sermo claudendus est: non quòd omnia quæ de Martino fuerant dicenda, defecerint: sed quia nos inertes potest, extremo in opere negligentes, victi materiæ, mole succumbimus. Nam etsi facta illius explicari verbis vtunque potuerint: interiorum vitam illius, & quotidianam conuersationem, & animum cælo semper intentum nulla vnquã (verè profiteor) explicabit oratio, illam scilicet perseuerantiam, & temperamentum in abstinentia & ieiuniis, potentiam in vigiliis & orationibus: noctesque ab eo perinde, ac dies actas, nullumque vacuum ab opere Dei tempus, quo vel ocio indulserit, vel negotio. Sed nec cibo aut somno cuidã, nisi in quantum naturæ necessitas cogeat. Verè fateor, nec si ipse (vt aiunt) ab inferis Homerus emergeret, posset exponere: ad eò omnia maiora in Martino sunt, quàm vt verbis concipi queant. Nunquam hora vlla vel momentum præterit, quo non aut orationibus incumberet, aut insisteret lectioni.

B. Martini conuersatio in oculis.

Eius facta explicari non posse.

Quantum etiam inter legendum, aut si quid aliud forte agebat, nunquam animum ab oratione laxabat. Nimirum ut fabri ferrarij moris est, qui inter operandum pro quodam laboris leuamine incudem suam feriunt: ita Martinus etiam dum aliud agere videretur, semper orabat. O verè beatus, in quo dolus non fuit: neminem iudicans, neminem damnans, nulli malum pro malo reddens. Tantam quippe aduersum omnes iniurias patientiam adsumpserat, ut cum esset summus sacerdos, impunè etiam ab infimis clericis læderetur. Nec propter id eos aut loco vnquam amouerit, aut à sua (quantum in ipso fuit) charitate repulerit. Nemo vnquam illum vidit iratum, nemo commotum, nemo mœrentem, nemo ridentem: vnus idè- que semper, cœlestem quodammodo lætitiã vultu præferens, extra naturam hominis videbatur. Nūquam in illius ore nisi Christus, nunquam in illius corde, nisi pietas, nisi pax, nisi misericordia inerat. Plerunque etiam pro eorum qui obrectatores illius videbantur, solebat flere peccatis, qui remotum & quietum venentis linguis & vipereo ore carpebant. Et verè nonnullos experti sumus inuidos virtutibus, vitæque eius, qui in illo oderat, quod in se non videbant, & quod imitari non valebant. Atque ô nefas dolendum & ingemiscendum. Non alij fuere insectatores eius, licet pauci admodum, non alij tamen quàm episcopi ferebantur. Nec

*Inimici ode-
rant gratis
B. Mart.*

verò quèquam nominare necesse est, licet nosmetiplos plerique circumlatrent. Sufficit, ut si quis ex his legerit & agnouerit, erubescat. Nam si irascitur, de se dictum fatebitur: cum fortasse nos de aliis senserimus. Non refugimus autem, ut si qui eiusmodi sunt, eos quoque viros cum tali oderint. Illud facile confido, omnibus sanctis opusculum istud gratum fore: de cætero, si quis hæc infideliter legerit, ipse peccabit. Ego mihi conscius sum, me rerum fide, & amore Christi impulsum, ut hæc scriberem, manifesta exposuisse, vera dixisse: paratūq; (ut spero) habebit à Deo præmium, non quicumque legerit, sed quicumque crediderit.

Amen.

LIBER SECVNDVS

DE OBITU, ET TRANSLATIONE S. Martini.

SEVERVS SVLPITIVS

Dorelo Diacono, Salutem.

PROSTE A QUAM à me manè digressus es, eram residens solus in cella. subierátque me illa, quæ sapius occupat, cogitatio, spes futurorum, præsentiumque fastidium, iudicij metus, formido pœnarum: & quod consequens erat, atque vnde cogitatio tota descenderat, peccatorum meorum recordatio tristeme confectumque reddiderat. Deinde cum fatigata angore animi in lectulo membra posuissim (vt plerunque accidere ex mœstitudine solet) somnus obrepit: qui vt semper matutinis horis leuior, interitúsq; ita suspensus & dubius per membra diffunditur, vt quod in alto sopore non euenerit, penè inuigilás dormire te sentias.

In somno apparet beatus Martinus Sulpitio.

Cum repèté sanctum Martinum Episcopum videre mihi videor, prætextum toga candida, vultu niueo, stillantibus oculis, crine purpureo: atque ita mihi in ea habitudine corporis, formæque, quam noneram, videbatur, vt quod eloqui nobis penè difficile est, non possit aspicere, cum possit agnosci. Arridensque mihi pau-

lulum, libellum quem de vita illius scripseram, dextra præferebat. Ego sancta genua eius amplexus, benedictionem pro consuetudine flagitabam, superposita capiti meo manu tactu blandissimo sentiebam, cum inter benedictionis verba solennia familiare illud ori suo crucis signum iteraret: mox in eum luminibus intentis, cum exatiari vultu illius conspectuque non possem, subito mihi in sublime sublatus eripitur: donec immensa aëris istius vastitate, cum tandem rapida nube subuectum acie sequeremur oculorum, patenti cælo receptus, videri ultra non potuit. Nec multum post presbyteram sanctum Clarum, discipulum illius, qui nuper excefferat, video eandem quam magistrum viam scandere. Ego impudens sequi cupiens dum altos gressus molior & nitor, euigilo: somnoque excitatus, congratulari cœperam visioni, cum ad me puer familiaris ingreditur, solito tristior vultu, loquentis pariter, & dolentis. Quid tu, inquam, tam tristis loqui gestis? Duo, inquit, monachi à Turonis adfuerunt, qui Dominum Martinum obisse nunciant: concidi fateor, obortisque lacrymis fleui vberissime: quinetiam dum hæc ad te frater scribimus, fluunt lacrymæ, nec vllum impatientissimi doloris admitto solatium. Te verò, vbi hoc nunciatum est, participem esse volui luctus mei, qui eras socius amoris. Veni ergo ad me statim, vt pariter lugeamus quam pa-

Clarus discipulus eiusdè.

Mors B. Martini nunciatur.

riter amabamus: quanquam sciam virum illum non esse legendum, cui post euctum triumphatumque seculum, nunc dæmum reddita est corona iustitiæ. Sed tamen ego non possum mihi imperare, quin doleam. Præmissi quidem patronum, sed solatium vitæ præsentis amisi: & si rationem vllam dolor admitteret, gaudere deberem. Est enim ille, vbi est confertus apostolis ac prophetis: & quod pace sanctorum omnium dixerim, in illo iustorum grege nulli secundus, vt spero, credo, & confido: illis potissimum: qui stollas suas in sanguine agni lauerunt, adgregatus, agnum ducem ab omni integer labe comitatur. Nam si licet ei ratio temporis non potuerit præstare martyrium, gloria tamen martyris non carebit, quia voto atque virtute & potuit esse martyr, & voluit. Quod si ei Neronianis Decianisque temporibus, in illa quæ tunc extitit, dimicare congressione licuisset, testor Deum cæli atque terræ, sponte equuleum ascendisset, vltro se ignibus intulisset: Hebræisque pueris æquandus, inter flammaram globos media licet hymnū Domini in fornace cantasset. Quod si Esaiantum illud supplicium persecutori forte placuisset, nunquam profectò impar Prophetæ, ferris & laminis dissecari membra timuisset: ac si præcisus rupibus, abrutisque montibus agere felicem furor impius maluisset, perhibeo, confusus testimonium veritatis, sponte cecidisset. Si verò gentiū doctoris exemplo gladio de-

*Cur gloria
martyris tri-
buenda sit
S. Martino.*

putatis inter alias, vt sepe prouenit, victimas duceretur, primus omnium carnifice compulso, palmam sanguinis occupasset. Iam verò aduersus omnes pœnas atque supplicia, quibus plerūque humana cessit infirmitas, ita à cōfessione Domini nō recedēs, immobilis obstiteret, vt letus vlceribus cōgaudensque cruciatibus quælibet inter tormēta risisset. Sed quāquam ista non tulerit, impleuit tamē etiam sine cruore martyriū. nam quas ille pro spe æternitatis humanorum dolorū nō pertulit passiones fame, vigiliis, nuditate, ieiuniis, opprobriis inuidorū, infectionibus improborū, cura pro infirmatibus, sollicitudine pro periclitantibus. Quis enim illo dolente non doluit? quo scandalizante nō vltus. quo pereūte non genuit: præter illa quotidiana illius aduersum humanæ spiritualisque nequitie diuersa certamina, dū in eo variis tentationibus appetito, semper exuperat fortitudo vincendi, paciētia expectādi, æquanimitas sustinēdi. O verè ineffabilē virum, pietate misericordia, charitate, quæ quotidie etiā in sanctis viris seculo frigescēte frigescit: in illo tamen vsque ad finē aucta, indies perseverauit. quo ego illius bono vel specialiter fruitus sum, cum me indignū & non merentem vnicè diligebat. En rursus lacrymæ fluūt, imoque de pectore gemitus erūpit: in quo mihi post hæc homine similis requies, in cuius erit charitate solatiū. Me miserū, me infelicem, potero ne vnquam, si diutius vixero, non dolere

*Veri marty-
rij causa.*

quod Martino superstes sum? Erit posthæc vita iucunda, erit dies aut hora sine lacrymis, aut tecum frater dilectissimè, potero illius mētionem habere sine fletu: aut vnquā loquēs apud te aliud quàm de illo loqui potero? Sed quid te in lacrymas fletusque commoueo, ecce nunc consolatum esse te cupio, qui me cōsolati ipse non possum: non deerit nobis ille, mihi crede, non deerit, intererit de se fermocinantibus, adstabit orantibus. Quod iam hodie præstare dignatus est, videndum se in gloria sua sæpe præbebit, & assidua sicut ante paululum fecit, benedictione nos proteget. Inde secundum ordinem visionis qua cælum sequentibus se petere monstrauit, quo sequendus esset, edocuit: quò spes nostra tendēda, quò animus dirigēdus instruxit. Quod tamen fiet frater, quod mihi ipse sum conscius, condescendere arduum illud, ac penetrare non potero, ita sarcina molesta me pregruat, & peccati mole depressum negato in astra conscensu, sæua mirabilem ducit in tartara. Spes tamen superest illa sola, illa postrema, aut quod per nos obtinere non possumus: saltem pro nobis orante Martino mereamur. Sed quid te frater diutius occupo epistola tam locaci? demoror que venturum, simul iam pagina impleta non recipit? Mihi tamen hæc fuit ratio, sermonem istum longius proferendi, vt quia doloris nuntium epistola deferebat, eadem tibi ex quadam nostri confabulatione præstaret charta solatium.

*B. Martini
intercessio
prohibetur.*

EPISTOLA EIVSDEM AD
Basulam de eadem re.

*SULPITIUS SEVERUS BA-
sula parenti venerabili salutem.*

SI parentes vocari in ius liceret, te planè expilationis furtique ream, ad prætoris tribunal iusto dolore traheremus. Quid enim non conquear, quam te patier iniuriã? Nullam mihi domi chartulam, nullum libellum, nullam epistolam reliquisti: ita furaris omnia, ita vniuersa diuulgas. Si quid ad amicū familiariter scripsi, si quid fortè dum ludimus, quod vellem tamen occultum esse dictavi, omnia ad te prius penè, quàm fuerint scripta, aut dictata, perueniunt. nimirum obaratos habes notarios meos, per quos tibi nostra ineptia publicantur. Nec tamen aduersum eos possum moueri, si tibi parent, qui in ius nostrum ex tua potissimum liberalitate venerunt, sequè adhuc tuos quàm meos esse meminerunt. Tu sola es rea, tu sola culpabilis, quæ & mihi insidiaris, & illos fraude circumuenis, vt sine delicto vllò familiariter scripta, aut negligenter emissa, illucubrata tibi penitus atque impolita tradantur. Nam vt de reliquis taceream, rogo quemadmodum tam citò ad te epistola illa potuit peruenire, quam nuper ad Aurelium Diaconū scripseramus. Ego enim Tolosa positus, tu Treueris constituta, & tam longè à patria filio inquietante diuulsa, qua tandem familiarem illam epistolam occasione furata es? Námque accepi litteras tuas

*Queritur lu-
dens cū Bas-
sula de imma-
tura emulga-
tione librorū
suorum.*

quibus scribis in eadem epistola, qua de obitu Domini Martini fecerim mentionem, ipsum beati viri transitum exponere debuissim. Quasi verò ego illam epistolam, aut legendam alij præterquam ipsi ad quem missa videtur, ediderim: aut ego tanto sum operi destinatus, ut omnia quæ de Martino cognosci oportet, me potissimum scribentem notescant. Itaque si qua de obitu sancti E-

Inuitat ad
lectionem hi-
scopi audire desideras, ab illis potius qui interfuere,
storia de obi-
cognosce. Ego tibi statui nihil scribere, ne ubique me
tu B. Mar-
publices: tamen si das fidem, nulli te esse lecturam, pau-
cini.
cis tua satisfaciã voluntati. itaque præstabo his, ut
qua & mihi sunt comperta, participem.

EIVSDEM DE TRAN-
situ sancti Martini.

MARTINVS igitur obitum suum longè antè præsciuit, dixitque fratribus suis dissolutionem sui corporis imminere. Interea causa extitit, qua Cadacensem diocesim visitaret: nam clericis inter se ecclesiæ illius discordantibus, pacem cupiens reformare, licet finem dierum suorum non ignoraret: proficisci tamè istiusmodi ob causam non recusauit: bonam hanc virtutum suarum consummationem existimans, si pacem Ecclesiæ redditam reliquisset. Ita profectus cum suo illo, ut semper frequentissimo discipulorum sanctissimoque comitatu, mergos in flumine conspicatur piscium prædã sequi, & rapacem ingluuiem

Dies obitus
premissus à
B. Martino.

assiduus vrgeret capturis. Forma, inquit, hæc dæmonum est, insidiatur incautis, capiunt nescientes: captos deuorant, exaturarique non queunt deuoratis. Imperat deinde potenti virtute verborum, ut eum cui innatabat gurgitè relinquentes, atidas peterent, desertasque regiones: eo nimirum circa aues illas vsus imperio: quæ dæmones fugare cõsueuerat, Ita grege factò, omnes in vnum illæ volucres congregate, relicto flumine, montes syluasque petierunt, non sine admiratione multorum, qui tantam in Martino virtutem viderent, ut etiam auibus imperaret. Aliquãdiu ergo in vico illo, vel in Ecclesiã ad quã ierat, comoratus, pace inter clericos restituta, cum amregredi ad monasterium cogitaret, viribus corporis cœpit repentè destitui: conuocatisque discipulis iudicat se iam resolu. Tunc verò mæror & luctus omnium vox vna plangentium: Cur nos pater deseris? aut cui nos desolatos relinques? Inuadent gregem tuum lupi rapaces, & quis eos à moribus nostris percusso pastore, prohibebit? Scimus quidem, desiderare te Christum: sed salua tibi sunt tua præmia: nec dilata minuentur: nostri potius miserere, quos deseris. Tunc ille motus his fletibus, ut totus semper in Domino misericordiæ visceribus affluebat, lacrymassè perhibetur: conuersusque ad Dominum, hæc tantum flentibus voce respondit: Domine si adhuc populo tuo sum necessarius, non recuso laborem: fiat voluntas tua. Nimirum inter spem

Imperat
auibus.

Visitat dia-
cesim Can-
dacensem.

*Nec mori
nec viuendo
laborare re-
cusat.*

amoremque positus, dubitauit penè quid mal-
let: quia nec hos deserere, nec à Christo vole-
bat diutius separari: nihil tamen in voto suo po-
nens, aut voluntati suæ relinquens totum se Do-
mini arbitrio potestatiq̃e cõmisit. Nonne tibi
his paucissimis verbis dicere videtur: grauis qui-
dem est domine corporeæ pugna militiæ, & iam
satis est, quod hucusque certauis: sed si adhuc in
eodem labore pro castris tuorum stare me præ-
cipis, non recuso laborem, nec fatiscentem cau-
sabor ætatem. Mādāta tua deuotus implebo, sub
signis tuis quoadusque tu iusseris militabo, &
quamuis optata sit seni missio post laborem, est
tamē animus victor annorum, & cedere nescius
senectuti: ac si iam parcis ætati, bonum est mihi
Domine uoluntas tua. Hos uerò de quibus ti-
meo, ipse custodiet. O uirum ineffabilem, nec
labore victum, nec morte vincendum, qui in
nullam se partem pronior inclinauerit, nec mo-
ri timuerit, nec viuere recusauit. Itaque cū iam
per aliquot dies vi febrim teneretur, nō tamen
à dei opere cessauit: per noctem etiam in oratio-
nibus & uigiliis, fatiscentes corporis artus ser-
uire spiritui cogebat, nobili illo statu suo, cine-
re & cilicio recubans. Et cum à discipulis roga-
retur, ut saltem uilia sibi sineret stramenta sup-
poni: Non decet, inquit, filij, Christianum, nisi
in cilicio & cinere mori. Ego si aliud uobis ex-
emplum relinquo, ipse peccabo. Oculis igitur
ac manibus in cœlum semper intentis, inuictum

*Voluntati dei
se submittit.*

*Quo in sta-
tu mori con-
ueniat Chri-
stianis.*

ab oratione spiritum non relaxabat. & cum à
presbyteris, qui tunc ad eum confluerant, ro-
garetur, ut corpusculum lateris mutatione rele-
uaret: Sinite, inquit, sinite me fratres, cœlum po-
tius respicere, quàm terram, ut suo iam itinere
iturus ad Dominum spiritus dirigatur. Hæc lo-
cutus, diabolum uidit propè assistere: Quid tu
hîc, inquit, adstas cruenta bestia: nihil in me fu-
nesti reperies. Abrahæ me sinus recipiet. Cum
hac ergo uoce flagitatum diuinis operibus spi-
ritum cœlo reddidit: restatiq̃e nobis sunt qui
affuerunt, iam ex animo corpore glorificari ho-
minis uidisse se gloriam. Vultus siquidem eius
luce clarior renitebat. cum membra cætera nec
tenuis quidem macula fuscaret. in aliis etiam,
& in illo tantundem artibus non pudendis, se-
ptennis quodammodo pueri gratia uidebatur.
Quis istum inquam cilicio tectum, quis cine-
ribus crederet inuolutum? ita vitro purior, la-
cte candidior, iam in quadam futuræ resurre-
ctionis gloria, & natura demutatæ carnis, osten-
sus est. Iam uerò in obsequium funeris credi nō
potest, quanta hominum multitudo conuen-
rit. tota ciuitas obuiam corpori ruit, cuncti ex
agris atque vicis, multiq̃e ex vicinis etiam ur-
bibus affuerunt. O quantus luctus omnium,
quanta præcipuè mœrentiũ lamenta monacho-
rum, qui ex eo die ferè ad duo millia cõuenisse
dicuntur, specialis Martini gloria, cuius exēplo
in Domini seruitute stirps tāta fructificauerat.

*Alloquitur
diabolum mo-
riturus.*

*Obitus B.
Martini.*

Agebat nimirū ante se pastor extinctus greges suos, sanctæ illius multitudinis pallidas turbas, agmina palliata, & aut emeritorum laborū senes, aut iuratos Christi in sacramenta tyrones: tum virginum choros, fletu abstinentes præ pudore, cum lætandum potius esse sentirent, quem iam suo Dominus gremio confoueret. Quàm sancto dissimulabāt gaudio, quod dolebāt: cum siquidem, etsi fides flere prohiberet, gemitū extorqueret affectus. Etenim tam erat sancta de illius gloria exultatio, quàm pia de morte confusio. Ignoscis flentibus, gratulare gaudentibus: quia & pium est gaudere Martino, & pium est flere Martinū, dum vnusquisque & sibi præstat vt doleat: & illi debet vt gaudeat. Hoc igitur beati viri corpus vsque ad locū sepulchri, hymnis canora cœlestis turba prosequitur. Comparatur, si placet, secularis illa pompa, non dicam funeris, sed triūphi, quid simile poterit Martini conferri exequiis? Ducant illi victores præ curribus suis vinctos, post terga captiuos: Martini corpus, hi qui mundum ductu illius vicerant, prosequuntur. Illos confusis plausibus populorum honorat infania, Martino diuinis plauditur psalmis. Martinus hymnis cœlestibus honoratur: illi post triumphos suos in tartara sæua trudentur, Martinus Abrahæ sinu lætus excipitur, Martinus hic pauper & modicus, cœlum diues ingreditur: illinc nos, vt spero, custodiēs me hæc scribentem respicit, te legentem.

Exequiarum honor.

LIBER TERTIVS

SEVERI SVLPITII DE

virtutibus Orientalium

Monachorum.



VM IN VNUM locum ego & Galus noster interim conuenissemus, vir mihi & propter Martini memoriam ex illius discipulis erat, & propter sua merita charissimus, interuenit nobis Posthumianus meus, nostri causa ab Oriente, quod se ante triennium, patriam relinquens, cōtulerat. Regressum complexi hominem amantissimum, exosculantūque genua & pedes eius, cum vno atque altero spacio obstupefacti inuicem flentes gaudio deambulassemus, iactis in terra cilicis confedimus. Tunc prior Posthumianus me intuens: Cum essem, inquit, in remotis Ægypti, libuit vt ad mare vsque procederem. nauemque illic onerariam offendi, quæ cum mercibus Narbonæ petens, soluere parabat. Eadem nocte in somnis mihi ad stare visus es, & iniecta me manu trahere, vt nauim illam conscenderem. mox per tenebras erumpente diluculo, cum eo loco in quo quieveram, surrexissem, somnium meum ipse mecum reputans, tanto tui desiderio subito correptus sum, vt nihil cunctatus, nauim conscende-

Ex occasione narrat virtutes monachorum Orientalium.

rem; & tricesima die Massiliam adpulsus, inde huc decimo aduenerim. Ad eod prospera navigatio piæ adfuit voluntati. Tu modò, propter què tot maria transnavigabimus, tantum terræ trāscurrimus, complectendum, perfrucendumque te, remotis omnibus, trade. Ego verò, inquam, etiam cum in Ægypto morareris, totius tecum semper animo & cogitatione versabar: meque de te die ac nocte cogitantem, totum tua charitas possidebat: nedum modo me tibi astringes puncto temporis defuturum, quo minus amore tuo pendens, te intuear, te audiam, & tecum loquar: nullo penitus in secretum nostrū, quod nobis hæc remotior cellula præstat, admissō. Nā huius nostri, vt arbitror, Galli præsentiam non molestè ferēs, quia huc aduentu tuo (vt vides) perinde atque ego ipse, triumphat gaudio. Rectè plane, inquit Posthumianus, in societate nostra Gallus iste retinebitur: quia etsi mihi parum cognitus est, pro eo tamen quòd tibi est charissimus, non potest mihi non esse charus, maxime cum ex Martini sit disciplina. Neque grauabor quamlibet conserte vobiscum, vt poscitis, fabulari: quippe cum hoc venerim, vt me huius Sulpitij mei (me autem vtraque manu complectebatur) desiderio etiam verbosius impenderem. Enimuerò, inquam, satis probasti, quantum pius amor possit, qui nostri causa tot maria, tantūque terrarum emensus, à summo (vt ita dicā) solis egressu, vsque in eius occidua

Disciplina bonorum in precio.

Vs amoris exprimitur.

venisti. Age ergo, quia & secreti inter nos, nec occupati sumus, & sermone tuo vacare debemus, edisseras nobis velim omnem peregrinationis historiam qualiter in Oriente fides Christi floreat, quæ sit sanctorum quies, quæ instituta monachorum, quantis signis ac virtutibus in feruis suis Christus operetur. Nam certe quia in his regionibus, inter ista quæ viuimus, ipsa nobis vita fastidio est: libèter ex te audiemus, si vel in crebro viuere Christianis licet. Ad hæc Posthumianus: Faciam, inquit, vt desiderare te video. Sed quæso prius ex te audiam, an isti omnes quos hic reliqueram sacerdotes, tales sunt, quales eos antequam proficiscerer, noueram. Tunc ego: Absit, te, inquam, ista quærere, quæ aut vna mecum (vt puto) nosti: aut si ignoras, nō audire sit melius. Illud rericere non possum, non solum illos de quibus interrogas, nihil meliores quàm noueras factos: sed vnum illum nostri quondam amantem, in quo respirare ab istorum insectationibus solebamus, asperiores nobis fuisse quàm debuit. Nec verò quicquam in illum inclementius dicam, quia & amicum colui, & tunc etiam amaui cum putabatur inimicus. Me autem hæc tacitis cogitationibus reuolvente, admodum dolor iste compungit pœnè, nos sapientis & religiosi viri amicitia destitutos, illum quondam tam amicum nobis, tam amarū in nos esse potuisse. Verùm hæc quæ mœroris plena sunt, relinquamus:

Pro adificatione proximi non tacendum.

se potius, ut dudum spondendas, audiamus. Ita, inquit, fiat, Posthuanus. & cum dixisset paululum omnes conticuerunt: deinde cili-
cium cui infederat, ad me propius admouit, at-
que ita exorsus est. Ante hoc triennium, quo
tempore tibi Sulpiti hinc abiens valedixi, ubi
Narbona nauim soluimus, quanto die portum
Africe intrauimus (adeo prospera Dei nutu na-
uigatio fuit) libuit animo adire Carthaginem,
loca visitare sanctorum, & præcipue ad sepul-
chrum Cypriani Martyris adorare. Quintode-
cimo die ad portum regressi, prouectique in
altum, Alexandriam perentes, reluctante Au-
stro, penè in Syrtes illati sumus: quod pro-
uidi nauæ cauentes, iactis nauem anchoris si-
stunt. Sub oculis autem terra continens erat,
in qua scaphis egressi: cum vacua ab humano
cultu omnia cerneremus: ego studiosior explo-
randorum locorum gratia longius processi, tri-
bus ferè milibus à lictore paruim tugurium in-
ter arenas conspicio: cuius relictum, sicut Salu-
stius ait, quasi carina nauis erat. contiguum ter-
ræ, satis firmis tabulatis constratum, non quod
ibi vis imbrium vlla timeatur. fuisse autem illic
pluuiam, ne vnquam quidem auditum est: sed
quod ventorum ea vis est, ut si quando vel ele-
mentiori cælo aliquantulum spirare flatus cœ-
perit, maius in illis terris, quàm in vlllo mari nau-
fragium sit. Nulla ibi germina, fata nulla pro-
ueniunt: quippe instabili loco arentibus arenis,

*Insula inco-
gnita.*

ad omnem motum ventorum cedentibus. Ve-
rùm ubi auersa quadam à mari promontoria
ventis resistunt, terra aliquantulum solidior,
herbam raram atque hispidam gignit. ea oui-
bus est pabulum satis vtile. incolæ lacte viuunt.
qui solertiores sunt, vel ut ita dixerim, ditiores:
hordeaceo pane vtuntur. ea ibi sola messis est,
quæ celeritate prouentus, per naturam solis si-
ue aëris ventorum casus euadere solet. Quip-
pe fertur à die iacti seminis, tricesimo die ma-
turefcere. Consistere autem ibi homines non a-
lia ratio facit, quàm quod omnes tributo liberi
sunt. extrema siquidem Cyrenorum. Ora est
deserto illi contigua quod inter Ægyptum &
Africam interiaceret, per quod olim Cato Cæ-
sarem fugiens, duxit exercitum. Ego ut ad tu-
gurium illud quod eminus conspexeram, pro-
tendi, inuenio senem in veste pellicea, molam
manu vertentem. Consolatus ille accepit nos
benignè, eiectos nos in illud littus exponimus,
& ne statim repetere cursum possimus, maris
molestia detineri: egressos in terram (ut est mos
humani ingenij) naturam locorum, culturamque
habitantium voluisse cognoscere: Christianos
nos esse: idque præcipue quærere, an essent ali-
qui inter illas solitudines Christiani. Tunc verò
ille flens gaudio, ad genua nostra prouoluitur,
iterum nos ac sepius exosculatos inuitat ad ora-
tionem: deinde impositis in terram verue cum
pellibus facit nos discumbere. Apponit pran-

*Maturitas
frugum mi-
rabilis.*

*Recipiuntur
humanissime
in locis pere-
grinæ.*

dium sanè locupletissimum, dimidium panem hordeaceum. Eramus autem nos quatuor, ipse erat quintus. Fasciculum etiam herbæ intulit, cuius nomen excidit, quæ mentē similis, exuberans foliis, saporem mellis præstabat: huius prædulci admodum suavitate delectari, atque exatiati sumus. Ad hæc subridens ego, ad Gallum meum, Quid, inquam, Gallo, placētne tibi prandium fasciculus herbarum, & panis dimidius quinque viris? Verè tunc ille (sicut est vercundissimus) aliquantulum erubescens, dum fatigationem meam accepit: Satis, inquit, Sulpiti tuo more, qui nullam occasionem, si qua tibi porrecta fuerit, omittis, quin nos edacitatis fatiges: sed facis inhumanè, qui nos Gallos homines cogis exemplo Angelorum vivere, quanquam ego studio manducandi etiam Angelos māducare credam. Nam istum dimidium hordeaceum timeo, vel solus attingere. sed contentus sit hoc Cyrenensis ille, cui vel necessitas, vel natura est esurire, vel postremò isti, quibus credo marina iactatio in ediam cibi fecerunt: nos procul à mati absumus, & quod tibi sape testatus sum, Galli sumus. Sed pergat hic potius explicare sui Cyrenensis historiam. Enimvero, Posthumianus ait, cauebo posthac cuiusquam abstinentiam prædicare, ne Gallos nostrū arduum penitus offendat exemplum. Statueram autem etiam cœnam Cyrenensis illius, vel consequentiā dicere: septem enim diebus apud

Herbis vestigiis cognoscitur.

Gallorum et angelorum vita dissimilis.

Gallorum vestigia abstinentia

ipsum fuimus. Referrem communia, sed super sedendum est, ne Gallus se æstimet fatigari. Cæterum postero die cum aliqui ex incolis ad nos visendos confluere cœpissent, cognoscimus illū hospite nostrum esse presbyterum, quod summa nos dissimulatione celauerat. Deinde cum ipso ad Ecclesiam processimus, quæ ferè duobus milibus aberat à conspectu nostro interiectu mōtis exclusa. Erat autem vilibus texta virtugultis, non multo ambitiosior quàm nostri hospitis tabernaculum, in quo nisi incuruus quis non poterat consistere. Cum hominum mores quæreremus, illud præclare animaduertimus, nihil eos neque emere, neque vendere. quin & quid sit fraus aut furtum nesciunt. Aurum atq; argentum, quæ prima mortales putant, neque habent, neque habere cupiunt. Nam cum ego presbytero illi decem nummos aureos obtulissem, refugit, altiore consilio protestatus, Ecclesiam auro non instrui, sed potius destrui, aliquantulum ei vestimentorum indulimus. Quod cum ille benigne accepisset, reuocantibus nos ad mare nautus, discessimus. Prosperòsque cursu septimo die Alexandriam peruenimus, vbi fœda inter Episcopos atque monachos certamina gerebantur. Ex ea occasione vel causa, qua congregati in vnum sapies Sacerdotes frequentibus decreuisse Synodis videbantur, ne quis Origenis libros legeret, aut haberet, qui tractator scripturarum sanctarum peritissimus

Gens sine dolo.

De Origene eiusque scriptis.

habebatur. Sed Episcopi quædam in libris ipsius insanius scripta memorabant, quæ adsectores eius defendere non ausi, ab hæreticis potius fraudulenter inserta dicebant: & ideo non propter illa, quæ in reprehensione meritò vocarentur, etiam reliqua esse damnanda, cum legentium fides faciliè possit habere discrimen, ne falsata sequerentur, & tamen catholicè disputata retineret. Non esse autem mirum, si in libris neotericis & recens scriptis, fraus hæretica fuisset operata, quæ in quibusdam locis nõ timuisset incidere Euangelicam veritatem. Aduersum hæc Episcopi obstinatis retinentes pro potestate cogebantur rectè etiam vniuersa cum primis & cum ipso authore damnare: quia satis superque sufficerent libri, quos Ecclesia recepisset, respuendamque esse penitus lectionem, quæ plus esset nocitura insipientibus, quam profutura sapientibus. Mihi autem ex illius libris quædam curiosius indaganti, admodum multa placuerunt: sed nonnulla deprehendi, in quibus illum praua sensisse non dubium est, quæ defensores eius falsata contendunt. Ego miror vnum eundemque hominem tam diuersum à se esse potuisse, vt in ea parte qua probatur, neminem post Apostolos habeat æqualem: in ea verò quæ iure reprehenditur, nemo deformius doceatur errasse. Nam cum ab Episcopis excerpta in libris illius multa legerentur, quæ contra catholicam fidem scripta constarent, locus ille

Errores Origeneum de falsis.

vel maximam parabat inuidiã, in quo edictum legebatur, quia Dominus Iesus Christus sicut pro redemptione hominis in carne venisset, crucem pro hominis salute perpeffus, mortem pro hominis æternitate gustasset, ita esset eodem ordine passionis etiam diabolus redempturus: quia hoc bonitati illius pietatiquè congrueret, vt qui perditum hominem reformasset, prolapsum quoque angelum liberaret. Cum hæc atque alia istiusmodi ab Episcopis proderentur, ex studiis partium orta est seditio. Quæ cum reprimi sacerdotum autoritate non posset, sæuo exemplo ad regendum Ecclesiæ disciplinã præfectus assumitur, cuius terrore dispersi fratres, ac per diuersas oras monachi sunt fugati, ita vt propositis edictis in nulla consistere sede sinerentur. Illud me admodum permouebat, quòd Hieronymus vir maximè catholicus, & sacræ legis pericissimus, Origenem secutus primo tẽpore putabatur, qui nunc idem præcipuè, vel omnia illius scripta damnaret. nec verò ausus sum de quoquam temerè iudicare: præstantissimi tamen viri & doctissimi ferebantur in hoc certamine dissidere. Sed tamen siue illud error est, vt ego sentio: siue hæresis, vt putatur: non solum reprimi non potuit multis animaduersionibus sacerdotum, sed nequaquam tam latè se potuisset effundere, nisi contentione creuisset. Istiusmodi ego turbatione cum veni Alexandriam, fluctuabat: me quidem Episcopus il-

Ob errores varia contentiones.

Hæreses seditionibus crescunt.

lius civitatis benignè admodū, & melius quàm opinabar excepit, & secum tenere tentavit. Sed non fuit animus ibi consistere, vbi recens fraternæ cladis fervebat invidia: nam & si fortasse videantur parère Episcopis debuissè, non ob hanc tamen causam multitudinem tantam sub Christi confessione viventem, præsertim ab Episcopis oportuisset affligi. Igitur deinde digressus Bethleem oppidum petij, quod ab Hierosolymis sex milibus separatur, ab Alexandria autem sedecim mansionibus abest. Ecclesiam loci illius Hieronymus presbyter regit, nam parochia est Episcopi, qui Hierosolymam tenet: mihi iam pridem Hieronymus superiore illa mea peregrinatione compertus, faciliè obtinuerat, vt nullum mihi expetendum rectius arbitrarer. Vir enim propter fidei meritum, dotèmq; virtutum, non solum Latinis atque Græcis, sed & Hebræis etiam ita literis institutus est, vt se illi in omni scientia nemo audeat comparare. Miror autem, si non & vobis per multa quæ scripsit opera compertus est, cum per totum orbem legatur. Vobis verò, Gallus inquit, nimium nimiumque compertus est. nam ante hoc quinquennium quendam illius libellum legi, in quo tota nostrorum natio monachorum ab eo vehementissimè vexatur, & capitur. Vnde interdum Belgicus noster valde irasci solet, quòd dixerit, nos vsque ad vomitum satiari. Ego autem, inquam, Gallus illi viro

B. Hieronymus in Bethleem venit Ecclesiam.

Laus beati Hieronymi.

ignosco, atque ita sentio, de Orientalibus illum potius monachis, quàm de Occidentalibus disputasse. Nam edacitas in Græcis gula est, in Gallis natura. Tunc ego: Scholasticè, inquam, Galle defendis gentem tuam, sed quæso te, liber iste nunquid hoc solum vitium damnat in monachis? imò verò, inquit, nihil penitus obmisit, quod non carperet, laceraret, exponeret: præcipuè auaritiam, nec minus vanitatem infectatus est. Multa de superbia, non pauca de superstitione disseruit: verè fateor, pinxisse mihi videtur vitia multorum. Cæterum de familiaritatibus virginum & monachorum, atque etià clericorum, quàm vera, quàm fortia disputavit? vnde à quibusdam, quos nomine nolo, dicitur non amari. Nam sicut Belgicus noster irascitur, edacitatis nimix nos notatos: ita illi fremere dicuntur, cum in illo opusculo scriptum legunt, Cæliben spernit virgo germanum fratrem, quarit extraneum. At hæc ego: Nimium, inquam, Galle progredieris, caue ne & te aliquis qui hæc forsitam agnoscit, exaudiat, tæque vna cum Hieronymo incipiat non amare. nam quia scholasticus es, non immeritò te versu Comici illius admonebo: Obsequium amicos veritas odium parit. Tua nobis, vt cæperas, potius Posthumiane repetatur Orientalis oratio. Ego, inquit, vt dicere institueram, apud Hieronymum sex mensibus fui, cui iugis adversus malos pugna, perpetuumque certamen.

Græcorum et Gallorū vita disput.

B. Hieronymus hæreticorum reprehensor accersimus.

Consciuit odia perditorum, oderunt eum hæretici, quia eos impugnare non desinit: oderunt eum clerici, quia vitam eorum infectatur, & crimina. Sed planè eum boni omnes admirantur, & diligunt: nam qui eum hæreticum esse arbitrantur, insaniant. Verè dixerim, Catholica hominis scientia, sana doctrina est. Totus semper in lectione, totus in libris est: non die, non nocte requiescit: aut legit aliquid semper, aut scribit. quod nisi mihi fuisset fixum animo, & prouisum, Deo teste, ante propositum eremum adire, vel exigui temporis punctum à tanto viro discedere noluissem: huic traditis atque commissis omnibus meis, omniq̃ue familia, quæ me contra volûratem animi mei secuta tenebat implicitum exoneratus, quodammodo graui fasce penitus, ac liber regressus ad Alexandriam, visitatis ibi fratribus, ad superiorem inde Thebaidam, id est, ad Ægypti extrema contendit. Ibi enim vastè parentes eremi solitudines, plurimum ferebantur habere Monachorum. Longum est, si omnia cupiam referre, quæ vidi: tamen pauca perstringam è plurimis. Haud longè ab eremo contingua Nilo, multa sunt monasteria, habitant in vno loco plerique centeni, quibus summum ius est, sub Abbatis imperio viuere, nihil arbitrio suo agere, per omnia ad nutum illius potestatemque pendere. Ex his si qui maiorem virtutem mente conceperint, aut acturi solitariam vitam se ad eremum conferant,

Odiom in illum.

In Ægypto varie solitudines.

Varia monasteria ibidem.

rant, non nisi permittente Abbate discedunt: hæc illorū prima virtus est, parère alieno imperio. Transgressis ad eremum, abbatis illius ordinatione panis, vel quilibet cibus alius ministratur.

Casu super illos dies, quibus illo adueneram, cuidam qui nuper ad eremum secesserat, neque amplius ab hoc monasterio, quàm sex milibus tabernaculum sibi constituerat, panem abbas per duos pueros miserat, quorum maior habebat ætatis annos quindecim, minor duodecim erat. His ergo inde redeuntibus, aspis miræ magnitudinis fit obuiam. cuius occursum nihil perterriti, vbi ante pedes eorum venit, quasi incantata carminibus, cærulea colla deposuit minor è pueris manu adprehensam, ac pallio inuolutam ferre cœpit. deinde monasterium quasi victor ingressus, in occursum fratrum, expectantibus cunctis, captiuam bestiam resoluto pallio, non sine iactantiæ tumore deposuit. Sed cum infantium fidem atque virtutem cæteri prædicarent, abbas ille altiori consilio, ne infirma ætas insolescere, virgis vtrunque cōpescuit: multum obiurgatos, cur ipsi, quod per eos Dominus operatus fuerat, prodidissent. opus illud non suæ fidei, sed diuinæ fuisse virtutis: discerent potius, Deo in humilitate seruire, & non in signis & virtutibus gloriari, quia melior esset infirmitatis conscientia, virtutum vanitate. Hoc vbi ille monachus audiuit, & periclitatos infantulos serpetis occursum, & ipsos multa verbera victo ser-

Aspidem puer illasuo defert.

Caditur ab abbate.

pente meruisse, abbatem obsecrat, ne sibi post
 hæc panis villos, aut cibus aliquis mitteretur.
 Iamque octauus dies fuerat emensus, quo se ho-
 mo Christi intra periculum famis ipse conclu-
 serat: arebant membra ieiunio, sed deficere mēs
 cælo intenta non poterat: corpus inedia fatisce-
 bat, fides firma durabat. Cum interim admoni-
 tus abbas ille per spiritum, vt discipulum visita-
 ret, pia solitudine cognoscere cupiens, qua vi-
 ræ substantia vir fidelis aleretur, qui ministrari
 sibi ab homine nolisset, ad requirendum eum
 ipse proficiscitur. Ille vbi eminus senem venire
 conspexit, occurrit: agit gratias, ducit ad cellu-
 lam: cum ingressu pariter ambo conspiciūt pal-
 mitiam sportam calido pane congestā, foribus
 affixam de poste pendere. Ac primum calidi pa-
 nis odor sentitur: tactu verò ac si ante paululū
 focus esset ereptus, ostenditur. Ægyptij tamen
 panis forma non cernitur. Obstupefacti ambo,
 munus cæleste cognoscunt. Cum ille hoc ab-
 batis aduentu præstitum fateretur, abbas verò
 illius fidei ac virtuti id potius adscribere, ita am-
 bo cælestem panem cum multa exultatione fre-
 gerunt. Quod cum senex ad monasterium post
 regressus, fratribus retulisset, tantus omniū in-
 cenderat ardor animos, vt certatim ad cremum
 & sacras solitudines ire properarent: miseros se
 fatentes, qui diutius in congregatione multorū,
 vbi humana esset patienda conuersatio, resedis-
 sent. In hoc monasterio duos ego senes vidi, qui

*Deus pascit
 suos.*

iam per quadraginta annos ibi degere, ita vt
 nunquam inde discesserint, ferebātur. quorum
 prætercunda mihi commemoratio non videtur:
 siquidem id de eorū virtutibus, & abbatis ipsius
 testimonio, & omnium fratrum audierim ser-
 mone celebrari, quod vnum eorum sol nun-
 quam vidisset epulantem, alterum vidisset ira-
 rum nunquam. Ad hæc Gallus, me intuens, O si
 vir ille (nolo nomen edicere) nunc adesset, vel-
 lem admodum istud audiret exemplum, quod
 non multorum sæpe personis nimium experti
 sumus, vehementer irasci: sed tamen quia inimi-
 cis suis, quantum audio, nuper ignouit, si istud
 audiret, magis, magisque proposito confirma-
 retur exemplo, præclarum esse virtutē iracun-
 dia non moueri. Nec verò inficiabor iustas illi
 causas irarum fuisse: sed vbi durior pugna, ibi
 gloriosior est corona. vnde quædam, si agnoscit,
 censeo iure laudādum, quod cum eum libertus
 deseruerit ingratus, miseratus est potius, quàm
 insectatus abeuntem. Sed neque illi irascitur à
 quo videtur abductus. Ego autem nisi istud vin-
 cendi iracundiæ Posthumianus prodidisset ex-
 emplum, grauiter irascerer discessione fugitiui:
 sed quia irasci non licet, tota istorum commemo-
 ratio, quæ nos compungit, abolenda est. Te inquam,
 Posthumiane, te potius audiamus. Faciam, inquit,
 Galle, quod præcipis, quatenus tam studiosos esse
 audiendi vos video. Sed mementote, quia non sine
 scænore istum apud vos

*Perseuerantia
 in proposito*

depono sermonem, libens præsto quot possitis: dummodo paulo post quod poposcero, non negetis. Nos verò, inquam, nihil habemus, in quo tibi mutuum vel sine fœnore restituere possimus: sed tamen quicquam putaueris, imperato dummodo ut cœperas, desiderii nostri satisfacias, valde enim nos delectat tua oratio. Nihil inquit, Posthuanus, vestra studia fraudabo, & quia eremita vnus incipientis agnouistis virtutem, referam adhuc vobis pauca de plurimis. Ergo vbi prima eremi ingressus sum, duodecim ferè à Nilo milibus, habebam autem vnum ex fratribus ducem locorum peritum, peruenimus ad quendam senem monachum, sub radice montis habitantem. ibi quod in illis locis rarissimum est, puteus erat. bouem vnum habebat, cuius hic erat totus labor, impulsa rotali machina aquam producere. nam ferè mille aut amplius pedum, profundum putei ferebatur. hortus illi erat multis oleribus copiosus: & id quidem contra naturam eremi, vbi omnia arentia, exusta solis ardoribus, nullius vnquam feminis vel exiguam radicem deperisse ferunt. Verùm hic sancto illi labor cum pecore communis, & propria constabat industria. Frequens enim irrigatio aquarum tantam pinguedinem arenis dabat, ut mirum in modum viuere, atque fructificare horti illius holera videremus. His igitur vna cum Domino bos ille vivebat. nobis quoque ex ea copia, cœnam sanctus de-

Bos aquam trahit.

dit. Ibi vidi quos vos Galli fortè non creditis: ollam cum oleribus, quæ nobis in cœnam præparabantur, sine igne feruere. Tanta vis solis est, ut quilibet quo quis etiam ad Gallorum pulmenta sufficiat. Post cœnam autem iam inclinante vespera, inuitat nos ad arborem palmam, cuius pomis uti solebat: quæ ferè duobus milibus aberat. Nam hæc tantum in eremo arbores, licet, raro habentur tamen. quod utrum solers antiquitas procurauerit, an solis natura gignat, ignoro: nisi Deus præsciens ad habitandam quandoque à sanctis eremum, hæc seruis suis parauerit. Ex maiore enim parte quæ inter illa secreta consistunt, cum alia ibi germina nulla succedant, istarum arborum pomis aluntur. Ergo vbi ad illam, ad quam nos humanitas nostri hospitis ducebat, arborem peruenimus, leonem ibi offendimus: quo viso, ego & ille dux meus intremuimus. sanctus verò ille incunctanter accessit: nos, licet, trepidi, securi sumus. Fera paululum cerneret imparatam adeo, modesta discessit, & constitit: dum ille ad tigna ramis humilioribus poma decerperet, cùmque plenam palmulis manum obtulisset, accurrit bestia, accepitque tam libere quàm nullum animal domesticum: & cum comedisset, abscessit. nos hoc intuentes, & adhuc tremètes, facile potuimus expendere, quanta in illo fidei virtus, & quanta in nobis esset infirmitas. Aliù æque singularem virum vidimus paruo tugurio, in quo

Olla in Aegypto feruet ardore solis.

non nisi vnus recipi possit ad habitandū. de hoc illud ferebatur, quod lupa ei solita erat ad stare cœnāti: nec facile vnquā bestia falleretur, quin illi ad legitimam horam refectiois occurreret, & tandiu pro foribus expectaret, donec ille panem, qui cœnula superfuisset, offerret. Illa manum eius lambere solita, itaque quasi impleto officio, & præstita consolatione discedere. Sed fortè accidit, vt sanctus ille, dum fratrem qui ad eum venerat, deducit abeuntem, diutius obesset, & nō nisi sub nocte remearet. Interim bestia ad consuetudinariū illud cœnæ tempus occurrit, & vacuam cellam, cum familiarem patrum abesse sentiret, ingressa, curiosius implorans vbi nam esset habitator: casu contigua cum panibus quinque palmitica sportella pendeat. Ex his vnū præsumit, & deuorat, deinde perpetrato scelere discedit. Regressus eremita, vidit sportulam dissolutam, non cōstante panum numero. damnum rei familiaris intelligit, ac prope limen panis absumpti fragmenta cognoscit. Sed non erat incerta suspicio, quæ furtum persona fecisset. Ergo cum sequentibus diebus secundum consuetudinem bestia non venisset, nimirum audacis facti conscia, ad eū venire dissimulans, cui fecisset iniuriam, ægrè patiebatur eremita, se alumna solatio destitutū. Postremò illius oratione reuocata, septimū post diem affuit, vt solebat antè cœnanti. Sed vt facile cerne res verecundiam pœnitentis, nō aua propius

Lupa astat cœnanti eremita.

Bestia sceleris sui conscia.

accedere, deiectis in terrā profundo pudore luminibus, quod palam licebat intelligi, quādam veniam precabatur: quam illius confusionē eremita miseratus, iubet eam propius accedere, ac manu blanda caput triste permulcet. Deinde pane duplicato ream suam refecit. ita indulgentiā consecuta, officij consuetudinem deposito mœnore reparauit. Intuemini quæso Christi etiam in hac parte virtutem, cui sapit omne quod brutū est, cui mite est omne quod sauit. Lupa præstat officium, lupa furti crimen agnoscit, lupa conscio pudore cōfunditur: vocata adest, caput præbet, & habet. sensum indultæ sibi veniæ, sicut pudorem gessit errati. Tua hæc virtus Christe, tua sunt hæc Christe miracula. Etenim quæ in tuo nomine operantur serui tui, tua sunt: & in hoc ingemiscimus, quod maiestatem tuam feræ sentiunt, homines non merētur. Ne cui autem hoc incredibile fortè videatur, maiora memorabo. Fides Christi adest, me nihil fingere, neque incertis authoribus vulgata narrare: sed quæ mihi per fideles viros comperta sunt, explicabo. Habitant plerique in eremo sine vllis *Anachoretarum mansio-* tabernaculis, quos Anachoretas vocant. viuunt herbarum radicibus: nullo vnquam certo loco consistunt, ne ab hominibus frequententur: quas nox coegerit, sedes habent. Ad quendam igitur hoc ritu atque hac lege viuentem, duo ex Nitria monachi, licet longa & diuersa regione, tamen quia olim ipsis in monasterij conuersa-

tione clarus & familiaris fuisset, auditis eius virtutibus, tetenderunt: quem diu multumque quaesitum, tandem mense septimo repperunt, & extremo illo deserto, quod est Memphis contiguum, demorantem: quas ille solitudines iam per annos duodecim dicebatur habitare. Qui licet omnium hominum vitaret occurtus, tamen agnitos non refugit, seque charissimis per triduum non negavit. Quarto die aliquatulum progressus, cum prosequeretur abeuntes, leenam mirae magnitudinis ad se venire conspiciunt. bestia licet tribus repertis, non incerta quem peteret, anachoretæ pedibus aduoluit, & cum fletu quodam & lamentatione procumbens indicabat gementis pariter & rogantis affectum. mouit omnes, & præcipuè illum qui se intellexerat expetitum: præcedentem sequuntur. nam præiens, & subinde restans, subinde respectans, facile poterat intelligi, id eam velle, ut quò ille ducebat, Anachoreta sequeretur. Quid multa? Ad speluncam bestiae peruenitur, ubi illa adultos iam quinque catulos malè foeta nutrebat: qui ut clausis luminibus ex aluo matris exierant, cæcitate perpetua tenebatur. quos singulos de rupe prolatos, ante Anachoretæ pedes mater exposuit. Tum demum sanctus animaduertit, quid bestia postularet. inuocatòque Dei nomine, contrectauit manu lumina clausa catulorum: ac statim cæcitate depulsa, apertis oculis bestiarum diu negata lux patuit. Ita fra-

Fera tractabilis.

tres illi, Anachoreta quem desiderabat visitato, cum admodum fructuosa laboris sui mercede redierunt: qui in testimonium tantæ virtutis admissi, fidem sancti, & gloriam Christi, quæ per ipsos esset testificanda, vidissent. Mira dicturus sum. Leæna post dies quinque ad autorem tanti beneficii reuertisse dicitur, eidemque inuitatæ feræ pellem pro munere detulisse: qua plerunque sanctus ille quasi amiculo circumtectus, non dedignatus est munus, per bestiam sumere, cuius alium potius interpretabatur autorem. Erat etiam alterius Anachoretæ in illis regionibus nomen illustre, qui in ea parte deserti quæ Syenis iungitur, habitabat. hic cum primò se ad eremum contulisset, & herbis herbarumque radicibus, quas prædulces interdum & saporis eximij fert arena, victurus, ignarus germinis eligendi, noxia plerunque carpebat. nec erat facile vim radicum sapore discernere: quia omnia æque dulcia, sed pleraque occultiore natura virus lethale continebant. Cum ergo edentem vis interna torqueret, & immensis doloribus vitalia vniuersa quaterentur, ac frequens vomitus cruciatibus non ferendis ipsam animæ sedem stomacho iam fatiscente dissolueret, omnia penitus quæ essent edenda formidans, sempiternum in ieiuniis diem spiritu deficiente ducebat. Tunc ad eum fera, cui Ibcis est nomen, accessit. huic propius astanti, fasciculum herbarum, quem collectum pridie attingere non audebat, deiecit.

Leæna gratitudo.

Fera docuit signo vsus bonarum herbarum & radicam.

Sed fera, quæ virulenta erât, ore discutiens, quæ innoxia nouerat, eligebat: ita vir sanctus eius exemplo quid edere, quid respuere deberet, edoctus, & periculum famis euasit, & herbarû venena vitauit. Sed longum est de omnibus, qui eremum incolunt, comperta nobis, vel audita memorare. Annum integrum & septem ferè menses intra solitudines cõstitutus exegi, magis virtutis admirator alienæ, quàm quòd ipse tam arduum atque difficile potuerim tentare propositum. Sæpius tamè cum sene illo, qui puteum & boue habebat, habitauit. Duo beati Antonij monasteria adiit, quæ hodiè que à discipulis eius incoluntur. Ad eum etiã locû, in quo beatissimus Paulus primus eremita est conuersatus, accessi. Rubrum mare vidi, iugum Syna montis, cuius cacumen cælo penè contiguû, nequaquam adiri potest. Inter huius recessus Anachoreta esse ferebatur. quam diu multumque quæsitum videre non potui, qui ferè iam ante quinquaginta annos à conuersatione humana remotus, nullo vestis vsu, setis corporis sui tectus, nuditatem suã diuino munere vestiebat. Hic quotiès eum religiosi viri adire voluerunt, cursu auia petens, congressus vitabat humanos. vni tantummodo ferebatur se ante quinquennium præbuisse, qui credo potèti fide id obtinere promeruit: cui inter multa colloquia percunctanti, cur homines tantopere vitaret? respondiisse perhibetur, Eum qui ab hominibus frequentaretur, non posse ab

Anachoreta
in vertice
Synai mon-
astii moratur.

Angelis frequentari. Vnde non meritò recepta opinione multorum fama vulgauerat, sanctum illum ab angelis visitari. Ego autè à Syna monte digressus, ad Nilum flumen regressus sum, cuius ripas frequentibus monasteriis confertas vtraque ex parte lustrari. Plerumque vidi, vt dudum dixeram, vno in loco habitare cetenos: sed & bina & terna milia in illis viculis degere constabat. Nec sanè ibi minorem putetis diuersantium in multitudine monachorû esse virtutem, quàm eorum esse cognoscitis, qui se ab humanis cœtibus remouerunt. Præcipua, vt iam dixeram, ibi virtus, & prima obedientia est: neque aliter adueniens ad monasterium abbatis suscipitur, quàm qui tentatus prius fuerit, & probatus: nullum vnquam recusaturus, quamlibet arduum ac difficilè, indignumq; toleratu, abbatis imperium. Duo vobis referã, incredibilis obedientiæ, admodû magna miracula, licet suppetat plura recolenti: sed ad excitandã virtutû æmulatione, cui pauca non sufficiunt, multa nõ proderunt. Ergo cum quidã seculi actibus abdicatis, monasteriû magnæ dispositionis ingressus, cœpisset rogare: Abbas ei cœpit multa proponere, graues esse istius disciplinæ labores, sua verò dura imperia, quæ nullius facilè valeret implere patiëntia. aliud potius monasterium, vbi facilibus legibus viueretur expeteret: non tentaret aggredi, quod implere non posset. Ille verò his terroribus permoueri, sed magis ita omnè obe-

Quomodo
nutriatur.

Obedientia
summe in mo-
nacho neces-
saria.

dientiam polliceri, vt si abbas in ignem eum ire præceperit, non recusaret intrare, quã illius professionem, vbi magister accepit, non cunctatus est probare profitentẽ. Casu clibanus propè ardebat, qui multo igne succensus, coquendis panibus parabatur. Exundabat abruptis flâma fornicibus, & intra camini illius concaua totis habenis regnabat incẽdium. Hoc igitur aduenam illum iubet magister intrare, nec distulit parere præcepto medias flammâs nihil cunctatus ingreditur, quæ mox tam audaci fide victæ, velut illis quondam Hebræis pueris, cessere venienti. Superata natura est, fugit incendium: & qui putabatur arsurus, velut frigidò rore perfusus se ipse miratus est. Sed quid mirum, si tuum Christe tyronem ignis ille non attingit: vt nec Abbatem pigeret dura mandasse, nec discipulum peniteret imperio paruissè, qui eo die quo aduenerat, dum tentaretur infirmus, perfectus inuẽtus est: meritò fœlix, meritò gloriosus probatus obedientia glorificatus est passione. In eodem autem monasterio factum id quod dicturus sum, recenti memoria ferebatur. Quidem itidem ad eundem abbatẽ recipiẽdus aduenerat, cum prima ei lex obedientiæ poneretur, ac perpetè polliceretur ad omnia vel extrema patientia, casu abbas storacinam virgam, quem pridem aridam manu gerebat, hanc solo fixit, atque illi aduenæ id operis imponit, vt tandiu virgulæ aquam irriguam ministraret, donec, quod contra omnem

Abbas in ignem ire præcipit.

Illæsus ab igne egreditur.

naturam erat, lignum aridum in solo arente visceret. Subiectus aduenæ duræ legis imperio, aquam propriis humeris quotidie conuehebat, quæ à Nilo flumine per duo ferè milliaria petebatur. iamque emenso anni spacio, labor non cessabat operantis, & de fructu operis spes esse non poterat: tamen obedientiæ virtus in labore durabatur. Sequẽs quoque annus vanum laborem iam affecti fratris eludit. Tertio dierũ succendẽtium temporum labente curriculo, cū neque nocte neque die, aquarius ille cessaret operator, virga floruit: Ego ipsam ex illa virgula arbusculam, quæ hodiẽque intra atrium monasterij est ramis virentibus, vidi: quæ quasi in testimonium manens, quantum obedientia meruit, & quantum fides possit, ostendit. Sed me dies ante deficiet, quàm diuersa miracula, quæ mihi de virtutibus sanctorum sunt comperta, possim consumere. Duo vobis adhuc præclara memorabo: quorum vnum egregium erit aduersus inflationẽ miseriæ vanitatis exemplum: alterum aduersus falsam iustitiam non mediocre documentum. Quidam ergo sanctus fugandorum de corporibus obsessis dẽmonum incredibili præditus potestate, inaudita per singulos dies signa faciebat: nõ solum enim præsens, neque verbo tantum, sed absens quoque interdum cilicij sui fimbriis, aut epistolis missis, corpora obsessa curabat. Hic ergo mirũ in modum frequentabatur à populo, ex toto ad eum orbe ve-

Monachi munda patientia.

Virga arida floruit.

Miracula monachorum in Aegypto.

nientibus. Taceo de iunioribus: præfecti comitesque, ac diuersarū iudices potestatum pro foribus illius sæpe iacuerūt. Episcopi quoque sanctissimi, sacerdotali authoritate deposita, contingi se ab eo, atque benedici humiliter postulantes sanctificatos se ac diuino munere illustratos, quotiens manum illius vestemque contigerant, non immeritò crediderunt. Hic ferebatur omni potu in perpetuum penitus abstinere, ac pro cibo (tibi Sulpiti in aurem loquar, ne Gallus hoc audiat) septem tantum caricis sustentari. Interea Sancto viro, vt ex virtute honorata ex honore vanitas cœpit obrepere. quod malū ille vbi primū potuit in se sentire grassari, diu multūmque discutere conatus est: sed repelli penitus vel tacita conscientia, vanitas, perseverante virtute non potuit. Vbique nomen eius dæmones ferebantur, excludere à se confluentium populos non valebat. Virus interim latens serpebat in pectore, & cuius nutu ex aliorum corporibus dæmones fugabantur, seipsum occultis cogitationibus vanitatis purgare non poterat. Totis igitur precibus conuersus ad Dominum fertur orasse, vt permissa in se mensibus quinque diaboli potestate, similis his fieret quos ipse curauerat. Quid multis morer? ille præpotens, ille qui signis atque virtutibus toto oriente vulgatus, ille ad cuius limina populi antè confluerant, ad cuius fores summæ istius seculi se prostrauerant potestates, correptus à dæmone

Perpetui potus carentia.

Signis potens à dæmone possidentia.

est, tentus in vinculis, omnia illa quæ energumini solent ferre, perpeffus. Quinto demum mense purgatus est non tantum dæmone, sed quod illi erat vtilius atque optatius vanitate. Sed mihi ista replicanti, nostra infelicitas, nostra occurrit infirmitas. Quis enim nostrum est, quem si vnus homunculus humilis salutauerit, aut fatuis atque adulatibus verbis scœmina vna laudauerit, non continuè elatus sit in superbiam, non statim inflatus sit vanitate? vt etiam si non habeat conscientiam sanctitatis, tamen quia vel stultorum adulatione, aut fortassis errore sanctus esse dicatur, sanctissimum se putabit. Iam verò si ei munera crebra mittantur, Dei se magnificentia asserit honorari, cui dormienti atque resoluti necessaria conferantur. Quòd si ei vel de medico aliqua virtutis signa succederēt, angelum se putaret. Cæterum cum neque opere neque virtute conspicuus sit, si quis clericus fuerit effectus, dilatat continuò simbrias suas, gaudet salutationibus, inflatur occurfionibus: ipse etiam vbique discurret. Et qui antè pedibus aut asello ire consueuerat, spumeo equo superbus inuehitur: parua prius ac vili cellula contentus habitare, erigit celsa laquearia, construit multa conclauias, sculpsit ostia, pingit armaria, vestem respuit grossiorem, indumentum molle desiderat. atque hæc charis viduis ac familiaribus mandat tributa virginibus: illa, vt birrum rigentem, hæc vt fluentem texat lacernam.

Ecclesiasticorum vanitas.

Verùm hæc describenda mordacius, beato viro Hieronymo relinquamus, ad propositum reuertamur. Tu verò, inquit Gallus meus, nescio quid Hieronymo reliqueris disputandum, ita breuiter vniuersa nostrorum instituta complexus es: vt pauca hæc tua verba, se æquanimiter acceperint, & patienter expedierint, multum eis arbitrer profutura, vt non indigeant libris post hæc Hieronymi coërceri. Sed tu illa potius euolue, quæ cœperas, & illud quod aduersus falsam iustitiam dicturum te esse promiseras, prode documētum, nam vt verè tibi fatear, nullo perniciosius malo inter Gallias laboramus. Ita faciã, Posthumianus inquit, nec te diutius tenebo suspensum. Adolescens quidam ex Asia prædiues opibus, genere charus, habens vxorem & filium paruulū, cum in Ægypto tribunus esset, & frequētibus aduersum Blembo expeditionibus quædam eremi contigisset, sanctorum etiam tabernacula complura vidisset, à beato viro Ioanne verbum salutis accepit. Nec moratus inutilem militiam cum vano illo honore contemnere, eremum cōstanter ingressus breui tempore in omni genere virtutum perfectus emicuit: potens ieiuniis, humilitate cōspicuis, fide firmus, facilè se antiquis monachis studio virtutis æquauerat: cum interim subiit eum cogitatio, iniecta per diabolum, quòd rectius esset vt rediret ad patriam, filiūque vnicum ac domum totam cum vxore saluaret: quod vtique esset

esset acceptius Deo, quàm si solum se seculo eripere contentus, salutem suorum non sine impietate negligeret. Istiusmodi ergo falsæ iustitiæ colore superatus post quadrienniū ferè cellulam suã atq; propositum eremita deseruit. Sed vbi ad proximum monasterium, quod à multis fratribus habitabatur, accessit, causam discessionis atque consiliū querētibus, cōfiteretur. Renitentibus cunctis, & præcipuè loci illius abbate renitente, malè animè fixa sententia non potuit auelli. Igitur infælici se obstinatione proprii, cum dolore omniū digressus à fratribus, vix è conspectu Abbatis abcesserat, impletus à dæmone, cruentasque spumas ore prouoluens, suis dentibus se ipse lacerabat. Deinde ad idem monasterium fratrum humeris reportatus, cum coerceri in eo immundus spiritus non valeret, necessitate cogēte, ferreis nexibus alligatur, pedes cum manibus vinciuntur. Non immerita pœna fugitiui vt quem non cohibuerat fides, catenæ cohiberent. Post biennium demum oratione sanctorum ab immundo spiritu liberatus, ad eremum, vnde discesserat, mox regressus, & ipse corceptus & aliis post futurus exemplo, ne quem aut falsæ iustitiæ vmbra decipiat, aut incerta mobilitas inutili leuitate compellat semel cœpta deserere. Hæc vos de virtutibus Domini, quæ in seruis suis vel imitanda operatus est, vel timenda, scire sufficiat.

*Inconstantiã
ob amorem
mūdanorum.*

*Pœnitentiã
ductus eremū
repetit.*

DIVI MARTINI
 EXPLICIT DE VIRTUTIBVS AN-
 tiquorum Patrum, Sequitur rursus de
 Sancto Martino.

*Absoluit
 narrationem
 vita B. Mar-
 tini per com-
 parationem.*

SED quia satisfeci vestris auribus, imò etiam verbosior fui fortasse quam debui, tu modò ad me vt loquebaris debitù scœnus exolue, vt te de Martino tuo, vt es solit⁹, plura referētē, iam pridem in hoc desiderii meis astuantibus audiamus. Quid inquā, tibi de Martino meo? Liber ille nō sufficit, quē ipse tu nosti me de illius virtutibus edidisse? Agnosco id quidem Posthumianus inquit, neque vnquā à dextera mea liber ille discessit. nam si agnoscis (aperit librum, qui sub veste latebat) En ipsum. hic mihi, inquit, terræ ac mari comes, hic in peregrinatione tota socius & consolator fuit. Sed referam tibi planè, quo liber iste penetrauerit: & quàm nullus ferè in orbe terrarum locus sit, vbi non materia tam facilis historia peruulgata teneatur, Primus eum Romanæ vrbi, vir studiosissimis tui. Paulinus inuexit. deinde cū tota certatim vrbe raperetur, exultantes librarios vidi: quo nihil ab his questuosius haberetur: siquidem nihil illo promptius, nihil charius venderetur. Hic nauigationis meæ cursus, longè antè progressus: cum ad Africam venissem, iam per totam Carthaginem legebatur: solus eum Cyrenensis ille presbyter non habebat, sed me lar-

VITA. LIB. III. 226

giente descripsit. Nam quid ego de Alexandria loquar? vbi penè omnibus magis quàm tibi notus est. hic Ægyptum, Nitriam, Thebaidam, ac tota Memphitica regna transiuit. hunc ego in eremo à quodam sene legi vidi, cui cum me familiarem tuū esse dixissem, iam abituro à multis fratribus hæc mihi iniuncta legatio est, vt si vnquam terras istas te incolumi contigissem, ea te supplere compellerem, quæ in illo tuo libro de virtutibus beati viri te professus es præterisse. Age ergo, quia non illa à te audire desidero quæ scripta fuerunt, illa quæ tunc vel propter legentium (vt credo) fastidium præteristi, multis id vnà mecum à te poscentibus explicentur. Equidem, Posthumiane, inquā, cum te iam dudum de sanctorum virtutibus intentus audirem, tacitis ad Martinum meum cogitationibus recurrebam, meritò perspiciens omnia illa quæ singuli diuersi fecissent, per vnum istum facile completa. Nam cum excelsa retuleris (quod mihi dixisse liceat pace sanctorum) nihil penitus à te audiui, in quo Martinus esset inferior. Sed sicut nullius vnquā cum illius viri meritis profiteor conferendam esse virtutem: ita & illud animaduerti decet, inquam, illum cum eremitis, vel etiam Anachoretis conditione conferri. illi enim ab omni impedimento liberi, cælo tantum, atque angelis testibus planè admirabilia docentur operari. Iste in medio cœtu & conuersatione populorum, inter clericos dissiden-

*Omnia sin-
 gularum mo-
 nachorū insi-
 gnia in vno
 sunt B. Mar-
 tino.*

tes, inter episcopos sæuientes, cum ferè quotidianis scandalis hinc atque inde premeretur, in expugnabili tamen aduersus omnia virtute fundatus stetit. & tanta operatus est, quanta ne illi quidem, quos ante audiuimus esse in eremo vel fuisse, fecerunt. At si illi paria fecissent, quis iudex tam esset iniustus, vt non istum esse potiorè meritò iudicaret? Puta enim istū fuisse militem qui pugnauerit in iniquo loco, & tamen victor euaserit: illos autem æquè compone militibus, sed qui ex æquo loco, aut etiam de superiore certauerint. Quid ergo? & si omnium vna victoria est, non potest par esse omnium gloria: tamè cum præclara retuleris, à nemine retulisti mortuum suscitatum: quo vno utique te necesse est confiteri Martino neminem conferendū. Nam si admirandum est, quòd illum Ægyptium flamma non attigit: hic quoque sæpius imperauit incendiis. Si reuoluas, quòd anachoretis feritas bestiarum victa succubuit: hic familiariter & rabiem bestiarum, & serpentiū venena compescuit. Quòd si illum conferas, qui immundos spiritibus obsessos verbi imperio, ac etiam simbriarum virtute curabat: ne in hac quidem parte inferiorem fuisse Martinum multa documento sunt. Si etiam ad illum recurras, qui fetis suis pro veste contactus, putabatur ab angelis visitari: cum isto angeli quotidie loquebantur. Iam verò aduersus vanitatem atque iactantiam ita inuictum spiritum gessit, vt illa vitia fortius ne-

Idem incomparabilis declaratur.

mo contempserit, cum quidem immundis spiritibus adflatos absens plerunq; curauerit. Non solum comitibus, aut præfectis, sed ipsis etiam regibus imperarer. minimum id quidem in illis virtutibus: sed credas velim non solum vanitati, sed causis etiam atque occasionibus vanitatis, neminem fortius repugnasse. Parua quidem, sed non prætereunda dicturus sum: quia & ille laudandus est, qui summa præditus potestate, tam religiosam ad reuerentiam beati viri ostenderit voluntatem. Memini Vincentium præfectum, virum egregium, & quo nullus sit intra Gallias omni virtutum genere præstantior, dum Turo-nis præteriret, à Martino sæpius poposcisse, vt ei cõuiuium in suo monasterio daret. In quo quidem exemplum B. Ambrosij Episcopi præfer-bar. qui eo tempore Cõsules & Præfectos subinde pascere ferebatur: sed virum altioris ingenij, ne quæ ex hoc vanitas atque inflatio obreperer, noluisse. Ergo fatearis necesse est, in Martino omnium illorū, quos enumerasti, fuisse virtutes: Martini autè in illis omnibus non fuisse.

Exemplo B. Ambrosij exceptit conuuiuo.

Quid tu, inquit Posthumianus, ita mecū, quasi non eadem tecum sentiam semper, quæ senseris? Ego verò quoad usque viam, semper & sapiam Ægypti monachos, & prædicabo: laudabo anachoretas, mirabor eremitas, Martinum semper excipiam: non illi ego quenquam audebo monachorum, certè non Episcoporum quempiam cõparare. Hoc Ægyptus fatetur, hoc Syria, hoc

Aethiops comperit, hoc Indus audiuit, hoc Parthus & Persa nouerunt: nec ignorat Armenia, Bosphorus exclusa cognouit, & postremò si quis aut fortunatas Insulas, aut glaciale frequenter oceanum: quo miserior est regio ista nostra, quæ tantum virum cum in proximo habuerit, nosse non meruit. Nec tamen huic crimini miscèbo populares: soli illum clerici, soli nesciunt sacerdotes, nec immerito. Nosse illum inuidi noluerunt: quia si virtutes illius nosset, sua vitia cognouissent. Horreo dicere quod nuper audiui, infelicem dixisse nescio quem, te in illo libro tuo plura mètitum. Non est hominis vox ista, sed diaboli: nec Martino in hac parte detrahitur, sed fidei Euangelij derogatur. Nam cum dominus ipse testatus sit istiusmodi opera, quæ Martinus impleuit, ab omnibus fidelibus esse facienda: qui Martinum non credit ista fecisse, non credit Christum ista dixisse. Sed infelices, degeneres, somnolèti, quæ ipsi facere non possunt, facta ab illo erubescunt: & malunt illius negare virtutes, quàm suam inertiam confiteri. Verùm nobis ad alia properatibus, omnis istorum memoria relinquatur: tu potius, vt iam dudum desidero, residua Martini opera contexe.

At ego, inquam, arbitror rectius istud à Gallo esse poscendum, quippe qui plura nouerit. Neque enim ignorare poterat magistri facta discipuli: & qui non immeritò istam vicem non solum Martino, sed etià nobis debeat, vt quia ego

Historia sanctorum non li est derogare.

iam librum editum, ac tu hactenus orientalium gesta memorasti, iste demum necessarij sermonis historiam Gallus euoluat: qui vt dixi, & nobis debet loquendi vicem, & Martino suo credo præstabat, vt non grauatè illius facta commemoret. Age planè, inquit Gallus, licet impar sim tanto oneri, tamen relatis superius à Posthumiano obedientiæ cogor exemplis, vt munus istud quod imponitis non recusem. Sed dum cogito me hominem Gallum inter Aquitanos verba facturum, vereor ne offendat vestras nimium urbanas aures sermo rusticior. Audietis me tamen vt Gurdonicum hominem, nihil cum focco aut cothurno loquentem. Nam si mihi tribuitis Martini me esse discipulum: illud etiam concedite, vt mihi liceat exemplo illius inanes sermonū phaleras, & verborum ornamenta contemnere. Tu verò, inquit Posthumianus, vel Celticè, aut si maui Gallicè loquere, dummodo iam Martinum loquaris. Ego autem profiteor, quia etiam si mutus esses, non defutura tibi verba, quibus Martinum facundo ore loquereris: sicut Zachariæ in Ioannis nomine lingua resoluta est. Cæterùm cum sis scholasticus, hoc ipsum quasi scholasticus artificiosè facis, vt excuses imperitiam, quia exuperas eloquentia, sed neque monachum tam astutum, neque Gallum decet esse tam callidum. Verùm aggredere potius, & quod remanet explicata. nimium enim dudū alias res agentes con-

Quid deceat discipulum B. Martini.

Desiderium narrationis vita illius.

sumimus tēpus: & iam solis occidui umbra prolixior monet, non multū de vicina nocte superesse. Deinde cum paululum omnes conticuissemus, Gallus ita cœpit: Cauendum mihi imprimis esse arbitror, ne ea de Martini virtutibus repetam, quæ in libro suo Sulpitius iste memorauit. Vnde prima illius inter militandum gesta prætereo, quia neque ea attingam, quæ laicus egit ac monachus: nec verò audita ab alijs potius, quàm quæ vidi ipse, dicturus sum.

DIALOGVS SECVNDVS, EORVNDem de virtutibus sancti Martini, Gallo narrante.

No primo igitur tempore relictis scholis, beato me viro iunxi, paucos post dies euntem ad Ecclesiam sequebar. Interim ei seminudus hybernis mēsis pauper occurrit orans sibi vestimentum dari. Tunc ille, accersito Archidiacono, iussit argentem sine dilatione vestiri. deinde secretarium ingressus, cum solus (vt erat ei consuetudo) resideret (hanc enim sibi etiam in Ecclesia solitudinem permissa clericis libertate præstabat) cum quidem in alio secretario presbyteri sederent, vel salutationibus vacantes, vel audiendis negotijs occupati, Martinum verò vsque in eam horā qua solennia populo agi consuetudo deposceret, sua solitudo

Nudos vestit



cohibebat. Illud non præteribo, quòd in secretario sedens, nunquā cathedra vsus est. nā in Ecclesia nemo vnquā illum sedere conspexit: sicut quendam nuper testor dominum, non sine meo pudore vidi, sublimes folio quasi regio tribunali, celsa sede residentem. Sedebat autem Martinus in sellula rusticana, vt est in vsibus serouorum, quas nos rustici Galli tripetias, vos scholastici, vt certè tu qui de Græcia venisti, tripodas nūcupatis. Ergo hoc secretum beati viri pauper ille captatum, cum ei Archidiaconus dare tunicam distulisset, irrupit, dissimulatum se à clerico quarès, algere deploràs. Nec mora sanctus paupere nō vidēte, intra amphibalum sibi tunicam latenter eduxit, pauperemque cōtectum discedere iubet. Deinde paulo post Archidiaconus ingressus admonet, pro consuetudine expectare in Ecclesia populum, illum ad agenda solennia debere procedere. Cui ille respondens ait, pauperem prius de se autē dicebat oportere vestiri: se ad Ecclesiā non posse procedere, nisi vestem pauper acciperet. Diaconus verò nihil intelligēs, quia extrinsecus indutū amphibalo veste, nudū, interius nō videbat: postremò pauperem nō comparere causatur. Mihi, inquit, vestis quæ præparata est, deferatur: pauper non deest vesticendus. Artatus demum clericus necessitate compulsus, iamque felle cōmoto, à proximis tabernis * biherigam vestem, breuē atque hispidam, quinque cōparatam argenteis, rapit, atque

Adimpletus Mandatum Christi de faciendā elemosina in secreto.

** Varietas diuersis coloribus vestem sic vocant Galli.*

ante Martini pedes iratus exponit. En, inquit, vestem sed pauper hic non est. Ille nihil motus, iubet eum paululum stare pro foribus, secreto utique procurans, dum sibi vestem nudus imponeret: totis viribus elaborans, ut posset occultū esse quod fecerat. Sed quādo in sanctis viris latent ista, quærentibus velint nolint cuncta producuntur. Cum hac igitur oblaturus sacrificium Deo veste procedit. Quo quidem die (mira dicturus sum) cum iam altarium, sicut est solēne, benediceret, globum ignis de capite illius emicare, ita ut in sublimē contendens, longius cololum crinēque flamma produceret. Hoc licet celeberrimum factum in magna populi multitudine viderimus, vna tantum de virginibus, & vnus de presbyteris, tres tantum videre de monachis: cæteri cur non viderint, non potest nostri esse iudicij. Per idem ferè tēpus, cum Euancius, auūculus meus, vir licet seculi negotiis occupatus, tamen admodum Christianus, grauissima ægitudine extremo mortis periculo cœpisset vsgeri, Martinū aduocauit. Nec cunctatus ille properauit: prius tamen quam medium viæ spacium vir beatus euolueret, virtutē aduenientis sensit agrotus: receptaque continuò sanitate, venientibus nobis obuiam ipse processit. Altera die redire cupientē, magna prece detinuit. Cum interim vnum è familia puerum lethali ictu serpens percussit: quem iam exanimē iuuenem ipse Euancius suis humeris inlatū ante pe-

*Globus ignis
in capite eius
micat.*

des sancti viri, nihil illi impossibile confisus, exposuit. iamque se malum serpentis per omnia mēbra diffuderat. Cerneret omnibus venis inflatam cutē, & ad viris instar tensa vitalia. Martinus porrecta manu, vniuersa pueri mēbra pertractans, digitum prope ipsum vulnusculū quod bestia virus infunderat, fixit. Tunc verò (mira dicturus sum) vidimus venenum ex omni parte reuocatum, ad Martini digitū cucurrisse. Deinde per illud vulneris foramen, exiguū ita virus serpsisse cum sanguine, ut solet ex vberibus caprarum aut ouium, pastorum manu pressis, longa linea copiosi lactis effluere. Puer surrexit incolumis, nos obstupefacti tāto rei miraculo, id quod ipsa cogebat veritas, fatebamur, non esse sub cælo qui Martinum possit imitari. Consequenti itidē tempore iter facientes, cum eodem diœceses visitante agebamus: nobis ergo nescio qua necessitate remorantibus, aliquātulum ille processerat. Interim per aggerem publicum plena militatibus viris fiscalis rheda veniebat. sed vbi Martinum in veste hispida, nigro & pendulo pallio circumtectum, contigua de latere iumenta viderunt, paululum in partem alteram pauefacta heferunt. Deinde funibus implicatis, pro tentos illos, quibus, ut sæpe vidistis, misera illa animalia coglobantur, ordines miscuerunt: dumque agrè expediuntur, moram fecere properantibus. qua permoti iniuria milites, precipitatis in terram saltibus se dederunt. Deinde

*Veneno mor-
tuis reuiu-
scit.*

*B. Marti-
nus à militi-
bus ceditur.*

Martinum flagris ac fustibus vrgere cœperunt, cum quidem ille mutus & incredibili patientia præbens terga sedentibus, maiorem insaniam infœlicibus commoueret, magis ex hoc furentes, quòd ille quasi non sentiens verbera illata contēneret. Nos illico consequuti, scœdè cruentum, atque vniuersa corporis parte laniatum, cū exanimis in terra procubisset, inuenimus, statimq; eum a fello suo imposuimus, ac locum cædis illius execrantes, rapim abire properauimus. Interea illi regressi ad rhœdam suam, furore fatiati, agi quòd ire cœperant iumenta præcipiunt. Quæ cum solo omnia fixa, ac si aenea signa riguissent, tollentibus altius vocè magistris, flagris hinc atque hinc resonantibus, nihil penitus mouebantur. Confurgunt deinde omnes pariter in verba, consumit galligas mularum pœnam mastigias. Tota rapitur sylua de proximo, trabibus iumenta tunduntur: sed nihil penitus sæuæ manus agebant, vno atque eodem in loco stabant fixa simulachra. Quid agerēt infœlices homines nesciebant. Non iam vtrà dissimulare poterant, quin quamlibet brutis pectoribus agnoscerent diuino numine se teneri. Tandem verò in se regressi, cœperunt quarere, quis ille esset quem in eodem loco ante paululum cæcidissent: cum percunctâtes cognoscunt ex viantibus, Martinum à se tam crudeliter verberatū. Tunc verò apparere omnibus causa manifesta, nec ignorare iam poterant quin nobilis viri in-

*Dant pœnas
sui delicti.*

iuria tenerentur. Igitur omnes rapidis nos passibus consequuntur, conscij ac meriti pudore confusi, flentes & puluere, quo se ipsi scœdauerant, caput atque hora cōspersi, ante Martini se *In angustiis
positi veniã.*
abire sineret postulant, satis se vel sola conscientia dedisse pœnarum: satisque intellexisse, quàm eisdem ipsos viuos absorbere terra potuisset, vel ipsi potius amissis sensibus in immobilem saxorum naturam rigescere debuissent, sicut affixa locis quibus steterant iumēta vidissent. orare se atque obsecrare, vt indulgeret sceleris veniam, & copiam præstaret abeundi. Senserat etiam, priusquam adcurrerent, vir beatus, illos teneri: nobisq; id antè iam dixerat: veniam tamen clementer indulgit, eisdem abire permisit, animalibus restituitis. Illud autem animaduerti sæpe Sulpiti, Martinum tibi dicere solitū, nequaquam sibi Episcopatum eam virtutū gratiam suppeditasse, quam prius se habuisse meminisset. quod si verum est, imò quia verum est, conicere possumus, quāta fuerunt illa quæ monachus operatus est, & quæ teste nullo solus exercuit, cum tanta illum in Episcopatu signa fecisse, sub oculis omnium viderimus. Multa quidem illius gesta prius innotuere mundo, neque potuere celari: sed innumerabilia esse dicuntur, quæ dum iactantiam vitat, occultat, neq; in hominum notitiam passus est peruenire: quippe qui humanam substātiā supergressus, virtutis

*Ante potiora
quàm in Epi-
scopatu edi-
dit.*

sue conscientia mundi gloriã calcans celãs cœlo
 teste frueretur. Quod verum esse, vel ex his que
 cõperta nobis sunt, nec latere potuerunt, possu-
 mus æstimare. siquidẽ ante Episcopatum duos
 mortuos vitæ restituerit, quod liber tuus ple-
 nius est elocutus: in Episcopatu verò, quod præ-
 termisisse te miror, vnum tantummodo suscita-
 uerit. cuius rei ego testis sum, si tamen nihil de
 minus idoneo teste dubitatis. id ipsum autẽ vo-
 bis, qualiter gestum sit, explicabo. Fuerat causa
 nescio quæ, qua Carnotum oppidũ petebamus.
 interea dum vicum quendã habitantium multi-
 tudine frequentissimum præterimus, obuiã no-
 bis immanis turba processit, quæ erat tota Gen-
 tilium. nam nemo in illo vico nouerat Christũ.
 Verũ ad famam tanti viri campos omnes late
 patẽtes cõfluentium multitudo cõtexerat. Sen-
 sit hic Martinus operandum, & annunciãte sibi
 spiritu totus infremuit: nec mortale sonans ver-
 bum Dei Gẽtilibus prædicabat: sæpius ingemi-
 scens, cur tanta Dominũ Saluatorẽ turba nesci-
 ret. Interea sicut nos incredibilis circumdederat
 multitudo, mulier quædã, cuius filius paulo an-
 tẽ defecerat, corpus exanimũ beato viro protẽ-
 sis manibus cœpit offerre, dicens: Scimus quia
 amicus Dei es, restitue mihi filium meum, quia
 vnicus est mihi. iunxit se cætera multitudo, &
 matris precibus acclamat. Tunc Martinus vidẽs
 pro expectãtium salute, vt postea nobis ipse di-
 cebat, cõsequi se posse virtutẽ, defuncti corpus

propriis manibus accepit: & cum expectãtibz
 cũctis, genua flexisset, vbi cõsummata oratione
 surrexit, viuificatum paruulum matri restituit.
 Tunc verò multitudo omnis in cœlum clamore
 sublato, Christum Dominum fateri: postremũ
 cuncti cateruatim ad genua beati viri ruere cœ-
 perunt, fideliter postulãtes, vt eos faceret Chri-
 stianos: nec cunctatus, in medio vt erat campo,
 cũctos imposita vniuersis manu catechumenos
 fecit, cum quidem ad nos cõuersus diceret, non
 irrationabiliter in cãpo catechumenos fieri, vbi
 solent martyres consecrari. Vicisti, inquit Post-
 humianus, Galle, vicisti: nõ vtique me, qui Mar-
 tini sum potius adsertor, & qui hæc omnia de
 illo viro & sciu i semper, & credidi: sed eremitas
 omnes anachoretãq; vicisti. Nemo enim illorũ
 sicut Martinus hic vester, imò noster, mortibus
 imperauit. meritõq; hunc isti Sulpitius Apосто-
 lis cõparat & prophetis: quẽ per omnia illis esse
 cõsimilẽ, fidei virtus, ac virtutũ opera testãtur.
 Sed perge, quæso, quanquam nihil magnificen-
 tius audire possumus, perge tamen Galle, quod
 etiam nunc de Martino supereft sermonis euol-
 uere. nã etiã minima illius, & quotidiana, animõ
 festinat agnoscere: quia minima illius, aliorum
 maximis maiora esse, nulli dubiũ est. Ita faciam
 Gallus inquit. Verũ id quod dicturus sum ipse
 nõ vidi, prius enim gesta res est quã me illi viro
 iungerẽ, sed factũ celebre est, fideiũ fratrũ, qui
 interfuerãt, sermone vulgatũ. Eodẽ ferẽ tẽpore,

*Miraculo
 gentiles mol-
 tos conuertit.*

quo primùm Episcopus datus est, fuit ei necessitas adire comitatū. Valentinianus tum maior rerū potiebatur is cum Martinum ea petere cognouisset, quæ præstare volebat, iussit eum Palatii foribus arceri, etenim ad animum illius imitem ac superbum vxor accesserat Ariana, quæ totum illum à sancto viro, ne ei debitā reuerentiam præstaret, auerterat. Itaque Martinus, vbi semel atque iterū superbum principē adire tentauit, recurrit ad nota præsidia, cilicio obuoluitur, cinere conspergitur, cibo potūque abstinet, orationes diebus noctibūque perpetuat. Septimo verò die astitit ei Angelus, iubet eum ad palatium ire securum, regias fores quā liber clausas sponte referandas, Imperatoris spiritū superbum molliendum. Igitur istiusmodi præsentis Angeli confirmatus alloquio, & fretus auxilio, palatium petit. Patent limina, nullos obstitit, postremò vsque ad regem nemine prohibente peruenit. Qui cum venientem eminus videret, infrendēs cur fuisset admissus? nequaquā assurgere est dignatus astanti, donec regiam sellam ignis operiret, ipsūque regē ea parte corporis qua sedebat, adflaret incendium. Ita folio suo superbus excutitur, & Martino inuitus assurgit: multūque complexus, quem spernere ante decreuerat, virtutem se sensisse diuinam emendatior fatebatur: nec expectatis Martini precibus, prius omnia præstitit, quā rogaretur. Colloquio illum atque conuiuio frequenter adsciuit: postre-

Ariana mulier perditissima.

Coactus Valentinianus assurgit B. Martino.

postremò abeunti multa munera obtulit, quæ Idem munera respuit. vir beatus, vt semper paupertatis suæ custos, cuncta reiecit. Et quia palatiū semel ingressi sumus, licet diuersis in palatio tēporibus gesta coniectam. Nequaquā enim prætermittendum videtur, circa Martini admirationem, reginæ fidelis exemplum. Maximus Imperator temp. gubernabat, vir omni vita meritò prædicādus, si ei vel diadema non legitimè, tumultuante milite impositu repudiare, vel armis ciuilibus abstinere licuisset. sed magnum imperium nec sine periculo renui, nec sine armis potuit teneri: Hic Martinum sapius euocatū, receptūmq; intra palatium, venerabiliter honorabat. totus illi cum eo sermo de præsentibus, de futuris, de fidelium gloria, de æternitate sanctorū. cum interim diebus ac noctibus de ore Martini regina pēdebat, Euangelico illi non inferior exēplo, pedes sancti fletu rigabat, crine tergebat. Martinus, quæ nulla vnquā fœmina contigisset, istius assiduitatem imò potius seruitutē non poterat euadere. non illa opes regni, non imperij dignitatē, non diadema, non purpurā cogitabat: diuelli à Martini pedibus solo strata, non poterat. postremò à viro suo poposcit, deinde Martinum vtrique cōpellunt, vt ei remotis omnibus ministris, præberet sola conuiuium. nec potuit vir beatus obstinatius reluctari. Componitur castus reginæ manibus apparatus: sellulā ipsa consternit, mensam admonet, aquā manibus subministrat: cibū,

quē ipsa coxerat, apponit. ipsa, illo sedente, eminus secundum famulantium disciplinā solo fixa consistit immobilis, per omnia ministrātis modestiam, & humilitatem exhibēs seruiētis, miscuit ipsa bibituro, & ipsa porrexit. Finita cœnula, fragmenta panis assumpti, micāq; collegit, satis fideliter illas reliquias imperialibus epulis anteponeus, Beata mulier, tantę pietatis affectu illi meritō cōparanda quę venit à finibus terrę audire Salomonē, siquidem simplicē sequamur historiā: sed fides reginarū est conferenda, quod mihi liceat separata mysterij maiestate dixisse. Illa expetiit sapientē: ista non tātum audisse contenta, sed & meruit seruire sapiētī. Ad hęc Posthumianus: Iamdudum, inquit Galle audiens te loquentē, vehementer admiror reginę fidē: sed illud ubi est, quod nulla vnquā fœmina ferebatur propius assistere Martino? Ecce ista regina non solū assistit, sed etiā ministravit. Et vereor, ne isto aliquantulum se tueantur exemplo, qui libētē fœminis inferuntur. Tunc Gallus: Quid tu, inquit, non vides quod solent docere grammatici, locum, tempus, personā? Propone enim tibi ante oculos captū in palatium Imperatoris precibus abire, & reginę fide cogi, tēporis necessitate cōstringi, vt clausos carcere liberaret, exiliis datos restitueret. Hęc quanti putes constare Episcopo debuisse, vt pro his omnibus nō aliquantulum de rigore propositi relaxaret? Veruntamē quia occasione huius exēpli malē vsu-

*Mulier au-
dit virū Dei
audissime.*

ros esse aliquos arbitraris, illi verò fœlices erūt, si à disciplina exempli istius viri non recedant. Videant enim quia Martino semel tantū in vita, iam ipso sancto septuagenario, nō vidua libera, non virgo lasciuens, sed sub viro viuens, ipso viro pariter supplicante, regina seruiuit & ministravit edenti, non cum epulante discubuit: nec participabat conuiuio, sed deferebat obsequiū. Disce igitur disciplinam: seruiat tibi matrona, non imperet: & seruiat, non recūbat: sicut Martha illa ministravit Domino, nec tamē est ascita conuiuio: imō prælata est ministranti, quę verbum potius audiebat. Sed in Martino ista regina vtrūque compleuit: & ministravit vt Martha: & audiuit vt Maria. Quod si quis vti vouerit exemplo, per omnia teneat exemplum: talis causa sit, talisque persona, tale obsequium, tale conuiuium, & in omni vita semel tantum. Præclare, inquit Posthumianus, nostros istos, vt Martini non egrediantur exemplum, tua cōstringit oratio: sed profiteor tibi, quia hęc surdis auribus audientur, Nam si Martini sequeremur vias, nūquam causas de osculo diceremus, & vniuersis obscenę opinionis opprobriis careremus. Verum sicut tu soles dicere, cum edacitatis argueris, Galli sumus: ita nos in hac parte nūquam vel Martini exemplo, vel tuis disputationibus corrigendos fatemur. Veruntamen hęc nobis iam dudum agentibus, quid tu tam obstinatē Sulpiti taces? Ego, inquit, non solum

*Regina ser-
uit B. Mart.*

*Osculari mu-
lierē dederet.*

modo taceo, sed olim de istis tacere disposui. Nam quia quandam viduam vagam, nitidulam, sumptuosam obiurgauerim, lasciuus victitantem, itidemque virginem adolescenti cuidam mihi caro indecentius adherentem, cum quidem ipsam frequenter audissem, alios etiam qui talia agerent increpantem: tanta mihi omnium foeminarum, cunctorum monachorum odia concitavi, ut aduersus me utraque legiones iurata bella susciperent. Vnde quaeso taceatis, ne etiam hoc quod vos loquimini, ad meam referatur inuidiam: tota vobis istorum metio relinquatur: ad Martinum potius reuertamur. Tu Galle, ut aggressus es, coeptum opus explica. Tunc ille: Iam quidem vobis, inquit, tanta narraui, ut satisfacere studiis vestris meus sermo debuerit: sed quia voluntati vestrae non obsecundare mihi non licet, quantum adhuc diei superest, loquar. Nam certe dum stramen illud quod in lectos nostros paratur, aspicio, subuenit in memoriam etiam de stramine in quo Martinus iacuerat, factam esse virtutem. Res ita gesta est. Gaudiomacus vicus est in confinio Biturigum atque Turonorum, Ecclesia ibi est celebris religione sanctorum, nec minus gloriosa sacrarum virginum multitudine. Praeteriens ergo Martinus in secretario Ecclesiae habuit mansionem: Post discessum illius, cum etiam in secretarium illud virgines irruerunt, adlambunt singula loca ubi aut federat vir beatus, aut steterat, stramentum etiam in quo quieuerat, patiuntur. Vna ea-

Virginum religio.

rum post dies paucos partem straminis, quam sibi pro benedictione collegerat in energumeno quem spiritus erroris agitabat, de ceruice suspedit. Nec mora dicto citius eiectione daemone, persona purgata est. Per idem ferè tempus reuertente Martino à Treueris, fit obuia vacca, quam demon agitabat: quae relicto gressu suo, in homines ferebatur, & iam multos noxie petula confoderat, verum ubi nobis coepit esse contigua, hi qui eam eminus sequebantur, praedicere magna voce coeperunt, ut caueremus. Sed postquam ad nos toruis furibunda luminibus propius accessit, Martinus eleuata obuia manu, pecudem consistere iubet. quae mox ad verbum illius stare coepit immobilis. Cum interea videt Martinus, dorso illius daemone superfedentem, quem increpans: Discede, inquit funeste, de pecude, & innoxium animal agitare desiste. Paruit nequam spiritus, & recessit. Nec defuit sensus in bucua, quin se intelligeret liberatam, ante pedes sancti, recepta quiete prosternitur: deinde iubente Martino, gregem suum petit, seque agmini caeterarum oue placidior immiscuit. Hoc illud fuit tempus, quo inter medias flammis positus, non sensit incendium. quod mihi non arbitror esse referendum, quia hoc plenius iste Sulpitius, licet in libro suo praeteritum in Epistola tamen postea, quam ad Eusebium, tunc presbyterum, modò Episcopum fecit, exposuit: quam tu Posthumiane, ut credo, legisti: aut si

Vacca à demone vexata liberatur.

Sulpitij ad Eusebium Epistola.

incognita tibi est, cum libuerit in promptu ex illo armario habes. nos ab illo omiſſa referimus. Quodam autem tempore, dum diceſes circumiret, venantium agmen incurrimus. Canes leporem ſequebatur. iamque multo ſpacio victa beſtiola, cum vndique campis late patentibus nullum eſſet effugium, mortem imminentem, iam iamque capienda crebris flexibus differebat. cuius periculum vir beatus pia mente miſeratus, imperat canibus vt deſiſterent ſequi, & ſinerent abire fugientem. qui corinuo ad primum ſermonis imperium conſtiterunt. Crederes vinctos, imò porius affixos in ſuis harere veſtigiiſ: ita lepulculus perſequentibus alligatiſ, incolumiſ euasiſ. Operæ precium autem eſt etiam familiaria illiuſ verba, ſpiritali ſale condita memorare. Quem recens conſam forte coſpexerat: Euangelicum, inquit, mandatum iſta compleuit, duas habuit tunicas, vnã earum largita eſt non habenti: ita ergo & vòſ facere deberiſ. Item cum bubulcum algentem, ac penè nudum in pellicea veſte vidiffet, En, inquit, Adã eiectus de paradifo, in veſte pellicea ſues paſcit: ſed noi illo vetere depoſito, qui adhuc in iſto manet, nouum Adam porius induamus. Boues ex parte prata depauerat, porci etiam nonnulla ſuffoderant: pars cætera quæ manebat illeſa, diuerſiſ floribuſ quaſi picta vernabat. Speciem, inquit, gerit pars illa coniugij, quæ pecore depaſta, & ſi non penitus gratiam

*Ad imperium
B. Martini
canes prædã
deſerunt.*

*Sale conditi
verbum.*

*Aluſto ad
ſtatũ miſer-
rimum Adam.*

amiſit herbarum, nullam tamen florum retinet dignitatem: illa verò quam porci, pecora imunda, foderunt, fornicationiſ imaginem fœdam prætendit: cæterum illa portio quæ nullam ſenſit iniuriam. gloriam virginitatiſ oſtendit, herbis fœcunda luxuriat fœni, in ea fructuſ exuberat, & vltra omnem ſpeciem diſtincta floribus, quaſi gemmiſ micantibuſ ornata radiat. Beata ſpecies & Deo digna: nihil enim virginitati eſt comparandum. Ita & illi qui coniugia fornicationiſ comparant, vehementer errant: & illi qui coniugia virginitatiſ æquanda aſtimant, miſeri penitus & ſtulti ſunt. Verum hæc à ſapientibuſ tenenda diſtinctio eſt, vt coniugium pertineat ad veniam, virginitatiſ ſpectet ad gloriam: fornicatio deputeretur ad pœnam, niſi ſatiſfactione purgetur. Miles quidam cingulum in eccleſia, monachum profeſſuſ abiecerat: cellulam ſibi eminuſ in remoto, quaſi eremita victurus, erexerat: interea aſtutus inimicuſ variis cogitationibuſ brutum pectuſ agitabat: & coniugem ſuã, quam Martinuſ in monaſterio puellarum eſſe præceperat, voluntate mutata ſecum potiuſ vellet habitare. Adit ergo Martinũ fortis eremita, quid haberet animi conſitetur: ille verò vehementer abnuere, fœminam viro ruſuſ, iam monacho, non merito incongrua ratione miſceri: poſtremò cum miles iſtaret, affirmans nihil hoc propoſito eſſe nociturum ſe ſolo coniugis vti velle ſolatio: porro, ne ruſuſ ſe

Ex ſimilitudinibus colligitur coniugij & virginitatiſ excellentiã, & fornicationiſ turpitudinem.

Incomparabilis dignitas virginitatiſ.

Eremiticam vitam relicto matrimonio ruſuſ miles iſtituit.

in sua reuoluerent, non esse metuendum: se esse militem Christi, illam quoque in eadem militiæ sacramēta iurasse: pateretur episcopus sanctus, & sexum fidei meritò nescientes pariter militare. tunc Martinus: Verba vobis ipsa dicturus sum. dic mihi, inquit, si vnquam in bello fuisti, si in acie constitisti: At ille respondens: Frequenter, inquit, in acie steti, & bello frequenter interfui. Ad hæc Martinus: Dic mihi ergo, nunquid & in illa acie quæ armata in prælio parabatur, aut cum iam aduersus hostilem exercitum collocato cominus pede, districto ense pugnabas, vllam scœminam stare aut pugnare vidisti? Tunc demum miles confusus erubuit, gratias agens, errori suo se non fuisse permissum: nec alpera increpatione verborum, sed vera & rationabili secundum personam militis comparatione correctum. Martinus autem conuersus ad nos, sicut cum frequens fratrum turba vallauerat: Mulier, inquit, virorum castra non adeat, acies militum separata consistat, procul scœmina in suo degens tabernaculo sit remota. contemptibilem enim reddit exercitum, si virorum cohortibus turba scœminea misceatur. Miles in acie, miles pugnēt in campo: mulier se intra murorum munimenta contineat. habet & illa gloriam suam, si pudicitiam viro absente seruauerit: cuius hæc prima virtus, & consummata victoria est, non videri. Illud verò Sulpiti, meminisse te credo, quo affectu nobiscum & tu-

Miles monachus factus ab uxore concupitus verbo B. Martini reuocatur.

Militia viri & mulieris distincta.

Mulieris pudicitia firmatur virorum absentia.

coram adestes, illam virginem prædicari, quæ ita se penitus ab omnium virorum oculis remouisset, vt ne ipsum quidem ad se Martinum, cum eam ille officij causa visitare vellet, admiserit. Nam cum præter agellum illius præteriret, in quo se iam antè complures annos pudica cohibebat, audita fide illius, atque virtute, diuertit, vt tam illustri meriti puellam religioso officio Episcopus honoraret. Nos consequentes, gausuram illam virginem putabamus: siquidē hæc in testimonium virtutis suæ esset habitura, ad quam tanti nominis sacerdos, deposito proposito rigore venisset. Verùm illa fortissimi vincula propositi, ne Martini quidem contemplatione laxauit. Ita vir beatus accepta per aliam scœminam exultatione laudabili, ab illius foribus, quæ videndam se saluandamque non dederat, lætus abcessit. O virginem gloriosam, quæ ne à Martino quidem passa est se videri. ô Martinum beatum, qui illam repulsam non ad contumeliam suam duxit: sed magnificans illius cum exultatione virtutem, inusitatum in his duntaxat regionibus gaudebat exemplum. Ergo cum haud longè ab illa villula nos manere nox imminens cœgisset, xenium beato viro eadem illa virgo transfudit: fecitque Martinus quod antea non fecerat: nullius enim ille vnquam xenium, nullius munus accepit. nihil verò ex hisquæ virgo venerabilis miserat, refutauit, dicens: benedictionem illius à sacerdote minimè respuen-

B. Martini visitatio sine effectu.

*Exhortatio
ad virgini-
tatem.*

dam, quæ esset multis sacerdotibus præferenda. Audiant quæso virgines istud exemplum, vt fores suas, si eas mali obsidere voluerint, etiam bonis claudât: & ne ad se improbis sit liber accessus, non vereantur excludere etiam sacerdotes. Totus hæc mundus audiat: videri se à Martino virgo non passa est, non vtique illa quemcunque à se repulit sacerdotem: sed in eius virtu conspectum puella non venit, quem videre salus videntium fuit. Quis autem hoc alius præter Martinum sacerdos, non ad suam iniuriam retulisset? quod aduersum sanctam virginem motus quantâque iras mente concepisset? hæreticam iudicasset, & anathema esse decreuisset. Quam verò illi beatâ animâ illas virgines prætulisset, quæ crebris occurribus vbique se præbent obuias sacerdoti, quæ conuiuia sumptuosa disponunt, quæ vna pariter accumbunt. Sed quò me ducit oratio, paululum iste liberior sermo reprimendus est, ne in aliquorum forsitan incurrat offensam. Etenim infidelibus obiurgationis verba non proderunt, fidelibus autem satisfaciet exemplum. verùm ego ita virtutem huius virginis prædicabo, vt tamen nihil illis, quæ ad Martinum videndum ex longinquis religionibus sepe venerunt, arbitrer derogandum: si quidem hoc beatum virum frequenter affectu etiam angeli frequentarint. Cæterùm id quod dicturus sum Sulpitii, hoc te (me autem intuebatur) teste rectè perhibeo. Quadâ die, ego & iste

*Collocutio
B. Martini
cũ beatis vir-
ginibus.*

Sulpitius pro foribus illius accubantes, iam per aliquot horas cum silentio sedebamus, ingenti horrore & tremore, ac si ante angeli tabernaculum manentes, excubias duceremus: cū ipse quidem clauso cellulae suæ ostio, nos ibi esse nesciret. Interim colloquētium murmur audivimus, & mox horrore quodam circūfundimur, ac obstupescētes nec ignorare potuimus, nescio quid fuisse diuinū. Post duas ferè horas ad nos Martinus egreditur, ac tūc cum ipse Sulpitius (sicut apud eum nemo familiaris loquebatur) cœpit orare, vt perquirētibus iudicaret, quid illud diuini fuisset horroris, quod fatebatur nos ambo sensisse, vel cum quibus fuisset in cellula, collocutus? Tenuem enim nos licet, & vix intellectum sermocinantium sonum pro foribus audisse. Tunc ille diu multumque cunctatus, sed nihil erat quod ei Sulpitius nō extorqueret inuito, incredibiliora fortè dictur^o sum, sed Christo teste non mentior: nisi quisquam est tam sacrilegus, vt Martinum estimet fuisse mentitum, Dicam, inquit, vobis, sed vos quæso nulli dicatis: Agnes, Thæcla, & Maria mecum fuerunt, referebat autem nobis vultū atque habitum singularem. Nec verò illo tantum die, sed frequenter se ab eis confessus est visitari. Petrum etiam & Paulum Apostolum videri à se sæpius, non negauit. Iam verò demones, prout ad eum quicumque venisset, suis nominibus inceptabat. Mercurium maximè patiebatur infestum, Iouē, bru-

*Historia cõ-
probatur
verbis B.
Martini.*

*Frequēs D.
Petri et Pau-
li cū S. Mar-
tino conuer-
satio.*

tum atque hebetem esse dicebat. Hæc plerisque in eodem etiam monasterio constitutis incredibilia videbantur: necdum ego confidâ omnes, qui hæc audient credituros. Nam nisi inæstimabilem vitam, atque virtutem Martinus egisset, nequaquam apud nos tanta gloria præditus haberetur: quanquam minimè mirum, si in operibus Martini infirmitas humana dubitauerit: cū multos hodiè que videamus, nec Euāgeliis quidem credisse. A Martino autem sæpe Angelos visos familiariter, & sensimus, & experti sumus. Rem minimam dicturus sum, sed tamen dicam. Apud Nemausum Episcoporum Synodus habebatur. ad quam quidem ire noluerat: sed quid gestum esset, scire cupiebat. Casu cum eò iste Sulpitius nauigabat: sed procul, ut semper, à cæteris in remota nauis parte residebat. Ibi ei Angelus, quid gestum esset in Synodo, nunciavit. Nos postea tempus habiti concilij sollicitè requirentes, satis compertum habuimus, ipsum diem fuisse conuentus, & ea ibi ab Episcopis fuisse decreta, quæ Martino Angelus nunciavit. Hæc cum maximè Gallus, necdum explicitis quæ statuerat referre, loqueretur, puer familiaris regressus est, nuncians, Refrigerium presbyterum stare pro foribus. Dubitare cœpimus, vtrum Gallum adhuc esset melius audire: an exoptatissimo nobis viro, qui officij causa ad nos veniebat, occurrere. Tunc Gallus, Etiam si non ob aduētum sanctissimi sacerdotis relin-

Angelorum
visio.

Apud Nemausum Synodus habetur

Acta Synod. didicit ab Angelo.

quenda nobis hæc esset oratio, nox ipsa cogebat, hucusque pertractum finire sermonem. Verum quia de Martini virtutibus nequaquam explicari vniuersa potuerunt, hæc vos hodie audisse sufficiat, cras reliqua dicemus. Ita pariter accepta hac Galli sponse, surreximus.

Gesta B. viri oratione comprehendere non posse.

DI A L O G V S T E R T I V S A D H V C
Gallo narrante.

TU VCESCIT, ô Galle, surgendum est. nam vt vides, & Posthumiarius instar, & hic presbyter, qui hesternò auditorio admissus expectat, vt quæ de Martino nostro in hodiernum diem explicanda distuleras, debitor sponse euoluas. Non ignarus quidem iste omnium quæcunque memoranda sunt, sed dulcis & grata cognitio est etiam notare legenti, siquidè natura ita comparatum sit, vt meliore quis conscientia se nosse congaudeat, quæ multorum testimoniis non esse incerta cognoscat. Nam & hic à prima adolescentia Martinum securus, nouit quidem omnia, sed libenter cognita recognoscit. fateor enim tibi Galle, Martini mihi sapius auditas esse virtutes: quippe qui de eo etiam literis multa mandauerim, sed per gestorum admirationem semper mihi noua sunt, quæ de illo licet audita sapius reuoluuntur. proinde additum nobis Refrigerium auditorem eo

Elegas exordij ratio.

*Audiendarū
virtutum B.
Martini de-
siderium.*

impensius gratulamur, quo promptius Posthumianus iste, qui hæc Orienti inferre festinat, quasi sub testibus consignatam abs te accepturus est veritatem. Hæc me loquente, Gallo iam ad narrandū parato, irruit turba monachorū: Euagrius presbyter, Aper, Sebastianus, Agricola, post paululū ingreditur presbyter noster Ethe-rius cum Calypione Diacono, & amatore subdiacono. Posterius Aurelius presbyter dulcissimus, magis lōgiore via veniens, anhelus cucurrit. Quid vos inquam, tam subitō & insperati, tā ex diuersis regionibus, tam manē concurritis? Nos, inquit, hesternō cognouimus, Gallum istum per totā diem, Martini narraſſe virtutes: & reliqua in hodiernum diem quia nox oppreserat, distulisse: propterea maturauimus frequēs auditorium facere, tantam materiam locuturo. Interea nunciatur, multos secularium stare proforibus, nec ingredi audentes, sed vt admitterentur orantes. Tunc Aper: Nequaquam istos, inquit, nobis admisceri conuenit, quia ad audiendum curiositate potius quā religionē venerunt. Confusus ergo illorū vice, quos non admittendos esse censebat: agrē tandem obtinui, vt Eucherium ex vicariis, & Celsum admitterem consularē: ceteri sunt repulsi. Tunc Gal- lum mediā in sede componimus, qui cum diu nobili sua verēcundia silentium tenuisset, tandem ita exorsus est: Couenistis, inquit, ad me audiendum, & sancti & disertī, sed religiosas

*Duo genera
auditorum
notantur.*

potius, quā doctas aures, vtī arbitror, attulistis, audituri, me fide teste, non orationis copia locuturum. Quæ autē hesternō dicta sunt, non reuoluam: illa qui non audierunt, ex scriptis recognoscent. Noua Posthumianus expectat, nunciaturus Orienti, ne se incomparatione Martini præferat Occidenti. ac primūm gessit animus, quod Refrigerius in aurem suggerit, explicari. Res in Carnotena gesta est ciuitate. Pater filiam duodecennem ab vtero mutam puellam, Martino cepit offerre, poscens, vt linguam ligatam meritis suis sanctus absolueret. Ille cedens Episcopis, qui tum fortē latus illius ambiebant, Valentiniano atque Victoricio: imparem se esse tantæ moli, sed illis quasi sanctioribus nihil impossibile fatebatur. At illi piæ preces vnā cum patre supplici voce iungentes, orare Martinum, vt sperata præstaret: nec cunctatus vltrā, vtrumque præclarum, & ostendendo humilitatem, nec differendo pietatem, iubet circumstantis populi multitudines submoueri: Episcopis tantum & puellæ patre assistentibus, in oratione suo illo more prosternitur. Deinde pusillum olei cum exorcismi præfatione benedicit, atque ita in os puellæ sanctificatum liquorem, cum & linguam illius digitis tenere, infudit. Nec fefellit sanctum virtutis euentus. Patris nomen interrogat: mox illa respondit. proclamat pater cum gaudio pariter & la-

Exsanatio.

*Modestia
vir. Deo.*

*Oleo in os
iniecto puella
muta loquitur.*

crymis, Martini genua complexus, & hanc primam se filia audisse vocem cunctis stupentibus fatebatur. Ac ne cuiquam id incredibile forte videatur, perhibebat nobis praesens Euagrius testimonium veritatis. nam res ipso praesente tunc gesta est. Parum illud est quod nuper Harpagio presbytero referente cognoui. sed non praetermittendum videtur, Auiciani comitis vxore misisse oleum, quod ad diuersas morborum causas necessarium (sicut est consuetudo) benediceret: ampullam vitream istiusmodi fuisse, vt rotunda in ventrem cresceret, ore producto, sed omnis extantis concauum non repletum, quia id moris sit vascula complere, vt pars vmbonibus obstruedis libera relinquatur. Testabatur presbyter, vidisse se oleum sub Martini benedictione creuisse, quod ab exundante copia supernè deflueret: eademque, dum ad matrem familias vasculum referretur, seruasse virtutem. Nam intra manus pueri portantis ita semper exundasse oleum, vt omne illius vestimentum copia superfusi liquoris operiret, matronam ita vsque ad summum labrum plenum vasculum recepisse, vt perhibeat, hodieque fateatur, obdendi pessuli, quo claudi diligentius seruanda consueuerunt, in vitro illo spacium non fuisse. Mirum & illud quod huic (me autem intuebatur) memini contigisse. Vas vitreum cum oleo, quod Martinus benedixerat in fenestra paululum editiore deposuit: puer familiaris.

Facti comprobatio.

B. Martini benedictionis Oleum creuit.

Vas vitreum lapsu non fractum.

lialis incautiore linteum superpositum, ampullam vbi esset ignarus, attraxit vas super costratum marmore pauimentum decidit, cunctis metu exterritis, ne benedictio deperisset, ampulla perinde incolumis est reperta, ac si super plumas mollissimas decidisset. Quae res non potius ad casum, quam ad martini est referenda virtute, cuius benedictio perire non potuit. Quid illud, quod factum est a quodam, cuius nomen quia praesens est, & prodigiose veruit, supprimitur: cui quidem tempore hic etiam Saturnius interfuit. Canis nobis importunior oblatrabat. In nomine, inquit, Martini iubeo te obmutescere. cani adhaesit latratus in gutture, linguam vt abscissam putares: obmutuit. ita parum est, ipsum Martinum fecisse virtutes. Credite mihi, quia etiam alij in nomine eius multa fecerunt. Auiciani quondam comitis noueratis barbaram nimis, & vltra omnes cruentam feritatem, hic rapido spiritu ingressus Turonum ciuitatem, sequentibus eum mirabili facie ordinibus catenatis diuersa perpendis pacari iubet genera poenarum, disponens postera die attonita ciuitate ad opus tam triste procedere. Quod vbi Martino copertum est, solus paulo ante mediam noctem ad praetorium bestiae illius tendit. Sed cum profundae noctis silentio quiescentibus cunctis, nulli foribus obseratis pateret ingressus, ante limina cruenta prosternitur: interea Auiciano graui somno sepultus, angelo ingruente percellitur. Seruus inquit, Dei ad tua limina iacet. & tu quiescis:

Canis obmutescit voce S. viri.

Auiciani comitis crudele propositum.

Studium Dei pro B. Marti.

Qua ille voce præcepta, lecto suo turbatus excutitur: cõuocatisq; seruis trepidus exclamat, Martinum esse pro foribus. irent protinus, claustra referat, ne Dei seruus pateretur iniuriam. Sed illi, vt est omnium natura feruorum, vix prima limina egressi, irridetes Dominum suum, quod somno fuisset illusus, negant quẽquam esse pro foribus: ex suomet ingenio coniectantes, neminem nocte posse vigilare: nedum illi crederent, in illo noctis horrora iacere ante aliena limina

Anicianus à sacerdotẽ: idq; Auicianus facile persuasus, rursus soluitur in soporẽ. Sed mox vi maiore concussus, exclamat Martinum stare pro foribus, sibi ideo nullam quietem animi corporisque permitti. Tardantibus seruis, ipse vsq; ad limina exteriora progreditur, ibi Martinũ vt senserat deprehendit. Percussus miser tãtã manifestatione virtutis: Quid, inquit, mihi hæc Domine fecisti? nihil loqui te necesse est, scio quid desideres, video quid requiras: discede quãtocyus ne me ob iniuriam tuam cœlestis ira consumat: satis soluerim hucusque pœnarum. Crede, quia non leuiter apud me actum est, vt ipse procederẽ. Post discessum autem sancti, aduocat officiales suos, iubet oẽs custodias relaxari, & mox ipse proficiscitur: ita fugato Auiciano, lætata est ciuitas & liberata. Hæc cum multis Auiciano referẽte, comperta sunt: tum nuper Refrigerius presbyter quem coram videris, ab Agarido fideli viro, ex tribunis, sub inuocatione diuinã maiestatis

Anicianus à sacerdotẽ: idq; Auicianus facile persuasus, rursus soluitur in soporẽ. Sed mox vi maiore concussus, exclamat Martinum stare pro foribus, sibi ideo nullam quietem animi corporisque permitti. Tardantibus seruis, ipse vsq; ad limina exteriora progreditur, ibi Martinũ vt senserat deprehendit. Percussus miser tãtã manifestatione virtutis: Quid, inquit, mihi hæc Domine fecisti? nihil loqui te necesse est, scio quid desideres, video quid requiras: discede quãtocyus ne me ob iniuriam tuam cœlestis ira consumat: satis soluerim hucusque pœnarum. Crede, quia non leuiter apud me actum est, vt ipse procederẽ. Post discessum autem sancti, aduocat officiales suos, iubet oẽs custodias relaxari, & mox ipse proficiscitur: ita fugato Auiciano, lætata est ciuitas & liberata. Hæc cum multis Auiciano referẽte, comperta sunt: tum nuper Refrigerius presbyter quem coram videris, ab Agarido fideli viro, ex tribunis, sub inuocatione diuinã maiestatis

*Testimonium
rei gesta.*

audiuir, qui sibi hoc ex ipso Auiciano relatum esse iurabat. Cæterum nolo miremini, me hodie facere, quod hesternum non feci, vt ad singulas quasque virtutes nomina testiũ personãque subnectam: ad quas si fuerit incredulus, quia adhuc in corpore sunt, recurat. Exigit id infidelitas plurimorum, qui in aliquibus quæ hesternum memorata sunt, nutare dicuntur. Accipiãt ergo testes adhuc incolumes atque viuentes, quibus quia de fide nostra dubitant, magis credant. Sed si ad eò infideles sunt, profiteor quia nec illis sunt credituri: miror autem quenquã, qui vel tenacum sensum religionis habeat, tãtum piaculis velle cõmittere, vt putet quenquam de Martino posse mentiri. Facessat à quoquam qui sub Deo viuit, ista suspicio. neq; enim Martinus hoc indiget, vt mendaciis asseratur: sed tamen totius sermonis fidem apud te Christe depromimus, nos nec alia dixisse, nec alia dicturos, quàm quæ & ipsi vidimus, & quæ manifestis autoribus, vel plerunque ipso referente, cognouimus. Cæterum etsi dialogi speciem, quo ad releuandum fastidium lectio variaretur, assumpsimus, nos piẽ præstare profiteamur historiæ veritatẽ. Hæc me extrinsecus inferere, nõnullorum incredulitas, non sine meo dolore compulerit. Sed redeat ad nostrum sermo consensum, in quo cum me tam studio se audiri videam, fateor necesse est Aprum fecisse constanter, qui repulit infideles: eos tantũ iudicans audire debere, qui crederent.

*Fatetur dæ-
mones facta
S. Episcopi.*

Efferor siquidē præditus spiritu, & præ dolore totus insanio, non credent Martini virtutibus Christiani, quas dæmones fatebantur? monasterium beati viri duobus à ciuitate erat milibus disparatum: sed si quotiens venturus ad Ecclesiam, pedem extra cellula suæ limen extulerat, videres per totam Ecclesiam, energumenos rugientes, & quasi adueniente iudice agmina dānanda trepidare, vt aduentum episcopi clericis, qui venturum esse nescirent, dæmoniorum gemitus indicaret. Vidi quendā appropiante Martino in aëra raptum, manibus extēsis in sublime suspendi, vt nequaquam solum pedibus attingeret. Si quando autem exorcizādorū dæmonum Martinus operam recepisset, neminem manibus atrectabat, neminem sermonibus increpabat, sicut plerunque per clericos rotatur turbo verborum: sed admotis energumenis, ceteros iubebat abscedere, ac foribus obleratis in medio ecclesie cilicio circumtectus, cinere respersus, solo stratus orabat. Tunc verò cerneres miseros diuerso exitu perergeri, hos sublatis in sublime pedibus quasi de nube pendere, ne tamen vestis deflueret super faciē, ne faceret verecundiam nudata pars corporū. At in parte alia videres sine interrogatione vexatos, & sua crimina confitentes: nomina etiam nullo interrogante prodebat. ille se fouē, iste Mercurium fatebatur. Postremò cunctos diaboli ministros cū ipso cerneres autore cruciari. vt iam in Mar-

*Argumentum
à minere ad
maius.*

*Modus exor-
cizandi B.
Martini.*

tino illud fateamur impletū, quod scriptum est: Quoniam sancti de angelis indicabunt. Pagum quendam in Senonico annis singulis grādo vastabat. compulsi extremis malis incolæ à Martino auxilium poposcerūt, missa per Auspiciū præfectorium virum satis fida legatione, cuius agros specialiter grauior quàm cæterorum ad-
fuerat procella populari. Sed facta ibi oratione, Martinus ita vniuersam penitus liberauit ab ingruenti peste regionē, vt per triginta annos, quibus postea mansit in corpore, grandinem in illis locis nemo pertulerit. Quod ne fortuitum esse, & non potius Martino præstitum putaretur, eo anno quo ille defunctus est, rursus incubuit rediuiua tempestas. adeò sensit & mundus viti fidelis excessum, vt cuius vita iure gaudebat, etiam eiusdem mortem lugeret. Cæterum si ad hæc probanda, quæ diximus, testes infirmior auditor exegerit, non vnum ego hominem, sed multa milia producā, & totam in testimonium virtutis ex parte Senonum aduocabo regionē. Et tamen tu Refrigeri presbyter, credo meministi, nuper nobis super hoc cum Romulo Auspici illius filio, honorato, & religioso viro, fuisse sermonē. qui hæc nobis tanquam incomperta referebat, & cum futuris prouentibus, per assidua damna trepidaret, vt ipse vidisti, magno secum mœrore lugebat, Martinum non in hæc tempora reseruatam. Sed vt ad Auicianum recurram, qui cum in omnibus locis, cunctisque

Pagum Senonensis diocesis ab animalis peste oratio liberat.

*Cur Turonis
solum, crudeli-
tatis monu-
menta non e-
debat Auici-
anus.*

*Causa cru-
delitatis A-
uiciani.*

**Magister.*

urbibus ederet crudelitatis suæ infanda moni-
menta, Turonis tantum innocēs erat. Et illa be-
stia, quæ humano sanguine, & infelicitium mor-
te alebatur, mire se atque tranquillum beato
viro præsentem præstabat. Memini quodam die
ad eum venisse Martinum, qui vbi secretarium
eius ingressus est, vidit post tergum ipsius dæ-
monem miræ magnitudinis assidentem, quem
eminus vt verbo (quia necesse est) parū Latinè
loquamur, exufflans, Auicianus se exufflari exi-
stimās, Quid me (inquit) sancte sic aspicias? Tunc
Martinus: Non te, inquit, sed eū qui ceruici tuæ
reter incubuit. Ita recessit diabolus, & reliquit
familiare subelliū. satisque constat, ab illo die
Auicianum mitiorē fuisse: seu quòd intellexe-
rit, egisse se semper ad sistētis sibi diaboli volun-
tatē: seu quòd immundus spiritus ab illius con-
sensu per Martinum fugatus, priuatus est pote-
state grassandi, cū crubesceret *minister aucto-
ritatem, nec ministrum auctor vrgeret. In vico
autem Ambatiensi, id est castello veteri, quod
nunc frequēs habitatur à fratribus, idolum no-
ueratis grandi opere constructum: politissimis
saxis moles turrita surrexerat, quæ in collectio-
ne summitatis thronū sublime procedēs, super-
stitionem loci operis dignitate seruabat. Huius
destructionem Marcello ibidē consistendi præ-
byteros, vir beatus sæpe mandauerat. Post ali-
quantum tempus regressus, increpat presbyte-
rorum, cur adhuc idoli structura consisteret: Il-

le causatus, vix militari manu & vir publicæ
multitudinis, tantam molem posse subuerti, ne-
dum id facile putaret per imbecilles clericos,
aut infirmos monachos quiuissē curari. Tunc
Martinus recurrens ad nota subsidia, noctem
torā in orationibus peruigilat. manē orta tem-
pestas, ædem idoli vsque ad fundamentum pro-
uoluit. Verūm hæc Marcello teste dicta sint.
Alium eius non dissimilem, in simili opere, vir-
tutem Refrigerio ad stipulante perhibeo. Co-
lumnā immensæ molis, cui idolum supersta-
bat, parabat euertere: sed nulla erat facultas,
qua id daretur effectui. Tunc ad orationem suo
more cōuertitur. Visum certū est parilem quo-
dammodo columnā ruere de cælo, quæ im-
pacta idolo tantam illam inexpugnabilem mo-
lem soluit in puluerem: parum scilicet: si inui-
sibiliter cæli virtutibus vteretur, nisi ipsē virtu-
tes visibiliter seruire Martino, humanis etiam
oculis cernerentur. Idem autem Refrigerius mi-
hi testis est, mulierē profluoio sanguinis labo-
rantem cum Martini vestem (exemplo mulieris
illud Euangelicæ) contigisset, sub momēto tem-
poris fuisse sanatam. Cum verò flumen quod-
dam transire deberemus, serpens ipsum flumen
secabat, & ripam in qua constiteramus adnata-
bat: quem prospiciens Martinus: In nomine,
inquit, Domini, iubeo te redire. Mox se mala
bestia ad verbum sancti retorfit, & in vltio-
rem ripam nobis expectantibus transmeauit.

*Oratione de-
scribitur in
vico Amba-
tienti templū
idolorum.*

*Mulier pro-
fluoio sangui-
nis sanatur
attactu ve-
stimenti B.
Martini.*

quod cum omnes non sine miraculo cerneremus, altius ingemiscens ait: Serpentes me audiunt, & homines me non audiunt. Piscem Paschæ diebus edere consuetus, paulo ante horam refectionis interrogat, an haberetur in promptu? Tunc Cato Diaconus, ad quem monasterij administratio pertinebat, doctus ipse piscari, negat per totum diem sibi ullam contigisse capturam, sed neque alios piscatores, qui vendere solebant, quicquam agere quiuisset. Vade, inquit, mitte linum tuum, captura proueniet. Contigua flumini, ut Sulpitius iste descripsit, habebamus habitacula, processimus, cuncti, utpote fertatis diebus, videre piscantem: omnium spebus intentis, non incassa futura tentamina, quibus pisces Martino authore, Martini visibus quærentur. Ad primum iactum in reti per modico immanem esocem Diaconus extraxit, & ad monasterium lærus accurrens detulit: nec mirum, ut dixit Poëta, nescio quis. (utimur enim versu scholastico, quia inter scholasticos fabulamur.) Captiuumque suum mirantibus intulit Argis. Verè Christi iste discipulus & gestarum à Saluatore virtutum, quas in exemplum sanctis suis edidit, æmulator, Christum quoque in se monstrabat operantem, qui sanctum suum vsquequaque glorificans, diuersarum munera gratiarum in vnum hominem conferebat. Testabatur Arbrius ex Præfecto, vidisse se Martini manum sacrificium of-

Captura pisci ad Christi similitudinem.

ferentis, vestitam quodammodo nobilissimis gemmis, luce micare purpurea, & ad moru dextræ collifarum inter se fragorem audisse gemmarum. Veniam ad illud, quod propter notam temporum semper occultauit: sed nos celare non potuit. in quo illud est miraculi, quod facie ad faciem cum eo est Angelus colloquutus. Maximus Imperator, aliàs sanè bonus, deprauatus consilii Sacerdotum, post Priscilliani necem, Ithacium Episcopum Priscilliani accusatorem, cæterosque illius socios, quos nominari non est necesse, ut regia tuebatur, ne quis ei crimini daret operam, illius cuiuscunque modi hominem fuisse damnatum. Interea Martinus multis grauioribusque laborantium causis ad comitatum ire compulsus, procellam ipsam totius tempestatis incurrit. Congregati apud Treueros Episcopi tenebantur, qui quotidie communicantes Ithacio communem sibi causam fecerant. His vbi nunciatum est, inopinantibus, adesse Martinum, totis animis labefacti, mussitare & trepidare cæperunt. Et iam pridie Imperator ex eorum sententia decreuerat, tribunos summa potestate armatos ad Hispanias mittere, qui hæreticos inquirerent, deprehensis vitam & bona adimerent. Nec dubium erat, quin sanctorum etiam maximam turbam, tempestas ista depopulatura esset. Et enim tunc solis oculis paruo discernunt inter hominum genera cum quis pallore potius, aut veste, quàm fide hære-

Maximus Imperator deprauatur consilio Sacerdotum.

*Non factum
arguit, sed
qualitatem.*

ticus æstimaretur. Hæc nequaquam placitura Martino, Episcopi faciebant : sed malè concij, illa vel molestissima erat cura, ne se ab eorum communionem adueniens abstineret, non defuturis qui tanti viri constantiam præmissa auctoritate sequeretur. Ineunt cum Imperatore consilium, vt missis obuiam magistri officialibus, urbem illam propius vetaretur accedere, nisi secum pace Episcoporum ibi consistentium adfore fateretur: quos ille callidè est frustratus, & profitetur se cum pace Christi esse venturum.

Postremò ingressus nocturno tempore, adiit Ecclesiam tantum orationis gratia. postera die palatium præter multas quas euoluere longum est, has principales petitiones habebat: pro Narsete comite, & Leucadio præside, quorum ambo Gratiani partium fuerant, pertinacioribus studiis, quæ non est huius temporis explicare, iram victoris eremitis. Illa præcipua cura erat, ne tribuni cum iure gladium ad Hispanias mitterentur. pia enim erat solitudo Martino, vt non solum Christianos, qui sub illa erant occasione vexandi, sed ipsos etiam hæreticos liberaret. Verùm primo die, atque altero, suspendit hominè callidus imperator, siue vt reis pondus imponeret, siue quia nimis sibi implicabilis erat, seu quia (vt plerique tunc arbitrabantur) auaritia repugnabat: siquidem in bona eorum inhauserat. Fertur enim ille vir multis bonisque actibus præditus, aduersus auaritiam pa-

*Qui falso ti-
tulo hæresicos
dånabuntur.*

rum consuluisse, nisi si regni necessitas quippe exhausto superioribus principibus reipublicæ æratio, penè semper in expectatione atque prociuctu bellorum ciuiliùm cõstitutus, facilè excusabatur quibuslibet occasionibus subsidia imperio paruissè. Interea Episcopi, quorum communionem Martinus non inibat, trepidi ad regem concurrunt, per damnatos se conquerentes actum esse de suo omnium statu, si Theognisti pertinaciam, qui eos solus palam lata sententia condemnauerat, Martini amaret auctoritas. Non oportuissè hominem recipi mœnibus illum non iam defensore hæreticorum esse, sed vindicem: nihil actum morte Priscilliani, si Martinus exerceat illius vltionem. Postremò prostrati, cum fletu & lamentatione potestatem regiam implorant, vt vtatur aduersus vnum hominè vi sua. Nec multum aberat, quin congeretur Imperator Martinum cum hæreticorum forte miscere: sed licet ille Episcopis nimio fauore esset obnoxius, nõ erat nescius Martinum fide, sanctitate & virtute cunctis præstare mortalibus: alia longè via sanctorum vincere parat. Ac primò secreto accersitum, blandè appellat, hæreticos iure damnatos more iudiciorum publicorum, potius quàm insectationibus sacerdotum, non esse causam, qua Ithacij, carcerorũque partis eius communionem putaret esse damnandam. Theognistum odio potius, quàm causa fecisse dissidium: eundemque

*Episcoporum
contentio.*

*Exhortatio
principis i-
gnari super-
flua.*

ramē solum esse, qui se à communione interim separauit, à reliquis nihil nouatum. Quin etiam ante paucos dies habita Synodus, Ithaciū pronunciauerat culpa non teneri. Quibus cū Martinus parum moueretur, rex ira accenditur, ac se de conspectu eius abripuit. & mox percussores his, pro quibus Martinus rogauerat, diriguntur. Quod vbi Martino compertum est, iam noctis tempore palatium irrupit, spōdet si parceretur se communicaturum, dummodo vt & tribuni iam in excidium Ecclesiarum ad Hispanias missi retraherētur. Nec mora, intercessit Maximus, indulsit omnia. postera die Fœlicis Episcopi ordinatio parabatur sanctissimi sanè viri, & planè digni, qui meliore tempore sacerdos fieret. Huius diei communionem Martinus iniit, fatius æstimans ad horam cedere, quàm his non consulere, quorum ceruicibus gladius imminabat. Veruntamen summa vi episcopis nitentibus, vt communionem illam subscriptione firmaret, sed extorqueri non potuit: postero die se inde proripiens, cum reuertens in viam mœstus ingemisceret, se vel ad horam noxiæ communioni fuisse permixtum, haud longè à vico, cui nomen est Andechanna, quò vastam solitudinem sylvarum secreta patiuntur, progressis paululum comitibus, ille subsedit. causam doloris & facti accusante ac defendente inuicem cogitatione peruoluens, astitit ei repentè angelus: Meritò, inquit, Martine compungeris, sed

B. Martinus prudentia.

Angelus ad est vbi deest consilium humanum.

aliter exire nequisti. repara virtutē, resume constantiam, ne iam non periculum gloriæ, sed salutis incurreris. Itaque ab illo tempore satis cauit, cum illa Itachinæ partis communionem misceri: cæterum cum quosdam ex inergumenis tardius quàm solebat, & gratia minore curaret, subinde nobis cum lacrymis fatebatur, se propter communionis illius malum, cui se vel puñcto temporis, necessitate, non spiritu, miscuisset, detrimentum sentire virtutis. Sedecim postea vixit annos, nullam synodum adiit, ab omnibus conuentibus se remouit: sed plenè, vt experti sumus, imminutam ad tempus gratiā multiplici mercede reparauit. Vidi præterea ad pseudodorum monasterij ipsius adductum energumenum, & prius quàm ad limen attingat, fuisse curatum. Testantem quendam nuper audiui, cum in Tyrreno mari cursu illo quo Romam tenditur, nauigaret, subitò turbinibus exortis, extremum vitæ omnium fuisse discrimen. In quo cum quidā Ægyptius negociator nec dum Christianus, magna voce clamaret, Deus Martini eripe nos: mox tempestatē fuisse sedatam, seque optatum cursum cum summa placida æquoris quiete tenuisse. Lycontius ex vicariis vir fidelis, cum familiam illius lues extrema vexaret, & inauditæ calamitatis exemplo per totam domum corpora ægra procumberent, Martini per literas implorauit auxilium. Quo tempore vir beatus rem esse promisit difficilē impetra-

Vnde virtutis detrimentum in sanctis.

Absentis virtus cognoscitur.

Quid fides honoris non possit.

Quod primū oratio nō potest eius continuatio effect.

ri. nam spiritu sentiebat, domum illam diuino numine verberati: tamen non prius destitit festem totos dies, totidēque noctes orando & ieiunando continuans, quā id quod exorandum receperat, impetraret. Mox ad eum Lycōtius, diuina expertus beneficia peruolauit, nunciāns simul & agens gratias, domum suam omni periculo liberatam. Centum etiam argenti libras obtulit, quas vir beatus nec respuit, nec recepit. Sed priusquam pondus illud monasterij limen attingeret, redimendis id captiuis continuo deputauit: & cum ei suggeretur à fratribus, ut aliquid ex eo in sumptus monasterij reseruaret, omnibus enim angustum esse victum, multis deesse vestitum: Nos, inquit, Ecclesia & pascat & vestiā, dummodo nihil nostris vīsibus quāsisse videamur. Succurrunt hoc loco illius viri magna miracula, quę facilius admirari possumus, quā referre. Agnoscitis profectò quod dico: multa sunt illius quę non queunt explicari. Veluti est istud, quod nescio an ita ut gestum est, à nobis possit exponi. Quidam autem cum ad fornaculam illius carbonum copiā reperisset, & admota sibi sellula diuaticatis pedibus super ignē illum nudato inguine resideret, continuo Martinus factam sacro tegmini sensit iniuriam, magna voce proclamans: Quis, inquit, nudato inguine nostrū incestat habitaculū? Hoc ubi ille frater audiuit, & in conscientia quod increpabatur, agnouit: continuo ad nos currit

Iniquitas nō sceleratur.

exanimis, pudoremque suum non sine Martini virtute est confessus. Quodam itidem die cum in area, quę parua admodum tabernaculum illius ambiebat in illo suo (quod nostis omnes) sedili ligno resedisset, vidit duos dæmones in excelsa illa quę monasterio supereminet, rupe consistere, inde alacres ac lætos vocem istiusmopi adhortationis emittere: Eia te Bricchio. Credo cernebāt miserum eminus propinquantem, conscij quantam illi rabiem spiritus suscitassent. Nec mora Bricchio furibundus irrupit, ibi plenus insanix, euomit in Martinum mille conuicia. obiurgatus enim pridē ab eo fuerat, cur qui nihilum ante clericatum (quippe in monasterio ab ipso Marino nutritur) habuisset, equos aleret, mancipia compararet. nam illo tempore arguebatur à multis, quòd non solum pueros, sed etiam puellas scitis vultibus coemisset. Quibus rebus infælicissimus insano felle commotus, & ut credo præcipuè dæmonū illorum agitatus instinctu, Martinum ita aggressus est, ut vix manibus temperaret: cum quidem sanctus vultu placido, mente tranquilla, infælicis amentiam per mitia verba cohiberet: sed ita in eo nequam spiritus redundabat, ut ne sua quidem illi, quāuis vana admodū mens subesset, trementibus labiis, incertòq; vultu, decolorato ore præ furore, rotabat verba peccati, se afferēs sanctiorem: quippe qui à primis annis in monasterio inter sacras Ecclesię disciplinas ipso

Absoluta iniquitas non temperatur.

Martino educante creuisset: Martinum verò & à principio, quod ipse diffiteri non posset, militiæ artibus sorduisse, & nunc per inanes superstitiones & phantasmata visionum ridicula prorsus inter deliramenta semuisse. Hæc cum multa, atque alia etiam, quæ reticere melius est, acerbiora vomuisset, egressus tandem furore satiato quasi qui se penitus vindicasset, rapidus ea qua parte venerat, recurrebat: cum interea, credo per Martini orationes, fugatis ab illius corde dæmonibus, reductus in pœnitentiam, mox reuertitur, atque ad Martini se genua prosterni: veniam poscens, fatetur errorem, nec sine dæmonis se fuisse. Tandem senior confitetur. non erat apud Martinum labor iste difficilis, vt ignosceret supplicanti. Tunc & ipsi: & nobis omnibus sanctus exposuit, qualiter illum à dæmonibus vidisset agitari: se conuictis non moueri, quæ magis illi à quo essent effusa, nocuissent. Exinde cum idē Bricchio multis apud eum magnisq; criminibus persepe premeretur, cogi non potuit, vt eum à presbyterio submoueret, ne suam persequi videretur iniuriã: illud sæpe commemorans, si Christus Iudam passus est, cur ego non patiar Bricchionem? Ad hæc Posthumianus: Audiatur, inquit, istud exemplum, noster iste de proximo. qui cum sit sapiens, immemor præsentium, & immemor futurorum, si fuerit offensus, insanit, in sua se non habens potestate: sauit in clericos, grassatur in laicos, totumque

*Bricchi cœ-
datur furor.*

totumque terrarum orbem in suam commouet vltionem: in quam per triennium iugiter dimicationem consistens, nec tempore, nec ratione sedatur. Dolenda hominis & miseranda conditio, etiam si hæc sola insanabilis mali peste premeretur. Verum ista ei patientiæ & tranquillitatis exempla referre sapius Galle debueras, vt sciret irasci, & sciret ignoscere: qui si istū ipsum breuiter insertum sermonem meum in se prolatum fortè cognouerit, sciat non magis ore inimici, quàm amici animo me locutum: quia si fieri posset, optarem vt Martino potius Episcopo, quàm Phalari tyrāno similis diceretur. Sed istum, cuius commemoratio parum suaui est, transeamus. & ad Martinum nostrum Galle redeamus. Tunc ergo, cum iam adesse vesperum occiduo sole sentirem, Dies (inquam) abiit, Posthumiane: surgendum est. simul tam studiosis auditoribus cœna debetur. De Martino autem expectare non debes, vt vlla sit meta referendi. latius ille diffunditur, quàm vlllo valeat sermone concludi. Ita interim de illo viro portabis Orienti. Sed dum recurris, diuersasque regiones, loca, portus, insulas, vrbesq; præterea legis, Martini nomen & gloriam sparge per populos. In primis memento non præterire Campaniam, & si maximè cursus in deuiò sit, non tamen tibi tanti sint vel magnarum morarum vlla dispendia, quin illic adeas illustrem virum, ac toto laudatum orbe, Paulinum: illi, quæso te

*Concludis
narrationem
gestorum.*

primum sermonis nostri, quæ vel hesterno confecimus, vel hodie diximus, volumen euolue. Illi omnia referes, illi cuncta recitabis, ut mox per illum sacra viri laudes Roma cognoscat: sicut primum illum nostrum libellum non per Italiam tantum, sed per totam etiam diffudit Illyricum. Ille Martini non inuidus gloriosarum sanctarumque in Christo virtutum, piissimus existimator, non abnuet præsulæ nostrum cum suo Fœlice componere. indè si fortè ad Africam transfretabis, referes audita Carthagini: licet iam pridem, ut ipse dixisti, virum nouerit, tamen nunc præcipuè de eo plura cognoscat, ne solum ibi Cyprianum martyrem suum, quamuis sancto illius sanguine consecrata, miretur. Iam si ad læuum Achaia sinum paululum diuexus intraueris, sciat Corinthus, sciant Athenæ, non sapientiosem in Academia Platonem, nec Socratem in carcere fortiosem. fœlicem quidem Græciam, quæ meruit audire Apostolum prædicantem: sed nequaquam à Christo Gallias derelictas, quibus donauerit habere Martinum. Cum verò ad Ægyptum vsque perueneris, quanquam illa suorum sanctorum numerositate & virtutibus sit superba, tamen non dedignetur audire: quia illi, vel vniuersæ Asiæ, in solo Martino Europa non cesserit. Cæterum cum Hierosolymam inde petiturus, ventis cursum vela commiseris, negotium tibi nostri doloris iniungo, ut si vnquam illustris illius Pro-

Iemaidis littus accesseris, sollicitus inquiras, vbi sit conspultus noster ille Pomponius: nec fastidias visitare ossa peregrina. Multas illic lacrymas, tã ex affectu tuo, quàm ex nostris funde visceribus. ac licet inani munere, solum ipsum flore purpureo, & suauè redolentibus sparge graminibus: dices tamen illi, sed non asperè, non acerbè, cõpatientis alloquio, non exprobrautis elogio: Quod si vel te quondam, vel me semper audire voluisset, & Martinum magis quàm illum, quem nominare nolo, fuisset imitatus, nunquam à me tam crudeliter disparatus, ignoti pulueris regione tegetetur, naufragi forte prædonis passus in medio mari mortem, & vix in extremo nactus littore sepulturam. Videant hoc opus suum, quicumque ex illius abfcessu mihi nocere voluerint: videant gloriam suam, & vel nunc aduersum me grassari desinant vindicati. Hæc cum maximè flebili voce gemeremus, omnium lacrymis per nostra lamenta commotis, cum magna quidem Martini admiratione, sed non minore ex nostris fletibus dolore discessum est.

Asia Africe quæ non cadit. Inuitat ad Hierosolymitanam peregrinationem.

Quod quisque amat audit libenter.

F. THOMAS BEUXAMIS CAR-
melita Parisinus Bacchalaureus, Chri-
stiano lectori, Salutem.



*VM pralo Seueri Sulpitij de vita S.
Martini historia committeretur, huiusq; unde hac ex-
Abdia actis Apostolicis Aurelia- scripta sit co-
ni libellus, quem à tuncis vindicaram, fessio.*

*inserireretur: tria è diuersis Bibliothecis
volumina mihi prolata sunt, quæ manus ipsa, satis
antiquissima esse cõtestabatur. Characteres enim alijs,
qui ante mille annos in usu erant, collati, persimiles om-
nium testimonio habiti sunt. Porro tribus hysce vo-
luminibus emedicatis, triplex Seueri Sulpitij historia
contexebatur. Quæ simul dum contulissimus, sibi adeo
respondere colligimus, ut bona fide excussum tibi Sul-
pitiũ asserere audeam. Verum cũ primò in libri cuius-
que vestigio cõpendium nostræ fidei à D. Martino con-
scripum agnouissim, obstupui sanè: cur cum toties Se-
uerus è pralis prodiret, illius ne mentio quidem facta
sit. Sed ut arbitror præter characterũ antiquitatẽ, rei
ipsius eos difficultas deterrebat. Nec enim suis perio-
dis, virgulis, ceterisue notulis contextus definiebatur,
adeo, ut quibusdam ambiguus, aliis mancus, omnibus
abstrusor appareret. Nam cum summa breuitate rem
omnium difficillimam complectatur, quis inter dictio-
nes incircumscriptus adeo perplexus, quid certi elicere
potuisset? Tum memini Protkei illius, qui ne quasita
resoluat,*

*Cur nunquã
pralis excus-
sa est hæc D.
Martini
confessio.*

*Difficultas
huius em-
cleandi sym-
boli.*

» -suam faciem transformat, & alterat arte: Ouid. I. Fast.

„ Mox domitus vinclis in sua membra redit.
 „ Namque vbi nulla fugā reperit fallacia, victus
 „ In sese redit, atque hominis tandē ore locutus.
 Operæ precium igitur duxi suis punctis, quasi vinclis,
 effluentes dictiones cohibere, sicque facilem D. Mar-
 tini confessionem reddere. Et ne quid deesset, annota-
 tiunculas addidi, ne cuius vocis obscuritas diutius
 lectorem suspenderet. Statim hæc calcographiæ man-
 data sunt, vt integerrimæ S. Martini fidei monumen-
 ta. Hoc sane ne Cherinthus iterum insaniat, Ne Mar-
 cion debacchetur, Ne uē Ebium rursus suas eructet
 blasphemias: & qui contra maiestatem & antiquam
 diuinitatem filij, contra temporalem de Virgine Dei-
 para Maria natiuitatē, qui denique cōtra Spiritus san-
 cti cōsubstantialē Patri Filioque naturam sua vene-
 na eructarunt, vbi B. Martini fidei professionem
 audierint, conticescant. Cherinthum enim Marcionem,
 Manetem & Ebionem silere oportet, cum Martinus
 noster Christum filium hominis, & hunc verē cruci-
 fixum cum Paulo prædicet: Apollinarim pudere ne-
 cesse est, cum non e caelo sed ex Maria virgine carnem
 sumpsisse contestetur. Taceat Arianus, cum vnigeni-
 tus diuinæ naturæ & lucis, vt & Spiritus, nec illius
 esse natiuitatis initium, asseratur. Taceat Macedo-
 nianus, cum Spiritus, diuinitas, à seipso, natura, &
 substantia, par maiestas, potestas, virtus diuinæ aq̄ lux
 asstruatur. Taceat Eunomianus, cum & Deum super
 omnia concludere, corpus esse præscientiæ, Filium so-
 lum ex hominibus diuinam clementiam nosse, & se-
 creta patris intelligere, eūdemque in Patre esse, patrem

in Filio in Spiritu sancto: clementēque Trinitatem,
 vnāque esse diuinitatem existā sanctiss. Martini con-
 fessione aperte pateat. Taceant Trinitarij Poloni, qui
 quod tres personas audiunt, tres esse deos etiam hoc mi-
 sero tempore colligunt: cum prima fronte Martinus cō-
 mēta hæc conterat: Clemens enim, Trinitas, inquit, est
 vna diuinitas. Taceant & qui supremam quandam
 substantiam statuunt: à qua tres personas effluere vo-
 lunt, quasi, nec Pater à seipso sit, nec Filius aut Spi-
 ritus. suæ diuinitatis fons sit, cum B. Martinus exclam-
 met, Deum esse fontem diuinæ lucis, luminis, suæ sub-
 stantiæ, naturæ, vt non dependentem & ab aliqua su-
 periore substantia effluentem in tres personas diuini-
 tatem somniamus. Vides Christiane lector, vt compen-
 diose multas hæses noster Martinus enecat? Illis quip-
 pe temporibus exstitit, quibus aut qui Trinitatem, aut
 qui vnica diuinitatem euertere nitebantur, pullula-
 runt. Floruit enim à Passione Domini anno 400. sub
 Constantino & Helena apud Sabariam Pannoniæ ci-
 uitatem, parentibus Gentilibus, non tamen infimis na-
 tus. Expende verò quot schismata, factiones, & sectæ
 à Constantini magni Imperio, ad Arcadij & Hono-
 rij tempora intercesserint. Tum facile agnosces non abs-
 re hanc de Trinitatis & vnus diuinitatis fide edi-
 tam sententiam. Quod si compendiosum Athanasij
 Symbolum pluri fit vt debet, ne tu breuissimam hanc
 D. Martini confessionem aspernamdam putes, aut abs-
 re huic de eius vita operi insertam esse arbitrare.
 Vale.

Trinitarij in Polonia.

Caluinus & Beza l. de Trinitate in Polonos.

Greg. Turon. l. 2. hist. Francorum.

Virg. 4. Georg.

Hæreses mul- tas compedio Martinus euerit. In humanam Christi natu- ram. Cherinthus. Marcion. Ebion. Manes.

Apollinaris In diuinam.

Arius in Spiri. S.


Macedonius In diuinam scientiam. Eunomianus

Matth. II. d

SANCTI MARTINI PANNONII, TVRONENSIS

Episcopi, Trinæ vnitatis & vnus
Trinitatis, Confessio.

*IN EAM SCHOLIA, QVÆ
margini commode aptari non poterant, additis
indicibus, subsequenter inseruimus.*

LEMENS Trinitas est A vna diuinitas. vt autem per B sacramentum cognoscatur: C vnitas est ab eo D qui est E sanctus: F & spiritus G à quo, H, qui est: & I vnigenitus K sic existens diuinæ naturæ, L lucis, M spiritus, à sese per naturam, per substantiam, N maiestatis, potestatis, virtutis, diuinæ lucis. O Spiritus vnus in duobus, & vterque in idipsum: pater in filio, filius in patre, in sancto spiritu. P Sic tribus personis, confitemur Q corpus præscientiæ: R quod S super omnia cuncta concludit: In hoc mysterium ergo credimus, T esse ex nullis extantibus cuncta orta. V quod mysterium X mens humana concipere non potest, nec oratoria lingua enarrare, neque diffusi sermonis bibliothecarum volumina, si totum mundū libri repleant, diuina scientia non possit inenarrabilis enarrari: qui est indicibilis, nullo modo possit describi, neque cōcludi aut verbum aut sub-

stantia, propria diuinitatis suæ: Y Qui est fons diuinæ lucis, luminis, suæ substantiæ, naturæ. Z Sileat lingua oratoria, quia deficit sermo de indicibili: cum consummauerit mens humana de diuina maiestate dicere, tunc incipit. Quanta sit autem diuina Clementia, A nemo scit, nisi qui genuit: & nemo comperit secreta patris, nisi is B qui per naturam, nascendi initium amisit. Omnis ergo mansuetudo & modestia peritorum, conuertatur ad prophetam: & dominica authoritate præsumat, dicendo: Credidi, propter quod locutus sum. Quod autem per mysterium simplex sit professio, vt fundamentum Ecclesiæ, solidatæ Apostolica auctoritate, C prædestinati sequens præsumat, dicendo: De cætero nemo mihi molestus sit, ego credo in Christum, & hunc crucifixum. D Quia cum confitetur filium hominis, confitetur & sanctum spiritum: quia è sancto spiritu, & Maria virgine mediator nascitur: cum confiteretur primogenitum, necesse est de vnigenito, qui testimonium dicat, E vnum & solum sine origine esse: F tertiam personam patrem confitetur, G existentem diuinæ naturæ, lucis. Spiritus vt dixi, H qui secundum diuinam naturam, vt supra dixi, est: I vnus in duobus, & vterque in idipsum, pater in filio, filius in patre in sancto spiritu K in sancta Ecclesia. Nunc & in immortalia sæcula sæculorum, Amen.

CVM IAM PRÆLO COM-
mitterentur hæc Scholia, quæ annotationum
vice marginem insignitura speraueram: Pœ-
nituit utiq; me Christiane lector, quod hæc
prius agnoscere nõ licuit, vt profusiores cõ-
mentarios edcrem. Quicquid tamen sit æ-
que bonique consules, vt qui forsã locu-
pletem breuitatem secteris, & ames. Vale.

- A **T**res enim vnus sunt. i. Ioan. 5.
B **I**d est mysterium & diuinum arcanum, vt
Tob. 12.
C **V**na simplicissima substantia ab vno Deo est, id est
vnius Dei.
D **Q**ui est nomen Dei, Exod. 3. & substantia, Iustin.
in Gentiles Apolog.
E **S**anctus quoque Dei nomen est. Esa. 6. & apud
Dionysium de diuin. no. cap. 1.
F **S**piritus à quo nobis gratiarum dona, & à quo vir-
tus omnium.
G **A** quo, ne tu hic, pro personæ attributo sumas: at-
tributum Dei est, quia ab eo sunt omnia. Iac. 1.
H **Q**ui est, nomen item substantia est, quod cum Spi-
ritui sancto competat, eum Deum esse asserit in Ma-
cedonios.
I **S**ic Ioan. 1. & 3. filius nuncupatur.
K **I**d est eiusdem nature & substantia, cuius Spi-

ritus, vnus item Deus.

- L **L**ux diuinitatē significat, vt Ioan. 16. Deus lux est,
M **I**d est Spiritus. natura & substantia non procedit,
vt & persona: nec enim ipsa aut gignit, aut gene-
ratur, aut procedit cum sit vna.
N **M**aiestas, potestas, virtus, non personam sed natu-
ram in Deo significant: vnde cum vna sit natura
Spiritus. quæ Patris, & Filij: vnius quoque ma-
iestatis erit Spiritus. cum Patre & Filio.
O **Q**uia à patre filioque procedit, & vt Christus ait,
Ego in patre & pater in me est. Ioã. 10. ita Spiritus
in patre & filio, & filius & pater in Spiritus
sancto: quo docetur & trium coequalitas, & in-
diuisio.
P **I**d est sicut vnã superius diuinitatem, ita & nũc
tres personas confitemur: quæ sibi coeternæ sunt &
coequales.
Q **C**orpus præscientia, id est ipse qui præscit ab aeterno
omnia, cuius præscientia est ipsius substantia: vt
sensus sit. sic confitemur vnũ deũ in tribus personis.
R **D**eus enim omnia sua maiestate cõcludit & implet.
S **S**uper omnia cuncta concludit, quia aliter quam
cæli cum & cælos ipse concludat, aut si vnica di-
eibio est super omnia, idem erit ac si dicat Deum
etiam seipsum qui est super omnia concludere: quia
& solus semetipsum nouit.
T **E**x nihilo omnia facta in Hermogenem & Valen-
tinianum.
V **O** altitudo diuitiarum sapientia & scientia Dei.
X **I**dem habet Dionys. l. de diuin. no. 1. c.

- Y Hinc discernimur à Deo summo, et si etiam dii dicamur, nos enim per participationem dii sumus, ille à se est, cum sit supremus.
- Z Fide credimus, quod oratorum neruis explicare non valemus, sed nec cogitare.
- A Alludit ad dictum Christi Matth. II. d
- B Hoc tribus intelligitur modis, aut quod filij natura & substantia sit ingenita: nec enim natura gignit naturam, sed persona personam. Cum enim actiones sint suppositorum, gignere est persona non natura, sic & gigni, aut quod generatio filij sit absque initio. Aut si id de patre intelligendum est, id est ac si dicat Patrem ipsum ingentum esse.
In obsequium fidei deducendi sumus.
- C Pauli sequens dictum.
- D Ex unica filij incarnati persona duas alias colligit: quod filius patrem à quo genitus est designet & de spiritu. conceptus sit, unde & spiritus sancti personam significet.
- E Unus & solus sine origine Pater est, quoniam nec ab alio aut genitus est, aut procedit.
- F Pater tertia est persona, quia trium una est.
- G Et si enim persona secernitur à Filio & spiritu sancto, natura tamen, lux, substantia trium eadem & simplicissima est: adeo ut qualis pater, talis filius, talis spiritus sanctus. Deus pater, Deus filius, Deus spiritus sanctus. Et tamen non tres dii, sed unus est Deus. Athanas.
- H Cui proprium est esse secundum diuinam naturam, quia & verè Deus est.

- I Nec enim alius in Patre est, aut alius in Filio: aut alius à Patre procedit, & alius à Filio, sed vnus in duobus: Vt in Græcos intelligas eum non à Patre tantum, sed & à Filio procedere.
- K Hoc addit ut inueniabilem colligat sanctam Ecclesiam, ut quæ à Patre Filio & spiritu. regatur: unde fides quæ in ea pradicatur et si ut superius dixit nec mente concipi, nec lingua exprimi, nec oratione explicari valeat, firmissimo tamen innixa est fundamento.

FINIS.

